FABRITII DE MONTE ... CONSTITUTIONUM , CAPITULORUM, ...

Napoli, Fabrizio Monte, Giovanni Battista Coccini

NAZIONALE
13
14 E
18
VITT. EMANUELE

FABRITII DE MONTE SVLMONENSIS

I.C. CLARISSIMI,

CONSTITVTIONVM, CAPITVLORVM,
Pragmaticarum Regni, Rituum Mag. Cur. Vicariæ,
Priuilegiorum, & Consuetudinum
Ciuitatis Neapolis,

NOVISSIMA COLLECTIO,
OPVS SANE OMNIBVS, TAM IN SCHOLIS,
quam in foro versantibus, & Iusdicentibus apprimè
vtile, ac necessarium.

Accesserunt quadruplices Indices locupletissimi.

NEAPOLI. MDCXXVII.

Ex Typographia Io. Dominici Roncalioli.

SVPERIORVM PERMISSV.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

VIdi lucubrationes V.I.D. Fabritij Montij Sulmonensis in compilatione Constitionum, Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, Rituum M.C. Vicariæ, & consuetudinum huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, noua methodo, nouoque rubricarum ordine in vnum volumen digestas, opus quippe ingeniosum, ac iuris studiosis non ingratum, vt spero, futurum, si typis excudetur, prout dignum censeo, cum nihil contineat contra bonos mores, aut contra Regiam iurisdictionem, meum tamen iudicium tuo sublimiori libenter subijcio, & interim vale perpetuo fœlix Neap. &c.

Tuæ Excellentiæ

Deditissimus seruulus.

Scipio Rouitus.

INDEX

Titulorum Libri Primi iuxta eorum collocationem. Vbi attingitur diuisio Libri eiusdem in partes quinque principales, cum subdiuisionibus, ad bimembrem reducibilis.

†

F I N I S.

INDEX TITVL. LIB. I. ALPHABET.

F I N I S.

INDEX
LEGVM LIBRI PRIMI ALPHABETICVS.

Con-

Et

In

item

L'in-

Index

Statui-

F I N I S.

I N D E X

Legum Lib. I. quot quot in vnaquaque extant materia, extensim, ac remissiuè, attingens.

Prag.

Item

Index

143. Iusti

††† *Item*

Cap.

1557. itē

Index

Pri.

Item

Index

F I N I S.

LEGVM REGNI, ET CIVITATIS NEAPOLIS.

LIBER PRIMVS.

De spectantibus ad actus Iustitiæ, & Iniustitiæ in communi.

De Legibus Regni, & Ciuitatis Neapolis Titulus I.

Constitutiones Regni, de mandato Federici Imper. compilatæ, obseruentur sublatis iuribus, & constitutionibus aduersantibus. h. d.

Federicus Imperator Constit. lib. I. tit. de legib. L. I.

POST mundi machinam, prouidentia diuina formatam, & primordialē materiam, naturæ melioris officio, in rerum effigies distributam, qui facienda præuiderat, facta considerans, & considerata commendans, à globo circuli lunaris inferius, hominem, dignissimam creaturam, ad imaginem propriam, effigiemq; formatum, quē paulominus minuerat ab angelis, consilio perpenso, disposuit pponere cæteris creaturis, quem, de limo terræ transumptum, viuificauit in spiritu, ac eidem, honoris, & gloriæ diademate coronato, vxorem, & sociam partem sui corporis, aggregauit, eosq; tantæ prerogatiuæ munimine decorauit, vt ambo primitus efficerentur immortales, ipsosq;, verumtamen sub quadam lege præcepti, constituit, quam quia seruare tenaciter contempserunt, transgressionis, eosdem, pęna damnatos, ab ea, quam ipsis ante contulerat, immortalitate proscripsit. Ne tamen in totum quod ante formauerat, tam ruinose, tam subito diuina clementia deformaret: & ne, hominis forma destructa, sequeretur per cōsequens destructio cæterorum, dum carerent subiecta præposito, & ipsorum commoditas vllius vsibus non seruiret, ex amborum semine terram mortalibus fęcundauit, ipsamq; subiecit eisdem; qui paterni discriminis non ignari, sed in ipsos à patribus trangressionis vitio propagato, inter se odia inuicem conceperunt, rerumq; dominia, iure naturali communia, distinxerunt. Et homo, quem Deus rectum, & simplicem procreauit, immiscere se quæstionibus non ambegit; sicq;, ipsarum rerum necessitate cogente, Nec minus di-

uinæ prouisionis instinctu, Principes gentium sunt creati, per quos posset licentia scelerum coerceri. qui, vitæ, necisq; arbitri, gentibus, qualem quisq, fortunam, sortem, statūq; haberet, velut executores quodammodo diuinæ prouidentiæ, stabilirent; de quorum manibus, vt villicationis sibi commissæ, perfecte reddere valeant rationem à Rege Regum, & Principe Principum ista potissimum requiruntur. Vt sacrosanctam Rom. Ecclesiam, christianæ religionis matrem, detractorum fidei maculari clandestinis perfidijs nō permittāt: Et vt ipsam ab hostium publicorum incursibus, gladij materialis potentia, tueantur: vtq; pacem populis, & eisdem pacificatis iusticiam, quæ velut duæ sorores se ad inuicem amplexantur, pro posse conseruent. Nos itaq;, quos ad Imperij Romani fastigia, & aliorum regnorum insignia, sola diuinæ potentię dextera, præter spem hominum, sublimauit, volentes duplicata talenta, nobis credita, reddere Deo viuo, in reuerentiam Iesu Christi, à quo cuncta suscepimus, quæ habemus, colendo iustitiā, & iura condendo, mactare disponimus vitulum labiorum; ei parti nostrorum regiminum primitus prouidentes, quæ in præsentiarum nostrarum prouisione nostra circa iusticiam magis dignoscitur indigere. Cum igitur Regnum Siciliæ, nostræ maiestatis hæreditas præciosa, plerumq; propter imbecilitatem ætatis nostræ, plerumque etiam propter absentiam nostram, præteritarum perturbationum incursibus, extiterit hactenus lacessitum, dignum fore decreuimus, ipsius quieti, atq; iustitiæ summopere prouidere, quod nostræ serenitatis obsequio, resistentibus aliquibus, etiam qui non de ouili Regni præfati, nec de nostro erant, promptum semper inuenimus, & deuotum. Præsentes igitur, nostri nominis sanctiones, in Regno nostro Siciliæ tantum volumus obtinere. Quas, cassatis in regno prædicto legibus, & consuetudinibus aduersantibus antiquatis, his nostris constitutionibus, inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obseruari: in quas, præcedentes omnes Regum Sicilię sanctiones, & nostras, quas obseruari decernimus, iussimus esse transfusas; vt ex his, quæ in præsenti constitutionum nostrarum corpore minime continentur, robur aliquod, nec auctoritas aliqua in iudicijs, vel extra iudicia possint assumi.

Constitutiones fuerunt compilatæ per Magistrum Petrum de Vineis ad laudem Dei, & ad delendum iniuriam temporum, quibus iuris lingua subticuit. h. d.

Idem Const. lib. 3. tit. de vitatione iactantiæ. L. II.

AD laudem, & gloriam Dei nostri, sub spe diuini fauoris, opus incæptum, & eiusdem gratia prosequente, completum, vniuersitas nostra recipiat, quæ augustalis nominis titulo præsignatur, in reuerentiā serenitatis augustæ, & honorem regiæ dignitatis. accipite gratanter o populi. Constitutiones istas, tam in iudicijs, quam extra iudicia potituri; Quas, per magistrum Petrum de Vineis Capuanum, Magnæ Curiæ nostræ Iudicem, & fidelem nostrum, mandauimus compilari, nec subsequentis seculi posteritas, præsentium constitutionum librum compilasse nos existimet, vt famæ tantummodo seruiamus, sed diebus nostris temporum præteritorum iniuriam, quibus iuris lingua subticuit, deleamus; vt in noui Regis victoria, nouella iusticiæ propago consurgat.
Actum in sollemni concistorio Melfiensi. Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, alias vigesimo secundo mense Augusti inditionis quartæ. Insinuatum vero mense Septembris sequentis quintæ inditionis. Amen.

Carolus I. edidit Capitula pro bono statu fidelium publicanda in singulis Ciuitatibus, Terris, & Villis h. d. cum l. seq.

Caro. I. Rex Iustitiario Terræ Laboris cap. 32. L. III.

POst corruptionis amara discrimina, quæ primi parentis lapsus, factus mortalium merito deplorandus, propter transgressionis vetitæ vitium, ad successores transtulit: & per superbientis inobedientiæ culpam, ad posteros deriuauit; generationis humanæ conceitio, miseriæ tantæ fragilitate opprimitur, & tam facilis corruptela casibus prægrauatur; vt, quantum cumq;

cumque prouisio diuinæ potentię, nouas quotidie creans animas, illas rectas, iustas, & puras, ad imaginem, & similitudinem sui formatas, ad recentem mortalitatis huius testam inducat, & corporibus nouis infundat. Miserabile tamen genus humanũ, tanquam naturali contagine pollutum, creatoris sui rectitudinem deserens, & dãnosis questionibus, & anfractibus se inuoluens, ad omne nephas pronum immergitur, & in deterioribus damnabiliter versatur. Et licet hoc quilibet, alicuius discretionis intelligentiam continens, aperte videre valeat, & manifeste cognoscat: is tamen, quem alicuius dignitatis sublimat maioritas, aut honoris apex extollit, tanto hoc euidentius videt ad oculum, & perfectius palpat ad manum, quanto diuersorum conuersatione perfruitur, & mores quam plurium experitur. Nos autem exactionem finalis calculi, quem in examinis extremi iudicio, sumus superno iudici posituri, tremula meditatione pensantes, ac commissum nobis gratię talentum, multiplicatum cum fęnore Deo reddere cupientes, vigiles sollicitudines agimus, & curas continuas semper exercemus, qualiter diuersarum populi nationum, quas regiminis nostri dominium regit, in statu pacifico constituti, Deo reddantur placabiles, ac accepti; ad quorum gubernationem, Hierarchię superioris exempla sectantes, diuersos statuimus ordines officialium, & varia pręficimus officia ministrorum; vt iustitię copia, de qua, propter indiuiduitatem nostri corporis, vbilibet interesse personaliter nequeuntes, singulis fidelibus nostris respondere non possumus, per eosdem officiales, & ministros nostros vniuersaliter omnibus offeratur, & singulariter singulis ministretur. Verum quia, dierum exuberante malitia, & temporum corruptela crescente, per sępe contingit, quod dum mentes auara cupiditas allicit, & animos ambicio cæca seducit, mandatorum nostrorum rectitudo relinquitur, & per callidæ subtilitatis malitias oberratur; sicq; nostro salubri proposito, ac pacis, & iustitiæ ministerio, in quæstus, & lucra detestabiliter permutato, per nonnullos Officiales, ac ministros perperam, & inordinate proceditur, ac fidelium nostrorum deuota simplicitas prægrauatur. Nos, volentes huiusmodi peruersæ subtilitatis obuiare malicijs, & cuiuscunq; astutiæ calliditatis anfractus infringere, ac tam officialium, & ministrorum processibus, quam fidelium statui, pio prouisionis nostræ remedio, subuenire. Harum nouarum constitutionum nostrarum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro, sancimus.

Idem cap. 90. *L. IIII.*

ITem prædicta omnia capitula, in singulis ciuitatibus, & terris famosis, in quolibet iustitiariatu per singulos publicentur. Et tam ipsis ciuitatibus, quam terris famosis, quam alijs castris, & villis, transcripta reddantur sub sigillo Iustitiarij regionis. Actum Neapoli. Anno Domini Millesimo. cc. lxxxij. mense Iunij x. eiusdem x. indictionis: regnorum nostrorum Hierusalem anno vi. Siciliæ vero xvij.

Carolus ij Vicarius Regni, pro tranquilliori statu ipsius, & fidelium, condidit capitula, ab omnibus seruanda. h. d.

Carolus ij. Vicarius Regni. cap. 91. L. V.

DEsiderijs hactenus, non minus, immensis, quam arduis, noster spiritus laborauit assidue; vt peculiare domini patris nostri, prædilectumq; nostrum hæreditarium Regnum Siciliæ, quod tam olim, occupatorum iniustissimis institutis, horrendam quodammodo abusione, contraxerat seruitutem, quam in præsentiarum ab eisdem regni Præsidibus, aliorumq; officiorum gestoribus, consuetudinariam, conuersam, ad prædam, extremę fere inopiam exinanitionis incurrit: ab institutionum labe seruilium, nostris parta laboribus, noua lege resurgeret: & tam, ob pęnas pro commissis inflictas: quam per edicta nostra, futuris obstantia officialium transgressionibus, prædisq; cessantibus, expectata reassumeret fortunæ solatia: pinguioris. Tantum equidem piæ prosecutionis conceptum; dum auctorante sacro præfati domini nostri genitoris oraculo, in locum censuimus saluberrimæ sanctionis

nis educere, quod ab eo magnopere in hac parte poposcimus: ea nobis, faciliori successit instantia impetrandum; quod ad reparanda incōmoda subditorum, non minori Rex desiderio, quam supplicans vrgebatur, præfatis itaq; odiosis nostri status incommodis, fortunarumq; nostrarum detestabilibus detrimentis, quam citius ea inoleuisse credidimus, tam oportunis nos parauimus obijci remedijs occurrentes tēpestiuis: ne graminis seminarium, pestilentibus tensis vndiq: proserpens radicibus, amænissimum paterni, ac nostri Regni pomerium, longis in totum discursibus occuparet. Imminentibus autem tam eidem domino patri nostro multimodis arduis in Roma. curia, alibiq; negocijs: quam nobis etiam, vt vos credimus non latere, tam in Gallicis, quam in longinquis hesperiæ partibus, perplexitatibus pluribus occupatis: casus, qui animos vtriusq; curas reuocauit ad exteras, à prioris executione propositi, intercallatione temporis, longiori, quam putauimus, non distraxit: verumtamen, cùm summi clemētia Creatoris, quæ sæpe dicto domino patri nostro Regni gubernacula pia largitate concessit, non sine occulto cęlestis prouisionis ministerio, tantæ commoditatis effectibus impedimenta dilationis passe credatur. Recte idcirco dilatum putamus vniuersale Regni, nō nostra, sed Dei prouisione, remedium; vt interim detecta Siculorum factionis contextæ nequitia, in suis scelestibus operibus, procul à rebellione prodiretne, sub modio delitescēs: & pęnam, quam merebatur, eluderet: & cū vobis ceteris Regni fidelibus in serenitatis nostræ munificæ participio, congauderet. Præbet ergo se vobis nunc, cæterisq; Regni fidelibus immunitatis nostræ præstandæ tempus acceptabile. Hic vere salutis est dies, quo paternum, nostrumq; non errat in manifesto fidelitatis experimento iudicium, nec notoria proditionis ostensio, sub scuto fidei, cælari patitur infideles.

Vere insuper in vtroq; nostrum his temporibus dominus præces adimpleuit dauidicas, quæ in discernendis meritis subditorum suorū Regi, verum dedit iudiciū, Regisq; filio, in retributione rectissima, suam iustitiam est largitus.

Nouas igitur nostri nomini sanctiones, diuina in perpetuum concedente potentia valituras, pro salubriori, tranqailloq; vestro, ceterorumq; fidelium statu, summis a nobis vigilijs editas, vobis presentes, redactas in paginam, duximus transmittendas: deuotioni vestre mandantes, ac omni qua possumus persuasione hortantes, quatenus ipsas obseruare fideliter studeatis, omnipotenti Deo gratias in humili cordis deuotione agentes, qui, expectatas, longissimis æui curriculis leges nostras, vobis, nostris concedi temporibus, est dignatus.

Capitula edita per Carol. I. aliaq; edita per Carol. II. in planicie S. Martini obseruentur: contra violatores destinabuntur Commissarij h. d.

Idem Cap. 138. L. VI.

ITem statimus, q; constitutiones nouellæ, editæ per dominum patrem nostrū super reformatione, & statu pacifico Regni, inuiolabiliter obseruentur. Verum quia sunt quidam, sic amatores periculi, q; semper ad interdicta conātur accedere; & parum prodesset iura constitui, nisi ipsorum constituta seruentur. Vt tam nouellę Constitutiones, quas nuper Regiæ benignitatis prouisio, pro reformatione Regni, ac eius statu pacifico promulgauit: quam præsentes, quas de consilio Prælatorum, Comitum, Baronum, ciuium, multorumq; proborum, parlamento in Sancti Martini planicie sollemniter celebrato: non sine magna prouisione nuper edidimus, vt superius continetur, inuiolabiliter obseruentur: & contra violatores ipsorum vltionis debitæ nō desit supplicium, in singulis Ciuitatibus, Castris, ac locis partium prædictarum, tam per Prælatos religiosos, quam per alios probos viros (quibus super hoc nostræ commissionis litteras curabimus destinare) & ad hoc etiam volumus deputari, q; cauta & solers inquisitio fiat de eisdē officialibus, vel personis, qui contra pręfatas constitutiones in aliquo venerint: & quicquid per easdem inquisitiones inuentum fuerit, fideliter in scriptis redactum, sub ipsorum sigillis, ad nos volumus destinari; vt visis meritis, & probatis inquisitio-

ſitionum ipſarum, contra violatores conſtitutionum ipſarum, pęna debita procedamus, cum ipſi non ſolum dominium patrem noſtrum, & nos, per huiuſmodi violationes, offendant, mandata noſtra temere contemnendo, ſed etiam vtilitatis publicæ commodum lædere moliantur: illa, quæ, pro eius obſeruatione & augumentatione ſtatuta ſunt, quantum in ipſis auferendo. Vt autem ea, quæ communi vtilitate ſancita ſunt, communiter ſciantur ab hominibus, & generaliter obſeruentur, de eiſdem conſtitutionibus ſingulis Prælatis, Baronibus, ac locorum vniuerſitatibus, ſub ſigillo pendenti Vicariæ copiam fieri volumus, & mandamus.
Data in campis in planicie S. Martini. Anno domini Milleſimo.cc. lxxxiij. die penult. Martij. x. indictionis.

Carol. II. Rex edidit noua Capitula pro pacifico ſtatu fidelium ab omnibus ſeruanda, ſubdatis iurib. conſtitutionib. & conſuetudinibus aduerſantibus, h. d. cum l. ſeq.

Carol. II. Rex Cap. 139. L. VII.

REgina iuſtitiæ in veſtitu deaurato circundata varietate, ſic leges ad conſtrigendas vitas hominum ordinat, ſic, ad gubernationem ſalubrem populorum, edicta conſtituit; vt inſtituens programate diuulgatas, cum expedit, emendare nō negligat: & dum vtilitati publicę deſeruitur, variare pro tempore, iuſte ſancita, & rite diſpoſita, non omittat. Multis vndiq; natura nouitatibus vtitur, cuius decurrens varietas in tam perpetuo motu conſiſtit, vt nihil inſtabile, nihil immobile, quod mutatione non egeat, poſſit ad eius regimen promulgari: eo ꝙ particulares actus, qui ſunt infiniti, certis concludi ſub regulis, à primis inuentoribus nequiuerunt: & ſi naturalis ratio, ab imperfecto veniens ad perfectum, pro communi bono per poſteros adinuenta, ſubtilius in nouam legis additionem, properat adiuuare. Effręnis eſt quidem humanæ conditionis audacia, incitatrix vitiorum, natura labitur ad delicta; cuius ineffrænata præſumptio, ſic omnem creaturam vitijs implet; vt diſciplina neceſſaria prouidenti, pro pace hominum, pro æquitate, iubeatur inſurgere legiſlator, lex animata, vigor iuſtitiæ, qui, contra ſceleritates inductas, Conſtitutiones exaſperet continuis pęnarum malleis, diriſq; ſupplicijs inſolentes affligat: ſed vbi, intellectum vexatio tribuit, ſubiectos ad frugem melioris vitę reducit, iuxta varietatem naturæ, leges aptando, præambulæ ſanctionis duritiem, in lenitatem, prouida deliberatione, commutat; temperatis vitijs, prauę concupiſcentiæ relegantur, ſtatutis edictalibus varijs fręnatur ſęuitia, & ſub creſcente clementia humanitatis Regię, nouella quędam propago conſurgit. Nos itaq; qui, prędicti Regni noſtri fidelium inſtantijs, turbinis incurſibus laceſſiti, preſſuris quibuslibet premimur, grauaminibus aggrauamur, ad remotionem oppreſſionum omnium, & onerum iniuſtorum, diligenti curà, & curioſa diligentia, ſenſus noſtros acuimus, vias, & modos adinuenire, ſollicitis ſtudijs, & ſtudioſis ſollicitudinibus, inſudamus: quibus eiuſdem noſtri Regni fideles, de cuiuſcunq; moleſtationis indebitę ſuper inductis abuſionibus, liberētur, ſęuientibus officiorum prępoſitis, & profanantibus Prouinciarum rectoribus, adhibeatur fręni temperies, qui, in noſtri abſentia de iam dicto Regno potiſſimum, agrum Dominicum ſpinis, & tribulis, laxata licentia, repleuerunt. Idcirco pro nimia ſubditorum dilectione, quos affectu paterno reputamus filios, & nepotes, commoditatibus inuigilamus populorum, dum pro ipſorum quiete labores voluntarios appetentes, accurate quęſiuimus, ꝙ in pręſentiarum occurrit ad eorundem ſtatum pacificum reparandum, aut de nouo etiam inducendum: illa ergo, quę pro tēporum, & cauſarum varietate, iuri communi, conſtitutionibus, & conſuetudinibus memorati Regni, addēda, corrigenda, ſupplenda, detrahenda, & declaranda, ob communem vtilitatem, prouidimus: Prælatorum, Comitum, Baronum: & ſapientum conſilio habito, in pręſentes nouas, noſtri nominis, ſanctiones, redigi fecimus, quas, multiplici Pręlatorum ipſorum, Cōmitum, Baronum, & ſapientum diſcuſſione pręhabita, noſtræ ſerenitatis auctoritate firmatas, ab omnibus eiuſdem Regni

gni nostri fidelibus, tam in giudicio, quam extra iudicium, pręcipimus inuiolabiliter obseruari.

Idem Cap. 172. **L. VIII.**

Constitutiones igitur ipsas, quas in eodem Regno, sublatis iuribus, Constitutionibus aduersantibus, per te, successores tuos, cæteros officiales, nostrosque omnes subiectos, tenaciter seruari præcipimus: in vulgarem notitiam te reducere volumus, mandantes, vt, per singulas terras iurisditionis tuæ, ipsas, cum tenore præsentium, facias diuulgari; vt in corpore Constitutionum Regni aggregatæ, pariter, & redactæ, seruentur vbilibet: cognitionalia certamina dirimant, & decidant: pæna, qua violatores legum, & neglectores sanctionum, legitime feriunt, earum contemptoribus, & omissoribus imminente. Tu quoque de executione præsentium fieri facias scripta competentia publica, quorum aliud tibi retineas, in tuo ratiocinio producendum, & aliud è vestigio nobis mittas, in archiuio nostro seruandum.

Carol. II. Rex confirmat Capitula, quæ edidit vti Vicarius Regni.
Vicarij absq; mandato Reg. non deputentur per Iust. sed fideles regantur per Iustitiarios, Baiulos, & Iudices. h. d.

Idem Cap. 175. **L. IX.**

Iugia, & immensa mentem nostram desideria tenuerunt, & crescenti semper, eorum sollicitudine, erigimur; vt, pressuris abolitis, & grauaminibus peul iectis, quæ, in Regno nostro Siciliæ, quorundam eius occupatorum radicauit, & fouit improbitas; & demum, tempore succedenti, tam in perniciosum abusum produxit officialium præsumptuosa temeritas: eiusdem, Regni fideles in cultu iustitiæ debito viuerent, ac secura quietis, & pacis tranquillitate gauderent. Nec ambigimus, plenè satis esse notorium, quod quam primum aliqua se nobis oportunitas obtulit, cum scilicet claræ memoriæ inclitus dominus, pater noster, Hierusalem, & Siciliæ Rex illustris, Burdegalas proficiscens, suas nobis vices, ac Regni regimen dedit: in plena nostrorum huiusmodi prosecutione votorum, anxia meditatione solliciti; nec minus in Regis eiusdem (quem suorum officialium diu latuerant insolentiæ, ac errores) benignitate confisi: vt quicquid ad suorum fidelium statum prosperum cederet, gratis erat affectibus amplexurus, tum auctoritate suæ nobis traditæ potestatis, tum feruentis nostræ voluntatis instinctu: qui, quo ad id, potestatis eiusdem claudi mensura, vix patiens; nos vlterius audere persuadebat indubie: vltimo quod Rex idem, qui ad dictorum fidelium incrementa non minori trahebatur affectu, nullus erat nobis proinde ascripturus transgressionis excessum: in Sancti Martini planicie parlamento solemniter celebrato, capitula certa edidimus, per quę nostra erga eos clarius pateret intentio: ipsiq; liberius statu potirentur optato. Nec ignoramus & aliud, quod illorum, qui nostri fidem nominis sunt secuti, constans, & illibata deuotio, auro puritate simillima, quod suę prerogatiua mundicię, conflationis detrimenta non sentit, in tot vexationum angustijs, ac turbationum varietate multiplici, quas nostri, & eorum hostes, terra, mariq; diuersis Regni partibus intulerūt; interuenientibus etiam Regis eiusdē obitu, & captionis nostrę, atque diurinę detentionis euentu) ad nostri tuitionem dominij, hostiumq; perniciem propulsandā personarum, & rerum pericula non expauit, quinimmo serena semper apparuit, & firmitate perstitit inconcussa: qua secutū est, vt illis, ad quos, tamquam hereditarij Regni nostri fideles, naturali quodammodo afficiebamur amore, grandium suorum obsequiorum merito, nostris creditoribus iam effectis, iuris censura, velut ex debito, impensius teneamur; effectum est etiam, vt non solum ad id, quod eis de nostræ gratiæ liberalitate indulsimus, sufficientes operas debitæ satisfactionis impenderint; verum nos, ex plenitudine meritorum, ad maiorum meritorum impendia obligarint. Igitur circa eorum statum primis votis, quæ ipsorum gratitudo sic auxit, vehementius excitati, capitula eadem, constitutione præsenti, in perpetuū vali-

valitura, de nostra mera scientia, confirmamus, & defectum omnem, si quis eis tunc infuit, qui Regni potestate Vicaria, & non dominica fungebamur, Regiæ dignitatis auctoritate supplemus: cæterum ea, quæ Regis præfari sacra prouisio statuit: quod in nullis regni ciuitatibus, alijsq; locis, iustitiariorum vicarij, vel aliqui alij, sine speciali mandato Regio: ordinari deberent: Sed fideles, suo more viuentes, per Iustitiarios: Baiulos: ac Iudices Terrarum: prout consuetum est hactenus: in iustitia regerentur.

Officiales non recipiant munera, exceptis esculentis, & poculentis. Obseruentur Capitula Regni, & nouissima, vbi repugnarent priorib. Iustitiarij discurrant Prouincias, & ministrent iustitiam. h. d.

Idem Cap. 182. L. X.

ITem nullus Iustitiarius, aut officialis alius munera, vel exenia, seu dona quælibet, quoque modo, recipere audeat: exceptis esculentis, & poculentis, prout est a iure permissum; sed eorum contenti salario, frequenter commissas eis Prouincias discurrentes, administrationi iustitiæ, ac executioni mandatorum directorum eis, pro negocijs, tam publicis quam priuatis, sorde cuiuslibet corruptionis abiecta, omniq; indebita difficultate remota, feruenter intendant: nec non Constitutiones alias, subsequenter in anno, scilicet decimæ indictionis, primo præteritę, super statu Regni, per eundem Regem similiter editas, quamquam præmissa hæc omnia plenam satis ab auctoritate condentis habeant firmitatem, hac tamen nostra edictali lege, perpetuo valitura, ratificamus, & mandamus, ac volumus, iuxta, q; Regia ordinatio distinctius continet, inuiolabiliter obseruari. Et vt nullus officialis, aut alius his presumat, temerarijs ausibus, contraire, preter pęnas prædictis Regijs Constitutionibus, & edictis cōtentas, quas transgressores se nouerint incursuros, contra eos adhuc maiorem pęnam adijcimus, quæ nostro arbitrio residebit. Si vero huiusmodi Constitutiones Regiæ, ac edicta, à prędictis nostris capitulis, super eisdem causis, tam circa forestas, & earum custodias, quam castellanias, vel alia, in aliquo discrepent; cum credamus, q; in capitulis ipsis postmodum conditis, cum consilio Prælatorum, Baronum, aliorumq; nobilium, & fidelium Regni, qui prędicto inter fuerunt colloquio, Regni melior extitit exquisita conditio, placet nobis & volumus, vt vbi discrepatio talis occurrerit, capitulorum ipsorum tantum series attendatur.

Consuetudines Neap. fuerunt compilatæ de mandato Caroli II. per Bartholom. de Capua: seruentur in Ciuitate Neapolis, eiusq; districtu, sublatis alijs. h. d.

Idem Rex in prohem. Consuet. Neap. L. XI.

ORta de terra veritas, falsitatis æmula, simplicitatis amica, non habet angulos, nec latet sub modio: sed in omni sui parte consistens, eadem variari refugit, alterari repellit: ipsa, cuius est simplex oratio, fugat duplicitatis inuolucra, repellit commenta mendacij, fictis se obijcit, & simulatis, per obstaculum cōtradictionis obsistit: & dum, sicut pars annexa iustitiæ, ęqualitatem quandam in rebus constituit, & ad æquat signa rebus, existentibus circa ipsam, inuenitur magna, & præ omnibus fortior: personas non accipit, nec differentias introducit: quia filij hominum, & illorum opera mendaces sunt, nec est in ipsis veritas; quia scriptum est, omnis homo mendax: veritas autem manet stabilis, inualescit in æternum, constanter obtinet, & viuit in æuum: ipsius virtus communis, & propria, nihil inæquale recipit, assumit ue varium, aut in eius iudicio, per alicuius malignitatis astutiam, orepit iniquum.

Nos itaq;, quos ad locum Regalis fastigij dextera Diuina prouexit, simplicitatis integræ, ac puræ veritatis amatores, vias inuestigamus accommodas, modos aptos exquirimus, conuenientes tramites perscrutamur, per quos nostris temporibus, pellatur falsitas, varietas lateat, cesset duplicitas, mendacium sileat, & cętera, veritati contraria, delitescant.

Audiuimus equidem clamosa insinuatione frequenti, q; in Ciuitate nostra Neapolis, ille periculosus vsus, immo, vt loquamur verius, reprobandus vsus inualuit pro-

propter incertam, & inde terminatam cõsuetudinum varietatem. quod dum, in emergentibus causis, allegatur interdum consuetudinis, longæuique vsus auctoritas, ad contrarium obijcitur alia, in elisionem preteritę allegatur aduersa, & dum fit plerumq; vtriusq; probatio, ex consequentia necessitatis implicitę, tecta veritate sub modio, periurij reatus incurritur, & varietatis perplexitas prolixius intricatur: ex cuius incertitudinis, & indeterminationis in volucro, illud etiam sequitur absurdum notabile, quod allegata, & obtenta consuetudo in vno iudicio, sine varietatis pudẽtia, in alterius instantia reprobetur: ex quibus vtriq; quotidianis erroribus, differuntur iudicia, offenditur veritas, lites crescunt, oriuntur, & incidunt animorum, & corporum quotidiana discrimina: nam dum silet veritas, oppressa per obuiũ; rancor altius radicatur ad scandalum: & eo ad falsitatis commenta decurritur, quod ad peruersæ voluntatis intentum, facilior opportunitas inuenitur.

Vt igitur per auctoritatis nostræ pręsidium (cuius est proprium in lucem deducere veritatem, supplantare dissidia, falsitates euellere, periuria resecare, cum sit fouere crimina; ipsorum causam non tollere, & qui reprobandis excessibus obuiare desinit, erroribus, & deuijs cõsequenter assentit) expressa pridem nostra iussione præscripsimus, per venerabilem patrem olim P. Antistitem Ciuitatis eiusdem, & duodecim viros vitæ, ac opinionis electæ discretos, & instructos in talibus, ab vniuersitate eligendos eadem, omnes veras antiquas, & approbatas Cõsuetudines Ciuitatis ipsius, quas, ex concordia proborũm virorum testimonio, vel alia probatione legitima ipsi reperire valerent, in seriosam scripturam redigi, transcribendas post modum per auctoritatis nostræ præsidium in ordinato volumine, pro futurorũ, atq; præsentium certa memoria, solemnitate perpetua valituras; Ita quidem, quod omnes Consuetudines Ciuitatis ipsius, quæ infra præfixum terminum in priori nostra iussione præfata, per eosdem P. Antistitem Ciuitatis eiusdem, & duodecim in scripturam redactæ non forent, haberentur vacuæ, & inanes, & nullæ: ac in iudicijs, & extra iudicia, nullius roboris existerent, vel momenti.

Pręfates autem Consuetudines in scripturam redactæ, secundum præmissi mandati nostri tenorem, & formam, per illud traditam; pari voto, & communi consensu vniuersitatis eiusdem, presentatæ sunt nostro conspectui, per nostrum corrigendę ac declarandę iudicium, & per auctoritatem approbationis nostræ obnixius roborandę.

Quarum serie diligenter inspecta: earumq; sensu exacte peruiso, quia in illis inuenimus communem concordiam ciuiũ, & rationis approbandę censuram: detractis aliquibus, quibusdam, per declarationem congruam, additis, eas per Bartholomeum de Capua, militem Logothetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ, in stilo dictaminis eorundem ciuium, vt magis proprie illarum vsualia verba remaneant; in presenti volumine, sub titulo approbationis, & compilationis nostrę præuise redigi fecimus.

Ita quod auctoritatis nostræ comprobatę iudicio: in dicta ciuitate Neapolis, eiusq; districtu, in iudicijs, & extra iudicia: vim legum obtineant, & robur consuetudinum probatarum: cęteris vsibus, seu cõsuetudinibus alijs, non insertis in pręsenti volumine, tanquam minus rationabilibus, & censuram non habentibus, antiquatis, de certa nostra scientia, cassatis, vacuatis, & annullatis omnino, ac cassis, vacuis, & nullis pęnitus declaratis.

Ita vt si quis inuentus fuerit tam procax, aut pertinax, qui consuetudinem allegarę pręsumat, quæ in prædicto volumine non inueniatur inserta: ipso iure, sine sententia, vnius libr. auri boni purissimi condemnatione plectatur, cuius medietas fisci nostri compendijs relicta, eiusdem ciuitatis commodis applicetur.

Pro certiori vero cautelę suffragio, consuetudines ipsas, approbatione nostra vallatas, in archiuio nrę Regalis Curię, transcribi fecimus, ibi perpetuo conseruãdas.

Capitula Carol. I. & II. confirmantur per Robert. cum præcepto quod seruentur, & transgressores puniantur tamquam sacrileg. h.d. cum l. seq.

Rober-

Robertus Rex cap. 212. & 254. L. XII.

FRequenter, ex abundanti, robur adijcitur, adiectio plenitudini pluries ꝑ cautela confertur, exuberans quidem cautionis suffragium rei, quæ geritur vallum, mansuræ stabilitatis, adijcit, & per multiplicationem actus, affectum beneuolum confert, qui eo se potius realiter exhibet, quo vehementius fomes illum dilectionis adauget: licet igitur auus, & genitor nostri, memoriæ recolendæ, pro tranquillitate status, & commoditate fidelium Regni nostri Sicilię, Capitula varia, seu Constitutiones condiderit, quę ipsorum auctoritate condentium, & communis boni suadente censura, robur efficax obtinent firmitatis: vt tamen, nostri vigore præsidij, accedat illis abundans cautela securior, & erga subiectos nostros Regni præfati (quos apud sinum nostræ gratiæ lustrat fidei claritas, deuotionis integritas approbat, obsequiorum grandium crescens promptitudo commendat) nostrę serenitatis affectus sicut occurrit, ad presens in lucem vicissim prodeat, & actualiter demonstretur; Capitula, seu Constitutiones iam dictas, integraliter, & in omnibus suis partibus, confirmamus, de certa nostra scientia, & in perpetuum valituras; mandantes, & iubentes, expresse, omnibus officialibus Regni nostri Sicilię, quod Capitula, & Cōstitutiones easdem seruent, & tenaciter faciant obseruari, sub pęnis, in dictis Capitulis, & Constitutionibus, comprehensis, & alijs infligendis eis, per nostrum arbitrium, illaq; precipue, quæ in contemptores iussionum nostrarum, sicut in sacrilegios, est indicta. Data Neapoli per Bartholomeū de Capua. Anno domini &c.

Idem ibidem. L. XIII.

SAlubrem statum & prosperum fidelium Regni nostri Siciliæ plenis desiderijs affectantes: Capitula, siue Constitutiones editas per claræ memoriæ progenitores nostros, pro commoditate & tranquillitate status eorundem fidelium confirmamus: nostra ex certa scientia, sub serie subsequenti.

Sequitur tenor l. proximæ precedent. & deinde.

Quo circa fidelitati tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus prædicta Capitula, & Constitutiones, sub certarum interminatione pęnarum, vestris successiue temporibus, seruentis, & faciatis ab alijs obseruari, prout ad vestrum spectat officium inuiolabiliter; vt tantorum edentium statuta seruentur illæsa, & per eorum obseruantiam, cultu seruato iustitiæ, succedat per cōsequens pax amęna: Daturi presentes litteras in pendenti. Data per Bartholomeum de Capua &c.

Carol. III. pro bono statu fidelium, & iustitia conseruanda edidit Capitula. h. d.

Carol. III. Iustitiarijs cap. 220. L. XIV.

SCire vos facimus, quod pro bono statu fidelium Regni Siciliæ, & iustitia conseruanda ordinationes nuper fecimus tenoris, & continentiæ subsequentis.

Iustitiarij, Capitanei, Iudices, Assessores, & Actuarij, in manib. Prothonotarij, vel Locumtenentis iurent seruare fidelitatem Reginæ, exercere fideliter Officia, & obseruare Constitutiones, & Capitula Regni, de non constito huiusmodi iuramento in Summaria, & Cancellaria; Officia eis non liberentur. h. d.

Ioanna Regina cap. 285. L. XV.

ITem quod omnes officiales in futurum creandi, tam scilicet Iustitiarij, & Capitanei, quam Iudices, & assessores, actorum, Cameræq; notarij, cum iurant in manibus Prothonotarij, vel Locumtenentis ipsius, fidelitatem Reginali Maiestati, & de officiis ipsis fideliter exercendis, inter cętera iurare teneantur, seruare præsentia Capitula, & alias quascunq; Constitutiones, & Capitula Regni: quę eis, in quātum commode fieri poterit, & specialiter presentia, exponantur, & legantur per Prothonotarium, & Locumtenentem predictum, vel alium, de mandato ipsius: & nisi consisterit in Summaria Mag. Regni Siciliæ Camerario, seu Locumtenenti ipsius, Cancellario, seu Locumtenenti eius, de præstationibus iuramentorum prædictorum; ipsi non faciant liberari eis litteras, officiorum eorundem.

Officiales obseruent Constitutiones, Capitula, & bonas obseruantias Regni. h. d.

Eadem cap 288. *L. XVI.*

Item quod prædicti officiales obseruare teneantur Constitutiones, & Capitula, ac bonas obseruantias Reg. neq; præmissa Capitula, nouiter editis, in aliquo derogent, sed ipsa rata, & firma permaneant, in omni parte ipsorum.

Constitutiones, & Capitula Regni seruentur. h.d.

Ladislaus Rex Rit. 84. *L. XVII.*

ITem quod seruentur omnia Capitula, & Constitutiones Regni edita, & edistæ ad administrationem Regni, & pro statu pacifico subiectorum.

Ritus compilati de mandato Ioann. II. obseruentur sublatis alijs ritibus, & obseruantijs. h.d.

Ioanna II. Regina Rit. 1. *L. XVIII.*

CIrca reformationem, & augmentum Regni nostri Siciliæ, ac generalis iustitiæ Regni eiusdem &c. Itaq; tam officialium nostrorum processibus, quam fidelium statibus, prouisionis nostræ remedio, subuenimus, maxime in nostris Magnæ & Vicariæ Curijs, quæ, sub regimine nostræ protectionis, precipue in hac nostra Ciuitate Neapolis, & toto Regno nostro, sunt iustitiæ deputatæ, harum sacrarum nouissimarum nostrarum Constitutionum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro, sancimus, decernimus, statuimus, & mandamus, motu proprio, de certa nostra sciẽtia, cum prouisa, matura, & digesta nostri consilij deliberatione consulta, quod omnes infrascripti Ritus, Obseruantiæ, in nostris Magnæ & Vicariæ Curijs, & qualibet earum, de cætero inuiolabiliter obseruentur, omnes vero alios Ritus, & obseruantias dictarum Curiarum, hactenus obseruatos, & obseruatas, per pręsentes, de dicta certa nostra scientia, & proprio motu, & cum dicti nostri consilij deliberatione matura, irritamus, cassamus, ac viribus, & efficacia vacuamus, nulliusq; esse decernimus roboris, vel momenti.

Neap. obseruentur Ritus, Consuetudines, Statuta, & gratiæ, & alia vt infra. h. d.

Rit. 301. *L. XIX.*

COncessiones, & gratias, benemeritis fidelibus nostris gratiose concessas, licet perpetua firmitate cõsistant, plerũq; ad maioris cautelæ præsidium, non solum nostræ confirmationis munimine roboramus: sed libenti animo de nouo concedimus, atq; damus.

Sane motæ nouiter supplicationibus vniuersitatis, & hominum Ciuitatis nostræ. Neap. nostrorum fidelium dilectorum, per eorum speciales Sindicos, ad nostræ Maiestatis præsentiã destinatos humili cum deuotione porrectis: volentesq; cum eis benigne, & gratiose agere: eidem Vniuersitati, & hominibus præfatæ Ciuitatis nostræ Neap. omnes, & singulas franchitias, immunitates, exemptiones, priuilegia, gratiose factas, & facta, ac concessas, & concessa eis per claræ mem. Dominos Reges, & Reginas prædecessores nostros, a tempore q. Domini Regis Roberti aui nostri citra; per eorum litteras, & priuilegia, ac omnia, & singula in eisdem litteris, & priuilegijs contenta, iuxta earum, & eorũ continentias & tenores, quos haberi volumus, de certa nostra scientia, præsentibus pro sufficienter expressis, & specifice declaratis, nec non & omnes Consuetudines, Statuta, Ritus, obseruantias, & Capitula, antiqua tempore dicti Regis Roberti, & successiue vsq; ad præterita tempora obseruata in dicta Ciuitate nostra Nea. eius casalibus, & pertinentijs omnibus, quę hic etiam haberi volumus pro sufficienter expressis, in quarum, & quorum possessione, seu quasi ad presens existunt: tenore præsentium, de certa nostra scientia, specialique gratia, confirmamus, & ad maiorem cautelam, de dicta certa nostra scientia, de nouo concedimus, atque damus. Declarantes tamen expresse, de eadem scientia certa nostra, earundem tenore pręsentium, quod, per huiusmodi nostræ confirmationis, & nouæ concessionis dictorum priuilegiorum, franchitiarum, immunitatum, & exemptionum, & omnium aliorum superius expressorum litteras, seu priuilegium, eisdem vniuersitati, & hominibus per nos factas, siue factum; nos & nostra Curia,

Curia, nostriq; in dicto Regno hæredes, & successores non teneamur, nec teneantur ad solutionem prouisionum quarumcunque, aut pagamenti, seu solutionis alterius cuiuscunque, nec etiam per eas, vel ea volumus aliorum iuribus quomodolibet derogari.

Non indiget Summario.

1459. *Ferdinand. I. Rex inter Priuil. Neap. cap. 15. fol. 11. L. XX.*

ITem supplica la detta Vniuersità alla V. M. che la detta Vniuersità in genere, & in specie sia retta, & gouernata per quoscunq; vestros Officiales secundum iura, Constitutiones, & Capitula Regni huius, & non aliter. Placet R. M.

Et infra cap. 12. fol. 13. at.

Item che tutti li predetti capitoli, & ogn'vno di essi s'intendano, & interpretentur latè, latius, & latissime, in fauore, & vtilità delli predetti Napolitani, e di ciascuno di essi. Placet R. M.

Confirmantur Priuilegia, Capitula, & Consuetudines Neap. & præcipitur quod obseruentur; cassantur banna vt infra.

1462. *Idem inter Priuileg. Neap. cap. 2. fol. 12. at. L. XXI.*

ITem supplicano li detti gentil'huomini vt supra, non ostante che per lo passato habbiano hauuto da S. M. altre confirtioni, pur'à maggior cautela, che la detta M. confermi, & de nouo conceda tutti priuilegij, gratie, capitoli, consuetudini, prerogatiue, & franchitie concesse alla detta Città, & gentil'huomini, & Vniuersità di essa, tanto per sua Maestà, quanto per gli altri Rè, & Signori passati di questo Reame. Placet R. M.

Item supplicano li detti gentil'huomini vt supra, che S. M. per vigore delli presenti Capitoli commandi à tutti, & singoli Officiali de S. M. che siano tenuti osseruare, & far osseruare senza alcuna excettione li detti priuilegij, capitoli, & altre gratie concesse per S. M. alla detta Città, gentil'huomini, & Vniuersità di essa (etiam se per S. M. fosse scritto, o cōmandato à bocca, cum clausula non obstante, che gli Officiali non siano tenuti osseruare li detti capitoli, gratie, concessioni, & confirmationi per essa M. fatte) & dipoi che il presente capitolo, & commandamento sarà vna volta intimato alli predetti Officiali, & à ciascuno di essi, siano tenuti ad osseruare li detti priuilegij, capitoli, & altre gratie, ancora che per li cittadini di essa Città non siano domandati, sotto pena di mille docati per ciascuna volta, & di priuatione de loro officij, alla quale pena ipso facto contrauenendo siano incorsi. Placet R. M.

Et infra cap. 35. fol. 12.

Item supplicano li detti gentil'huomini vt supra, & de gratia domandano ad essa M. che se intenda esserno cassati, irritati, & annullati tutti banni, & prohibitioni che dal tempo della bona memoria de Rè Alfonso, & S. M. e suoi Officiali per tutto lo tempo passato fin'alla presente giornata fussero fatti, & che nullo per vigore de quelli banni, ouero prohibitioni possa essere molestato, ouero punito per alcun modo per l'auuenire. Et se S. M. volesse che alcuno se ne osseruasse, de nouo gli debbia far bandire publicamente per li luoghi consueti della detta Città, & dall'hora che saranno banditi nouamente auanti, habbiano effetto, & non altramente; imperoche tutti mercanti, & huomini che faceuano mercantie, & facende, hanno lasciato, e lassano fare le dette mercātie per dubio delli sopradetti banni. Pacet R. M.

Non indiget Summario.

1466. *Idem inter Priuil. Neap. cap. 5. fol. 15. L. XXII.*

ITem se supplica alla Prefata M. se degni far cōmandare alli Tribunali de questa Città, che osseruino li Capitoli, & Ordinationi fatte per S. M. à questa Città, accioche ogn'vno goda della giustitia sua, com'è debito. Placet R. M.

Constitutiones, & Capitula Regni obseruentur non obstante consuetudine aduersante. h. d.

1483. *Idem Prag. 1. de Salar. num. 1. L. XXIII.*

VT post bellorum strepitus, obtenta victoria, nostri fideles in cultu iusti-

tiæ debito viuant, & securæ quietis, & pacis tranquillitate lætentur, & ab illatis, ex longæua guerrarum turbatione, oppressionibus grauioribus liberentur, quæ, tempore succedente, iam in perniciosum processerunt abusum (prout in præsentiarum in nostri cognitionem nouiter sunt deductæ) tenore præsentium, de certa nostra scientia, statuimus, atque iubemus, vbiq. in nostro Siciliæ Regno Constitutiones, & Capitula Regni eiusdem prædecessorum nostrorum Siciliç Regum, ad releuandum ipsorum fidelium onera, & eorum statum pacificũ salubriter conseruandum, ab omnibus efficaciter obseruari, quacumque in contrarium hactenus forte consuetudine non obstante.

Non indiget Summario.

1486. *Idem inter Priuil. Neap. cap. 22. fol. 17. L. XXIV.*

ITem che la detta Vniuersità in genere, & in specie sia gouernata per quosuis vestros Officiales secundum Iura, Constitutiones, & Capitula Regni huius, & non aliter. Placet R. M.

Et infra cap. 50 fol. 18. a t.

Item che tutti Officiali di S. M. siano tenuti osseruare, & far osseruare senz'alcuna excettione li detti priuilegij, capitoli, & altre gratie alla detta Città, Vniuersità, & Gentil'huomini di essa concesse. Pla. R. M.

Non indiget Summario.

1496. *Federicus Rex inter Priuil. Neap. cap. 53. fol. 24. a t. L. XXV.*

ITem che la M. V. come prudentissimo Re habbia la mente drizzata alla reformatione, & ministratione della giustitia de questo vostro Regno, la quale per le guerre, & turbationi è stata suppressa, & del suo debito alterata, supplicando, & addomandando, che da mò auanti all'administratione di quella siano tali Presidenti, ministri, & assidenti, tanto nella vostra Regale Audientia, & nel S. C. quanto nella gran Corte della Vicaria, & nella vostra Camera della Summaria, come particolarmente nelle Prouintie, & Terre di detto Regno, che la M. V. ne sia commendata, & possa rendere buon cõto à N. S. Iddio: li quali debbiano osseruare le Constitutioni, Capitoli, & ordinationi di detto Regno, quali meglio in detti Tribunali, & luoghi sono consueti osseruarsi, per lo buon' regimento, & administratione della giustitia in toto Regno, Placet R. M.

Et infra cap. 44. fol. 25. a t.

Item supplicano che V. M. se degni ordinare, che ad vnguem siano osseruate tutte le Cõstitutioni, Pragmatiche, & Riti, & Capitoli del Regno, li quali sono stati fatti in releuationem grauaminum publicorum Regni. Placet R. M.

Et infra cap. 67. fol. 27.

Item supplicano la M. V. se degni commandare, & ordinare à tutti li Officiali maggiori, & minori, etiam del S. C. che à tutte hore, & quando à loro, & ciascuno di essi sarà presentato il priuilegio, seu transumpto delli presenti capitoli, e quelli, & ciascuno di essi debbiano ad ogn'vno osseruare iuxta loro tenore, & continentia; & che sempre in dubijs li debbiano interpretare in fauore di detta Vniuersità, & facendo il cõtrario siano priuati de loro Officij, & incorrano in pena di docati diece milà, quante fiate se contrauenerà per detti Officiali, & debbiano pagare l'interesse, nel qual' incorrono detta Vniuersità, & huomini di quella, & detti Baroni, & ciascuno di quelli, per non esser stati osseruati detti Capitoli. Placet R. M.

Non indiget Summario.

1503. *D. Consaluus Ferrandes Magn. Cap. Prorex inter Priuil. Neap. cap. 63. fol. 38. L. XXVI.*

ITem supplicano se degni commandare à tutti li Officiali del Regno maggiori, & minori, etiam del S. C. che à tutte hore, & quando à loro, & ciascuno di essi sarà presentato il priuilegio, seu transumpto delli presenti Capitoli, quelli, & ciascuno di essi debbiano ad vnguem osseruare il loro tenore, & continentia; & che semper in dubijs li debbiano interpretare in fauore di detta Vniuersità, & che facendo il contrario, siano priuati de loro officij,

officij, & incorrano in pena di ducati dui mila quante fiate se contrauerrà per detti Officiali, & debbiano pagare l'interesse nel quale incorreranno detta Vniuersità, & huomini di quella, & detti Baroni, & ciascuno di quelli, per non esser no stati osseruati li presenti Capitoli. Placet præfato Domino Locumtenenti Generali.

Non indiget, Summario.

1505. *Ferdinand Catholic. Rex inter Priuil. Neap. Cap. 5. fol. 39. à t.* *L. XXVII.*

Item supplicano V.C.M. se degni confirmare, e de nouo concedere alla detta Vniuersità, & à detti supplicanti in genere, & in specie tutti Riti, osseruanze, stili, vsi, consuetudini, & costumanze scritte, & non scritte che se seruano, & sono solite seruarsi, & consuete nella Città predettà di Napoli, e suoi Tribunali, & signãter le consuetudini, riti, & costumanze, che se seruano, & sono solite seruarsi nelli seggi della detta Città, tra li gentil'huomini di quelli, & così quelli si seruano tra li Cittadini di essa Città. Placet Serenissi. Domino Regi.

Et infra cap. 79. fol. 48. a t.

Item supplicano se degni commandare à tutti Officiali del Regno maggiori, & minori, etiam del S. C. che à tutte hore, & quando à loro, & ciascuno di essi saranno presentati li presenti capitoli, ouero priuilegij, seu transumpto di essi, & ciascuno di essi, debbiano ad vnguem osseruare il loro tenore, & continentia; & che sempre in dubio li debbiano interpretare in fauore di detta Vniuersità, & facendo lo contrario, siano priuati de loro officij, & incorrano in pena di docati duimila, quante fiate si contrauenerà per detti Officiali; & debbiano pagare l'interesse, nel quale incorreranno detta Vniuersità, & huomini di quella, & detti Baroni, & ciascuno di quelli, per non esser stati osseruati detti capitoli. Placet Serenis. Domino Regi.

Constitutiones, & Capitula, Ritus, & Pragmaticæ, quæ obseruabantur tempore Regis Catholici, & quæ per eundem fuerunt confirmata, & edita obseruentur h. d.

1518. *D. Raimundus de Cardena Prorex Prag. 2. de offi. Iud. nu. 1.* *L. XXVIII.*

IDdeo ineffabilis prouidentię Deus omnipotens Reges in Terris constituit, vt, & ipsius in recta populorum gubernatione Vicarij, & generalem omnium curam vnus gereret. Cum itaque Catholicus Rex, Dominus noster iustissimus, inter alia permulta sibi a summo Deo præstita Regna, huic Regno, eiusque quieti, rectæque administrationi continuo consulere intentior sit, voluit vt frascriptæ Pragmaticæ sanctiones cunctis temporibus firmiter valituræ decernerentur, quas de ipsius Maiestatis speciali mandato, ac voto Regij penes nos assistentis Consilij facimus, statuimus, & ordinamus in hunc qui sequitur modum.

In primis, quod omnes Pragmaticæ, Constitutiones, Ritus, Capitula, & ordinationes, tam nouæ, quã veteres, quæ obseruabantur tempore Serenissimi Regis Ferdinandi primi, quæ fuerunt publicatæ in Sacro Regio Consilio, die penultimo Octobris 1477. Et eodẽ die in Magna Curia Vicariæ, & die secundo Mensis Nouẽbris eiusdem anni fuerunt banditę per Sedilia præsentis Ciuitatis Neap. confirmatæ, & etiam de nouo factæ, & sancitæ per Cath. Regem fælicis memoriæ, præfatarum Maiestatum auum, obseruentur inuiolabiliter, iuxta illarum, seu illorum seriem, & tenorum pleniores.

Cæsar. M. iurat pro obseruantia Priuil. Neap. h. d.

1535. *Inter Priuil. Neap. fol 99.* *L XXIX.*

Et quoniam lucri cupiditas posset, in cōscribendis chartis prædictis, fraudis materiam suggerere, & largius, quam par sit, versus, & dictiones exarare, huic rei obuiando præcipimus faciem cuiusque chartæ triginta versus, & vnumquemque versum sex dictiones, siue partes continere debere, & hac ratione chartas computari, & salarium prætaxatum solui, prauo illo abusu, quo charta siue facies cœpta scribi pro completa, & totaliter scripta hactenus computari consueuit, penitus sublato: secus facientibus pœna in præcedenti Capitulo apposita imminenti.

Audiuimus etiam Scribas prædictos registrorum, pro perquisitione scripturarum in eisdem contentarum, a partibus illas desiderantibus, immoderatas solutiones pro eorum arbitrio exegisse, & exigere, in maximum damnum Regiorum subditorum: Quorum indemnitati prouidentes, statuimus, quod Scribæ prædicti perquisitiones ipsas ex fide faciant, & pro his qualescumque faciant, grana decem tantum recipiāt, sub pœna præfata.

Cum autem Registrorum libri sint Regiæ Curiæ, & eidem principaliter pertineant, prædictis Scribis mandamus, quod nemini exempla siue copias scripturarum in eis contentarum tradant, absque nostra, vel vnius ex Regentibus, licentia, pro copiarum autem ex nostra vel Regentum vt prædictum est licentia transcribendarum, & patribus petentibus assignandarum scriptura, charta, & fide dimidium tantum eius quod pro registratione debetur, exigi possit, & nihil vltra, & versibus ad rationem prędictam registri originalis computatis.

Caueant insuper præfati Scribæ, quod Registrorum libri nemini commodentur, nec modo aliquot a dicta Regia Cācellaria extrahantur, sed in ea tam in pręteritum facti, quam faciendi, summa cum diligentia conseruentur cooperimentis, & ligaturis necessarijs aptentur, contenta in eis per Alphabetum signatis chartis notentur, & sub claui caute custodiantur, quousque de congruenti illorum repositorio, & archiuo fuerit prouisum.

Scribæ de forma, qui eliguntur à Secretario prouisiones Cancellariæ redigant in pulchram formam, & obseruent taxam hic positam.

Idem ibidem nu. 12. *L. XIII.*

HI Scribæ, qui, vt prædictum est, ab ipso eliguntur Secretario, vulgoque de forma appellati sunt, ordinatas a nobis prouisiones, & a Regia Cancellaria exeuntes, in pulchram, & ornatam redigunt formam, siue scripturam, pro quibus prouisionibus ad Regiam Curiam pertinentibus, vt de Registrorum Scribis statutum est, nihil recipere debeant: A partibus autem quid eis soluatur, nec in pandecta prædicta continetur, nec in prouisione illa post eiusdem pandectæ datum expedita cautū est, nec alibi specialiter prouisum videtur. Id igitur modo declarantes, ex eoq; vetusto more obseruatū est pcipimus, alijsq; iustis considerationibus moti, statuimus, illis pro scripturis priuatorum commoda respicientibus tantundem deberi, quantum registrorum Scribas exigere posse præordinatum est, ac secundum illam formam in Registro redactam, & non vltra.

Taxator taxet iura Sigilli secundum pandectam, & obseruet taxam sibi factam; & sigillator obseruet taxam Taxatoris; & prætendens eam non rectè factam, sigillationem non differat, sed postea procuret decidi controuersiam per Regentem ex non scripto. h. d.

Idem ibidem nu. 13. 14 15. *LXIV.*

TAxatoris autem officium, cuius est iura ad sigillum spectantia taxare, a Regia Curia confertur huic officio per obtinentem illud, personaliter inseruiendum est, prout a ceteris, qui substituendi potestatem non habent a Regia Maiestate. hic taxator vltra prouisionem, quam recipit a Regia Curia, longaeuo vsu, sicut accepimus, exigere consueuit a partibus tarenos duos pro taxa quacumq; transcendente tarenos sex, pro illis quæ infra summam prædictam, nihil prorsus, sicq; in posterum seruari iubemus, contrafacientes priuationis officij pænam incurrant, & extorta in quadruplū restituant. obseruet Taxator ipse omnino Regiam Pandectam, editam super solutione iurium ad sigillum pertinentium, nec illius prætereat formam, quam publice affixam

xam in valuis Regię Cancellarię perpetuo retinere iubemus, pæna in dicta Pragmatica descripta, si secus fecerit, imminenti.

Post leges Taxatori datas, consequenter dicendum est de officio sigilli. Caueat igitur omnino, qui huic præpositus est officio, ne quid vltra summam, per Taxatorem descriptam in prouisionibus sigillãdis exigat, vel recipiat, nec immunes, & exemptos iuribus sigilli quicquam soluere cogat, contrafacientibus priuationis officij pœnam subituris, & partibus extorta in quadruplum restituturis.

Prætendente autem ipso sigillatore, taxam non recte factam, nullatenus propterea sigillatio differatur, saluis sibi iuribus, pro eo quod vltra taxam, prętendit contra Taxatorem, vel partem, cõtrouersijs desuper nascituris, per vnum ex Magnificis, & circunspectis Regiam Cancellariã Regentibus summatim, & ex non scripto decidendis, pęnam vnciarum 25. singulis vicibus, quibus contrauenerit incursurus, & partibus damna emandaturus.

Cancellarij, Scribæ, Taxator, & Sigillator non legitime impediti, singulis diebus non feriatis, quatuor horis ante prandium, & totidem postea assistant in Cancellaria. h. d.

Idem ibid. nu. 16. L. XV.

QVoniam vero frequens, & multiplex negotiorum, tam publicorum Regiæ Curiæ, quam priuatorum, ad Regiam Cancellariam pertinentium, concursus exigit, vt ipsius officiales, & ministri prædicti assidue in ea commorentur, nec ob illorum absentiam expeditio impediatur, vel differatur, volumus, & districte præcipiendo mandamus, eosdem Cancellarios, Scribas de forma, Scribas registri, Taxatorem, Sigillatorem, omnes, legitimo impedimento non subsistente, singulis diebus non feriatis, in eadem Regia Cancellaria residere debere quatuor horis continuis ante prandium, primis quatuor quouis tẽpore summo mane, reliquis vero post prandium à decima octaua hora inchoandis, pæna contra facientibus priuationis officij mulctandis, & alia nostro arbitrio reseruata, &c.

Sigillator vnicam pro quouis negotio recipiat emparationem, pluries prorogabilem: ea semel sublata, aliam amplius non recipiat. h. d.

1616. Comes de Lemos Iunior Pror. Pragm. 11. de off. iud. nu. 76. L. XVI.

PEr euitar calunnie, e longarie delle parti, ordinamo precisamente allo Cõseruatore del Sigillo della Regia Cancellaria, che in qualsiuoglia negotio non riceua più de vna empara, la qual se possa prorogar più volte, però essendo vna volta leuata, non ne possa riceuer altra di nuouo, come per il passato si è abusato.

De Iudicibus Regijs in communi Tit. V.

Constit. lib. 1. circa finem. L. I.

IVdices iurabunt.

Cætera textualia desunt.

Constitut. lib. 1. circa finem. L. II.

FOrmam Sacramenti.

Cętera textualia desunt.

Constit. lib. 1. circa finem. L. III.

MOderatas.

Cætera textualia desunt.

Officia sunt discreta: officialium alij ciuilibus, alij verò criminalibus quæstionibus pręponuntur. h. d.

Federicus Imper. Const.lib. 1. tit. de obseruat. iust. *L. IV.*



NON sine grandi cõsilio, & deliberatione perpensa, condendæ legis ius, & imperiũ in Romanum Principem, lege regia transtulere Quirites. Vt ab eodem, qui, cõmisso sibi Cesareæ fortunæ fastigio, per potentiã populis imperabat, prodiret origo iusticiæ, à quo eiusdem defensio procedebat. Idq; conijci potest, non tam vtiliter, quam necessario fuisse prouisum, in eiusdem persona concurrentibus his duobus, iuris origine, scilicet, & tutela, vt à iusticia vigor, & à vigore iusticia non abesset. Oportet igitur Cæsarem fore iustitiæ patrem, & filium, dominum, & ministrum. Patrem, & dominum in edendo iustitiam.

Et editam conseruando:

Sic & in venerando iustitiam sit filius, & in ipsius copiam ministrando minister.

Hac igitur consulta ratione commoniti, qui de manu domini sceptrum imperij, & inter alia regna, regni Siciliæ moderamen accepimus: Nostris fidelibus omnibus prædicti regni nostræ voluntatis propositum nunciamus. Quia nobis cordi est, inter ipsos, absq; exceptione qualibet personarum, vniuersis, & singulis, prompto zelo, iusticiam ministrare; vt abunde ipsius copiam per officiales nostros, quibus ipsam commisimus ministrandam, vndiq; valeãt inuenire. Ipsorum officialium nostrorum officia volumus esse discreta: ciuilibus quæstionibus alios, & alios accusationibus criminalibus præponentes.

Lex sequens non extenditur sub hoc titulo, quia attinet etiam ad alium.

Idem Const. lib. 1. tit. de probib. Cur. commer. *L. V.*

COmmuniter.

Officiales iurent sollemniter vt hic, alias officium non exerceant, pæna vsurpatæ iurisditionis eis, & iuramenta non recipientibus vnius libræ auri, imminente, & forma iuramenti inferatur in commissionibus, h.d.

Carol. I. Rex cap. 37. *L. VI.*

ITem recipiant sacramentum in forma subscripta à quolibet officiali, in quocunq; officio ordinetur, scilicet, quod per se, vel per alium sub spe, vel occasione habendi huiusmodi officium, non dedit aliquid, nec intendit aliquid dare, nec aliquis pro se, nec promisit iustitiario, vel alicui alij officiali, vel alicui pro ipso, vel vxori, nec alteri personæ, sub colore mutui, vel sub colore fraudis, durante officio, nec finito, occasione promissionis primo factæ ratione officij obtinendi. Similiter iuramentum præstabunt omnes officiales, qui per nos, vel nostram curiam creabuntur pro tempore, & nisi iurauerint modo prædicto, non possint ipsum officium exercere, sed eadem teneantur pæna, qua tenerentur, si sine mandato sibi officium vsurparent. Ille qui debet iuramentũ prædictum ab officialibus recipere, si non receperit, pænam vnius libræ auri fisco nostro componat: & tota forma præsentis capitulis in commissione vniuscuiusq; officialium inferatur. Officialis autem qui debet prædictum iuramentum recipere, ipsum in præsentia decem testium, recipiat modo prædicto. Nomina autem prædictorum testium, & forma iuramenti prædicti, in commissione officiali facienda, specialiter exprimantur.

Officiales, & subofficiales, qui debent iurare vt supra nominantur.

Idem cap. 14. *L. VII.*

OFficiales omnes debent iurare, scilicet, Iustitiarij, Secreti, Magistri procuratores, & Portulani, Magistri foresterij, Magistri massarij, Inquisitores, Passagerij, Vice admirati, & Prothontini, Comiti, Iudices, Notarii, Magistri salis, & omnes alii subofficiales eorum forma prædicta.

Offici-

Officiales non recipiant munera, exceptis esculentis, & poculentis, neq; etiam recipiant aliquid tempore ingressus officij, aut occasione restitutionis possessionum, aut prætextu consuetudinis alicuiusuæ iuris. Iustitiar. non commmorentur in loco Prouinciæ vltra quatuor dies. h. d.

Idem cap. 25. L. VIII.

HAc edictali lege in perpetuum valitura sancimus, vt nullus Iusticiarius, nullus officialis alius munera, vel exenia, siue dona qualibet recipere, quoquomodo, præsumat: Exceptis esculentis, & poculentis, sicut est eis à iure permissum: Sed, eorum contenti salario, sint feruentes in executione iustitiæ: nec diuertant ad dexteram, siue ad sinixtram. Neq; liceat cuiquam Iusticiario, Secreto, & alijs officialibus nostris, cum primo ingreditur decretã sibi prouinciam, quicquam recipere à Ciuitatibus, castris, villis, aut alijs quibuscunq; locis, siue personis, sicut hactenus ex quadam consuetudine in aliquibus Regni nostri partibus, & specialiter in Sicilia, dicitur obseruatum. Et cum aliquibus castra, seu feuda, vel possessiones quascunq; de mandato nostræ celsitudinis restituunt, aut assignant, Palefredum, aut nomen palefredi, aut quodcumq; aliud pro se non exigant, aut recipiant, prætextu cuiuscumq; consuetudinis, vel alterius cuiuslibet iuris. Et quia Iusticiarij in pinguioribus, & melioribus Ciuitatibus, seu locis Prouinciarum suarum, sic suæ stationis nidum, siue lodum firmare dicuntur: ita q; eis per alia loca Prouinciarum ipsarum, ad purgandum ipsas à malis hominibus, discurrere non curantibus, Malefactorum crescit malitia, impune cõmittuntur excessus, & iusticia nõ seruatur. Nos, qui subditis nostris pacis, & iusticiæ copiã ministrare cupimus, affluenter: oportunum in hac parte consilium adhibere volentes. Vnicuiq;, & singulis Iusticiariis regni nostri firmiter inhibemus, Ne in aliquibus Ciuitatibus, siue locis alijs Prouinciarum suarum, vltra tres dies, vel quattuor ad plus, nisi euidens necessitas, vel vtiliras exposcerit, præsumat moram protrahere: sed prouincias suas vbiq; discurrat, illasq; expurget hominibus malis, officij sui debitum in executione iusticiæ viriliter, & fideliter exequendo.

Officiales, & subofficiales, & familiares hic nominati non recipiant munera, etiam esculenta, & poculenta ab Vniuersitatibus, & id seruare iurent. Vniuersitates sine mandato Regio non imponant collectam. h. d.

Idem cap. 38. L. IX.

ITem q iusticiarij, iudices, & actorum notarij, & cameræ stipendiarij, & familiares alij, & officiales eorum ab vniuersitatibus terrarum nihil omnino recipiant in pecunia, coiectis, seu aliis quibuscumque rebus, etiam esculenta & poculenta. Cum vniuersitates regni nil habent in communi. Non collectã possint imponere sine speciali mandato nostro. Et si contrafecerint, recipientes, pro esculentis, gagiis vnius anni priuentur, illi scilicet qui habent gagia à curia, & illi qui non habent gagia in quadruplum receptorum esculentorum curiæ teneantur. Pro aliis vero muneribus & donis receptis, nostro arbitrio puniantur. In numero vero prædictorum familiarium intelligantur vxores, filij, & omnes coniunctæ personæ ipsorum. Et idem intelligatur per omnia in secretis, magistris procuratoribus, magistris portulanis, magistris passuum, inquisitoribus, magistris foresteriis, & aliis officialibus quibuscunque, & sub officialibus, & familiaribus eorundem. Et si aliqui officiales habent officium a curia in gabella, sicut sunt secreti, magistri salis, magistri procuratores, & alij similes officiales, commissarij & subcommissarij puniantur ad rationem prædictam, videlicet, q ipsi teneantur soluere curiæ, quãtum pro gagijs suis vnius anni recipere deberẽt pro qualibet vice, si haberent ad credentiam à curia officium prædictum. Et illud capitulum omnes officiales iurare inter alia specialiter teneantur.

Non indiget summario.

1466. *Idem inter Priuil. Neap. fol. 14. a t. cap. 1. L. X.*

SVpplica la Città de Napoli, che la Maiestà del Signor Re se degni come per altre volte li è stato supplicato, alla Maiestà sua, che li officij, & beneficij de questo suo regno, li voglia concedere a suoi reguicoli, & vassalli, & maxime alli Napolitani

litani, per beneficio de essa Città, & anche della Maiestà sua, attento, che quando li vassalli de sua Maiestà sono ricchi, tutto reuerte in vtile, & fama de sua Maiestà perpetua. Placet Regiæ Maiestati.

Officiales non recipiant trigesimas seu sportulas, exceptis Baiulis. id quoque seruetur in causis pendentibus. h. d.

1471 *Idem Prag. 5. de Trigesi. L.XVI.*

VNiuersis & singulis fidelium nostrorum commodis, eorum onera, quatenus præsentium temporum conditio patitur, remouemus, & quidem, vt eis à Iudicibus, vbiq; per nostrum hoc Siciliæ Regnum ad iura reddendum, siue merita causarum, vel earum articulos vobis, vel alijs referendum, deputatis, gratis iustitia ministretur, de suis stipendijs (quibus esse debent contenti) prouidere intendimus.

Tenore præsentium, de certa nostra scientia, nostroq; motu proprio, statuimus, & ordinamus, quatenus de cætero Iudices omnes omnes, vbiq; per dictum hoc Regnum propterea deputati in quibuscunque iudicijs, tribunalibus, & foro quocumque, etiam in nostro Consilio, nostraque Camera Summariæ à perceptione, exactione, siue receptione trigesimarum, salariorum, siue sportularum quarumcunq; pro cognitione, relatione, seu decisione causarum quarumcnmque, & cuiusuis articuli, tam in principalibus, quam appellationum, siue supplicationum causis, recursus, siue quærelæ, & alterius cuiusuis causarum, prorsus, & omnino de cætero se abstineant, abstinereq; debeant.

Nihil de cætero perinde recipiant, quoniam ab huius exactione, atque solutione præmissorum, prædictos nostros fideles, & alios quoscumque, coram prædictis litigãtes, causas prædictas quomodolibet habentes, earundem tenore præsentium, liberos facimus, & immunes reddimus, & perpetuo fieri ita volumus, consuetudine contraria non obstante quacumque. Volentes, & decernentes expresse, præmissa locum habere, tam in causis pendentibus, quàm futuris, quibus, vt Præmittitur, gratis iustitiam ministrari volumus, atque mandamus; excipimus tamen à prædictis Curias Baiulorum, in quibus Regni Constitutiones, de curijs ipsis expresse in his disponentes, iuxta ipsarum tenorem, præmissis non obstantibus, obseruentur.

Nullus Officialis Regius sit Aduocatus cuiuscumque etiam Regis, & Reginæ. h. d.

1481 *Idē Prag. 7. de Off M. Iust. n. 1. L. XVII.*

ITem quoniam de iure, ac per Pragmaticas sanctiones præsentis Regni, Cõsiliarij siue Iudices nõ possunt esse causarum Patroni, siue Aduocati, statuimus, & ordinamus, quod de cætero, nec Consiliarij de Sacro Consilio S. Claræ, Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores Prouinciarum, nec aliquis quiuis officialis Regius dicti Regni, modo aliquo possint esse causarum Aduocati, seu Patroni, Consiliarij, Auditores, seu Iudices cuiusuis personæ cuiuscunque gradus, status, siue conditionis, præeminentiæ fuerint, etiam si sit Rex, vel Regina, officia sua cum omni, vt decet, diligẽtia, & integritate exerceant, ita quod in contrarium, præter prædictas Maiestates tantum, nemo alius audeat dispensare, sub pæna priuationis officij, & ducatorũ duorum mille Fisco inferenda,

Non indiget summario.

1186 *Idem inter Priuil. Neap. fol. 17. a ter. cap. 27. L. XVIII.*

ITem che nullo cittadino, ò incola de tutte terre, che hauessero priuilegio, de non hauere Napolitano per officiale, quantunque se intenda, & sia publice, vel occulte, vt supra, nullo vnquam tempore, non debbia hauere, ne tenere per se, ne per altro, per loro parte, alcuno officio, ò beneficio in la città de Napoli, & suo destritto. Regia maiestas intendit, quod in toto Regno, & quauis Ciuitate, & loco ipsius, Neapolitani officia, & beneficia habere possint, & eodem modo omnes regnicolæ officia, & beneficia in ciuitate Neapolis.

Non

Non indiget summario.

1495 *Ferdinandus II. Rex inter Priuileg. Neap fol. 21. cap. 4. L. XIX.*

ITem supplicano se degni V.M. delli officij, & beneficij di questo vostro Regno, farene gratia, & prouederne alli regnicoli, & massime ad essi supplicanti, per loro beneficio, & gloria, honore, & fama, & vtile di V. M. atteso che lo vtile, honore, & bene delli Vassalli, è del Signore, Pla. Reg.Ma. atque eo libentius, quod Maiestas sua decreuit benemeritos regnicolas, & subditos suos prosequi, non solum officijs, verum etiam beneficijs, honoribus, & regalibus munificentijs.

Non indiget Summario.

1496. *Feder. Rex inter priuileg. Neap. fol. 23. cap. 6. 7. fol. 24 a ter. cap. 32. L. XX.*

ITem supplicano la prefata Ma. quella se degni de tutti officij del Regno farene gratia, & prouederne alli regnicoli, & non forestieri, & præsertim à Napolitani; & similmente prouedere, se faccia delli beneficij, & maxime ad essi supplicanti, per loro beneficio, de V. M. gloria, fama, & vtile, per essere l'vtile del vasallo, vtile del Signore Re. Pla. R. M.

Item li predetti supplicano la M. V. se degni fare gratia ad essi supplicanti, che che tutti officiali del regno debbiano essere regnicoli. Pla. R. Ma.

Et infra.

ITem supplicano se degni V.M. togliere, & leuare tutti pagamenti de Trigesime se pagano, tanto in lo Sacro Conseglio, in la Regia Camera della Summaria, quanto in Vicaria, & in qual se voglia altra corte in Napoli, & la M.V. prouederà alli officiali de dette corti. Pla. Re. Ma.

Non indiget summario.

D. Consaluus Ferrandes M. Capit. Prorex inter Priuileg. Neap. fol. 35. cap. 24. fol. 37. cap. 53. L. XXI.

ITem se degni V. Illustrissima signoria de tutti officij del Regno farne gratia, & prouedere regnicoli, & non forestieri, & præsertim Napolitani, & cosi delli beneficij per loro beneficio, & di detta Cattolica Maestà, gloria, fama, & vtile. Placet Illustriss. Domino locumtenenti generali prouidere de dictis officijs, de beneficijs autem interponet partes suas cum ijs, ad quos spectat.

Et infra.

ITem se degni togliere tutti i pagamenti de trigesime, sportule, ò qualunque altro pagamento se soleno exigere nel regio sacro Conseglio, camera della Summaria, gran corte della Vicaria, & in qual se voglia altro tribunale de dette maiestà, & prouedere a spese di detta regia corte delle prouisioni di detti officiali, accioche liberamente possano ministrare la giustitia.

Non indiget Summario.

1505. *Ferdinand. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 43. ater. cap. 25. L. XXII.*

ITem supplicano V. Cattolica Mestà, se degni farli gratia di tutti li officij del Regno prouederne Regnicoli, & non forestieri, & præsertim Napolitani, & cosi di tutti li beneficij, per loro beneficio, & de V. M. gloria, fama, & vtile præsertim del Sacro Conseglio, la gran corte della Vicaria, la gran Camera della Summaria, per causa che in tutti tribunali se seruano le constitutioni, quali non sono così note a forastieri, etiam che fossero in iure communi eruditi. Placet Domino regi prouidere Neapolitanis, & alijs regnicolis idoneis, & sufficientibus de dictis officijs, de beneficijs autem interponet partes suas cū summo Pontifice, & ita faciet, quod omnes ciues Neapolitani, & Regnicolæ erunt contenti.

Non indiget Summario.

1507. *Idem inter Priuileg. Neap. fol. 58. at. cap. 4. fol. 59. cap. 12. fol. 61. cap. 38. L. XXIV.*

ITem che li officij del regno, tanto maggiori, come minori, tanto d'honore, come di giustitia, & de pecunia, sempre che vacaranno, se concedano à regnicoli, & che

& che V. M. habbia respetto alli huomini delle terre, doue se hanno da essercitare detti officij, essendo quelli habili. P.R.M. prouidere, vt plurimum regnicolis. *& infra.*

ITem supplicano V.M. proueda, che non se esigano trigesime, candele, sportule ouero altri pagamenti da litiganti, in lo decidere delle cause, tanto in lo Sacro Cõseglio, & audientia di quello, quanto in la gran corte della Vicaria, & in la gran Camera della Summaria, & in tutti li altri tribunali, & curie demaniali del Regno, ma li Consiglieri, Auditori, Giudici, & Officiali, siano pagati de camera, & li mastri datti, & altri officiali inferiori, habbiano quello, se li deue, secondo la forma delle constitutioni, capituli, & pragmatiche del Regno; & tutti li pagamenti, & extorsioni fossero innouate per detti mastri datti, & altri officiali, tanto de giustitia, come de pecunia, se reducano all'ordine di dette constitutioni, capituli, & pragmatiche del regno. Pla. R. M. *Et infra.*

ITem supplicano V. Cat. M. se degni ordinare, che nullo officiale de giustitia, ne pecuniario, tanto maggiore, quanto minore, ne esequtori de quelli, tanto regnicoli, quanto spagnuoli, & altri exteri de qual se voglia natione, e possano essercitare, ne fare essercitare mercantie nelli luoghi, doue sono officiali. Pla. Reg. Maiest.

Officiales, pro Regio seruitio iter facientes per Regnum, nihil recipiant ab vniuersitatibus, etiam sponte dantibus, nisi stantiam, lectum, & paleam pro transitu.

Literę patentales expediantur per Proregem. h. d.

Prag. 2. de Commiss. §. Officiales. L.XXV.

OFficiales autem nostros, & Commissarios vt supra deputatos; si contigerit, eos per hoc nostrum Regnum pro aliquo Regio seruitio, iter facere, & portauerint patentes litteras nostri illustris Vice Regis, cum per nullos alios dictas patentes expediri velimus; virtute dictarum literarum nihil aliud ab Vniuersitatibus, etiam sponte dantibus, recipere volumus, nisi stantiam, lectos, & paleam, & hoc per transitũ tantum, & non vltra, & id quidem moderate, & sine concussione.

Officiales nihil accipiant ab vniuersitatibus, seu particularibus personis, sed sint contenti salario, & gagijs. h.d.

1510 Fer. Cat. Rex Prag. 3. de Trig. L.XXVI.

DEcet iustum Regem quidem, immò valde necessarium est, semper, & cõtinuo cogitare, atque animaduertere, & amplecti ea, quæ cultui, & administrationi iustitiæ sunt conuenientia, & necessaria, vt rectius, & absque personarum exceptione, illa inter suos subditos gubernetur, ministretur, & fiat, nam per iustitiam Reges regnant, populi abundant, Regna conseruantur, & augentur, atque etiam, ex aduerso, vias exquisitas, cum quibus iustitia claudicare potest, pro viribus destruere, euertere, expellere volentes, atque huic tam sanctæ cogitationi singularem effectum dari; iustitiamque inter subditos, & alios ab Altissimo nobis commissos, æqua lance ministrari, & quod suum est vnicuique rectius, & securius tribui, hac edictali Pragmatica sanctione perpetuo statuimus, ordinamus, & in vim perpetuæ legis, edicimus inuiolabiliter obseruandum esse, de cętero, nulli Consiliariorum nostrorum, residẽtiũ cum Illust. Vicerege, & Locumtenente generali nostro in præsenti Siciliæ citra Farum Regno; Cõsiliariorum, Locumtenẽti, Protonotario ac Pręsidenti Sacri nostri Regij Cõsilij de Sancta Clara; Consiliariorumque, Locumtenenti, Pręsidenti, & Rationali nostræ Regiæ Cameræ Summariæ, Consiliariorumque Regentis Vicariæ, Iudicũ Magnæ Curiæ, & aliorum quorumcumque officialium, & ministrorum prædictorum tribunalium, & etiam aliorum vniuersorũ, & singulorum officialium nostrorum pręsentium, & futurorum in prędicto Regno liceat, neque aliquo pacto, aut via permittatur, directe, vel indirecte, seu quouis quęsito colore, etiam sub nomine Aduocatorum, Auditorum, Consultorum, aut alijs quomodocumque, & qualitercumque, accipere, consequi, & habere aliquam pẽsionem, prouisionem, gagia, salarium, seu lucrum, aut stipendium, à quibusuis Vniuersitatibus, Collegijs, & singularibus personis cuiusuis status, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, sed contententur, & illos contentari

tari

-tari volumus de salarijs, gagijs, emolumentis, & alijs ordinarijs, & iuxta stilum eis pertinentibus, sub pœna priuationis officiorum suorum, & alia grauiori, arbitrio nostro, seu Illustr. Viceregis, & Locumtenentis generalis nostri reseruato.

Hanc itaque nostram edictalem Pragmaticam sanctionem, statutum, ordinationem, & in vim perpetuæ legis editionem, & inuiolabilem mandati obseruationem, prædicto Illustrissimo Viceregi, & Locumtenenti nostro generali, & Magnificis dilectis Consiliarijs, Regentibus nostram Cancellariam, declarantes, & intimantes ex animo Regali nostro carius, & strictius, quo possumus, præcipientes, dicimus, & mandamus quatenus ipsa omnia, & singula desuper contenta, teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & obseruari faciant inuiolabiliter per quoscunque omni dubio, exceptione, & contradictione quacunque, repulsis, ipsaque omnia, & singula intimari faciant supradictis officialibus, & tribunalibus, & alijs vniuersis, & singulis officialibus nostris, in forma debita, & de dicta intimatione actū confici ad perpetuam rei memoriam, vt ijdem officiales nostri de supradictis nullam valeant ignorantiam allegare, sed omnibus patefaciant, & præcipiant, atque effectualiter efficiant, per vniuersos, & singulos ea omnia, & singula inuiolabiliter teneri, & custodiri, si omnes prædicti, & alij quicumque, præter iræ, & indignationis nostrę incursum, pœnam decem mille ducatorum auri, Curiæ nostræ, quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter exigendorum, & applicandorum, cupiunt euitare. In quorum omnium, & singulorū testimonium præsentes fieri iussimus, nostro magno Siciliæ citra Farum sigillo in dorso munitas.

Datum in Villa Vallis Oleti, die 26. mensis Februarij. Anno a Natiuit. Domini 1510.

Officiales seruiant personaliter si non habent priuilegia substituendi.

Salaria Officialium soluantur pro vt alia debita in Regia Thesauraria. & non per consignationem, priuilegiatis exceptis.

Officiales R. non sint Aduocati, etiam Regis, & Reginæ neque Officiales aliorum h.d. vt infra.

1518. *Ioanna Regina, & Carolus filius Prag. 2. de Off. Iud. num. 8. 9. 10.*

LXXI.

Item, quod omnes officiales exercentes iustitiam, & pecuniarij teneantur residere personaliter in eorum officijs, illarum administrationi vacando. Volumus tamen, quod per hanc Pragmaticam sanctionem, nullum generetur præiudicium his, qui prædicta officia possident cum facultate substituendi, quibus tenore præsentium derogare non intendimus.

Item, quod omnia salaria quorumcumque officialium præsentis Regni, tam maiorum, quam minorum, quouis titulo censentur, omniaque etiam, & quæcumque debita, quæ Regia Curia legitime soluere tenetur, soluantur in Regia generali Thesauraria prædicti Regni, & non per consignationem, exceptis illis quibus per legitima, & valida Priuilegia aliter solui debuerint, quæ quidem Priuilegia, si quæ fuerint, in suo robore, volumus permanere.

Item, quoniam de iure, ac per Pragmaticas sanctiones præsentis Regni, est prohibitum, quod Regij Consiliarij, siue Iudices, possint esse causarum Patroni, siue Aduocati, statuimus, & ordinamus, quod de decreto Consiliarij Sacri Consilij Sanctæ Claræ, Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores Prouinciarum, & alius quiuis Regius officialis dicti Regni, nullo modo possint esse causarum Aduocati, siue Patroni, Consiliarij, Auditores, siue Iudices cuiusuis personæ, cuiuscumque gradus, status, siue conditionis, & præeminentiæ fuerint, etiam si sit Rex, vel Regina, quinimmo officia sua, cum quibus, decet, diligentia, & integritate exerceant. Ita quod in contrarium, præter prædi-

ctas Maiestates tantũ, nemo alius valeat dispensare, sub pęna priuationis officij, & ducatorum duorum mille Regio Fisco inferenda.

Habentes potestatem substituendi Officiales, substituant idoneos, Infuturum non concedantur officia cum potestate substituendi. h. d.

Idem ibid. num. 12. L. XXXVII.

ITem statuimus, & ordinamus, quod Regij officiales dicti regni, qui habent potestatem substituendi, teneantur constituere substitutos suos sufficientes, & idoneos, vt officia sint, & esse possint recte administrata, & quod de cætero officia non concedantur, nec concessa censeantur cum simili potestate substituendi, quod si forte concederentur cum huiusmodi facultate, habeantur, quo ad hoc præsens pro non concessis.

Non indiget summario.

1532. *Iidem inter Priuil. Neap. fol. 87. ater. cap. 22. L. XXXVIII.*

ITem se supplica V.M.C. attento che per la gloriosa memoria del Re Cattol. auo de quella, fù espedito cap. Dat. in ciuitate Segouię, a supplicatione di detta fidelissima Citta de Napoli, per lo quale sua M. fe gratia de prouedere alli Napolitani, & Regnicoli delli offitij del Regno, & demum in parlamento generali, celebrato in Napoli per detta gloriosa memoria del predetto Re Cattolico, fù prouisto, de detti, officij, vt plurimum prouedere a detti Napolitani, & Regnicoli oriundi di detta città, & Regno, & non ad altri, non obstante, che de quelli, o parte d'essi siano stati prouisti per li tempi passati altre persone, che Napolitani, & Regnicoli oriundi, & ancora le piaccia de tutti beneficij, li quali spettano, & spettaranno conferise, presentarse, & darse per Vostra Maestà, li voglia conferire, presentare, & dare a Napolitani, & Regnicoli oriundi del Regno etiam, che per la felice memoria della Cattolica Maestà fù espedito capitolo, per lo quale faceua gratia conferire & concedere a regnicoli detti beneficij. Placet Regijs Maiestatibus ea, vt plurimum conferre Regnicolis; eosque in his & alijs rebus omnibus singulari semper fauore, & gratia prosequentur.

Non indiget summario.

Loquitur de Officiorum Prouis. faciend. & venditione interdicta.

1536. *Idem Carolus Quintus Imperator inter Priuileg. Neapo. fol. 102. ca. 2. fol. 104 cap. 12. L. XXXIX.*

ITem atteso che il Serenissimo Re Cattolico de felicissima memoria, essendo supplicato, che de tutti officij del Regno prouedesse Napolitani, & Regnicoli, & detta supplicatione fu decretata in questo modo videlicet. Placet Regiæ Maiestati prouidere Neapolitanis, & alijs regnicolis idoneis de dictis officijs, come appare per capitulo espedito in Segouia. Et di poi essendo sua Cattolica Maestà in la città di Napoli, fù supplicata del medesimo, & lo capitolo della supplicatione fu decretato, che, vt plurimum, di detti officij se prouedessero Napolitani, & Regnicoli, per lo che è causato, che detti Napolitani, & regnicoli sono stati defraudati de detta gratia, lo più delle volte; per tanto se supplica Vostra Cesarea Maestà le piaccia farli gratia de tutti officii, tanto de giurisditione de giustitia, & de pecunia, quanto de qual si voglia altra sorte maggori, & minori, che vacaranno in la prouincia de terra di lauoro, includendo la fidelissima Città di Napoli, & le prouincie de Calabria citra, & vltra, de principato citra, terra de Otranto, & terra de Bari, quali ne farà gratia concedere a Napolitani, & Regnicoli originarij, & oriundi, & ancora prouederli delli setti officij del Regno, o della maggior parte di essi. Restarà in suo arbitrio de disponere a chi volerà de tutti officij, che vacaranno in la Prouincia de principato vltra, de Apruzo citra, & vltra, Capitenata, Puglia, & in lo contado de Molise. Et similmente farà gratia concedere a Napolitani, & regnicoli originarij, & oriundi tutte prelature, & beneficij spettanti a collatione, seu presentatione di Vostra Cattolica Maestà

in le

in le predette prouincie de terra de Lauore, inclusa etiam la fidelissima città de Napoli, & nelle prouincie de Calabria citra, & vltra, de principato, citra, terra de Otrãto, & terra de Bari, reseruandose queli, che vacaranno in le dette prouintie de principato vltra, de Apruzo citra, & vltra, capitinata, puglia, & in lo contado de Molise.

Placet Cæs. & Cath. Maiest. gratiam regis cath. confirmare, iubetque illam obseruari diligenter; curabitque, vt regnicolę, quemadmodum cæteris in rebus, ita etiam in hoc propensum Maie. suæ animum, ad corum commodum, & existimationem, cognoscant.

Et infra.

ITem perche da alcuno tempo in quà molti officij come sonno perceptorie, portolanie, dohane, & altri officij, sonno venduti, & se vendeno, si dalla regia corte, come da particolari, che teneno detti offitij, & se vendeno à prezzo si alto, che non se venderiano più, se fossero perpetui, attento, che non sonno de più prouisione de tre, o quatro cento ducati la maggior parte, & se vendeno otto & dece mila docati, & più, dal che se causa, che quelli ne deueriano essere prouisti, ne sono exclusi; non senza disseruitio de Vostra Maiestà, & ruina delli populi, per le molte varie extorsioni, che si fanno; per tanto se supplica Vostra Maiest, che tanto li sopra nominati offitij, quanto tutti li altri, de qual si voglia sorte, conditione, & qualità, maggiori, & minori, non se possano ne vendere, ne alienare, & ne altramente per dinari, ò prezzo contrattarse o transferirse per V.M. & suoi ministri, ne per quelli li teneno, & tenerãno detti officij, ma che se degni gratis & senza prezzo alcuno prouederne, & farne prouedere quelli parerãno idonei, & sufficienti, & vendendose per alcuno particolare, lo venditore perda l'officio, & lo compratore li dinari, & fandose alcuna fraude in lo contrattare de detti officij, oltra la pena predetta, quelli che faranno la fraude, o simulatione, & quelli, che ne participaranno, incorrano alla pena de ducati doi millia. Iamdudum Cæs. Ma. sua sponte decreuerat id statuere, & ordinare, itaque nunc iubet, & placet, vt deinceps, nullis futuris temporibus, neque per Regiam Curiam, neque per quascunque personas, possint vendi officia cuiuscunque qualitatis, quibus inest iurisdictio, aut coerctio, aut pecuniarum ratio, cura, & administratio, sub pæna vt venditor ipso facto, & iure, cadat ab officio, emptor vero præcium amittat, fisco applicandum, committentes in his fraudem, aut dolum pro pœna soluant fisco ex arbitrio iudicantis vsque ad summam duorum millium ducatorum; & insuper sua Maiest. eiusmodi venditionibus nullum consensum per se, aut suos officiales præstabit, quod si forte ex ignorantia, vel errore præstitus consensus fuerit, is detecta venditione, aut fraude, sit, & habeatur nullus & reuocatus, deinceps autem Sua Maiestas prouidebit officia personis idoneis, & bene qualificatis, &c.

Officia administrationis iustitiæ, & perceptionis pecuniarum, non vendantur, nec concedantur ad petitionem alicuius, sed concedantur dignis, & habilibus. h. d.

1536. *Idem Carolus Quintus Imperator inter Priuileg. Neap. fol. 102. cap. 2. fol. 104. cap. 12. L.XXXIX.*

MAndamus etiam per pręsentem nostram sacram sanctionem, ne de cętero officia deputata ad administrationem iustitiæ, vel perceptionem pecuniæ, vllatenus, nec per nostrã Curiã, neque per particulares, qui dicta officia obtinẽt, vel obtinebunt, vendi possint, neq; interueniẽte pecunia, in fauorẽ alterius renũciari, sed conferãtur cũ vacauerint dicta officia personis dignis, habilibus ad rectũ exercitium dictorũ officiorum: Et qui contrafecerint, tã vẽdentes, quã ementes, & renunciãtes, & illi, in quorũ fauorẽ renũciantur, ipso iure cẽseantur priuati dictis officijs & alijs cõferri possint; pecunia vero, quæ pro vẽditione, vel renunciatione data fuerit, pro dimidia Hospitali Incur. & pro dimidia Reg. Cur. applicetur. In quas pœnas volumus incurrere illos, qui per Priuilegiũ habent nominationẽ in Terris demanialibus, si dictã nominatiouẽ fecerint interueniente pecunia.

Officiales vltra salarium nihil recipiant, etiam nomine candelarum, sed contenti salario æqualiter iustitiam ministrent. h. d.

1536. *Idem Prag. 4. de Trigef. L. XXVII.*

MAndamus etiam per præsentem nostram sacram sanctionem, ne de cętero officia deputata ad administrationem iustitiæ, vel perceptionem pecuniæ, vllatenus, nec per nostram Curiam, neque per particulares, qui dicta officia obtinēt, vel obtinebunt, vendi possint, neque interueniente pecunia, in fauorem alterius renunciari, sed conferantur cum vacauerint dicta officia personis dignis, habilibus ad rectum exercitium dictorum officiorum: Et qui contrafecerint, tam vendentes, quam ementes, & renunciantes, & illi, in quorum fauorem renunciantur, ipso iure cēseantur priuati dictis officijs, & alijs conferri possint; pecunia vero, quæ pro venditione, vel renunciatione data fuerit, pro dimidia Hospitali Incurabilium, & pro dimidia Regiæ Curiæ applicetur. In quas pœnas volumus incurrere illos, qui per Priuilegium habent nominationem in Terris demanialibus, si dictam nominationem fecerint interueniente pecunia.

Officiales non sint Balij, neque Tutores, seu procuratores alicuius. h. d.

1536. *Idem Prag. 3. de Off. Iud. L. XXVIII.*

ET vt etiam vaxallos nostros ab officialium excessibus liberemus, Mandamus, & statuimus, vt officiales nostri tā maiores quam minores nihil possint à partibus recipere pro sententijs, decretis, siue interlocutorijs, seu remissionibus, seu examinationibus testium, neque etiam, aliud etiam calendarum nomine, vt aliquos auaritia docuit, sed, contenti salarijs suis iustitiam æqualiter administrent.

Officiales non discedant ante aduentum successoris. h. d.

1536. *Idem Prag. 4. de Off. Iud. L. XXIX.*

ADdentes insuper dictæ Pragmaticæ, quod nullus Consiliarius Regius, seu officialis exercens iurisdictionem, seu administrationem pecuniæ, possit esse Balius, neque Tutor, seu Procurator alicuius Baronis, seu alterius, ad exercendum iurisdictionem seu alicuius priuati, siue in Regno, siue extra existentis, sine expressa licentia Illustrissimi Vice Regis in scriptis.

Officiales non participent in cambijs, Non ineant cōtractus, non emant liberantias, non exerceant mercaturas. h. d.

1536. *Idem Prag. 1. de Mercat Off. L. XXX.*

PRohibemus etiam, quod nullus officialis deputatus ad administrationem iustitiæ, possit recedere à loco, à quo fuit deputatus, vsque ad aduentum Successoris in dicto officio, etiam quod esset finitum tempus ad quod erat deputatus, saluo si obtinuerit licentiam ab Illustriss. Vice Rege in scriptis ex aliqua iusta causa, alias incurrat ipso iure pœnam inhabilitatis ad excēda similia officia: Mādamus porro quod omnes Castellani seu Custodes Castrorum Regiorum, & alij officiales nostri personaliter, & non per substitutos officia eorum exerceant, sub pœna priuationis ipso iure officiorum, nisi licentiam obtinuerint in scriptis a nostra Maiestate, vel ab Illust. Vice Rege ex aliqua iusta causa.

Officiales non seruiant per substitutos exceptis priuilegiatis. h. d.

1539. *Idem Prag. 2. de Administ. & quod pers. ser. Prag. 14. de off. S. C. & Prag. 7. de off. M. Iust. L. XXXI.*

ITem mandamus quod habentes officia, debeant ipsi personaliter seruire, & non per substitutos, aut alios per eū deputatos, absque nostra expressa licētia, exceptis tamen illis, qui in eorum Priuilegijs à nobis concessis, seu confirmatis, substituendi facultatem habent.

Officiales eorum vxores, filij, & subditi, per se, aut interpositas personas, munera non recipiant, de receptione conuinci possint per tres testes singulares bonæ famæ. h. d.

1540. *Idem Prag. 4. de muner. off. L. XXXII.*

QVis nescit, munera habere vim auertendi animum a recto iudicandi tramite?

mite? Ergo, vt omnis aditus, corruptioni, & subornationi præcludatur: Mandamus expresse, quod nemo ex Cõsiliarijs, nostris Coliateralibus, Sacri nostri Consilij, Cameræ summariæ, aut Magnæ Curiæ Vicariæ, aut ex alijs officialibus cuiusuis conditionis, qualitatis, aut dignitatis, nec eorum vxores, aut filij, alijq; eorundẽ potestati subditi, neque per se ipsos, neque per interpositam personam, possint, nec debeant, vllo modo, aut vllo tempore accipere aurum, aut argentum, aut res aliquas, cuiuscũque generis, etiam comestibiles, siue magni, si ue parui valoris, quantitatisue sint, sub pœna restitutionis rei donatæ cum duplo, atque suspensionis officij, prima vice, qua cõtrafecerint, secunda vero totalis priuationis ipsius, in quas pœnas ex nunc pro tũc, & è contra officiales, qui secus fecerint, ipso iure incidisse declaramus. quod quidem delictum corruptionis, attẽto quod est difficilis probationis, volumus, & mandamus, quod in detestationem eius criminis, possit probari per testes singulares, ad minus tres, qui sint bonæ famæ, & opinionis. Mandamusque etiam prædictis, sub eisdem pœnis, quod in futurum a litigantibus coram eis, vel eorum tribunalibus, nullam pecuniæ quantitatem, per eos, vel per alios mutuo accipiant.

Officiales non petant, neque recipiant munera, etiam a sponte dantibus, etiam esculenta & poculenta, etiam res parui momenti, nec per se, nec per interpositas personas, neque recipiant mutuum, aut commodatum, hæc quoad litigantes, & eorum coniunctos. A non litigantibus vero raro possint accipere res parui momenti. Hortantur, quod non recipiant mutuum à non litigantibus, & quod habeant domum correctam, respectu receptionis munerum, receptio prohibita verificatur per testes quinque singulares non suspectus. h.d.

1540. *Idem Prag. 4. de muner. Off. LXXXIII.*

RECognoscimus, & notum facimus tenore præsentium vniuersis, quod cũ superioribus diebus iusserimus promulgari quandam Pragmaticam circa munera, seu subornationes iudicum, & officialium nostrorum in prædicto nostro citerioris Siciliæ Regno, interdictis ipsis muneribus, & subornationibus, & alijs quorumuis generum oblationibus, & muneribus, sub grauibus pœnis, recipiendis, nec non formam super his statuendo, qua illa probari poterunt, de qua quidem Pragmatica, ex parte nonnullorum ex officialibus in tribunalibus ciuitatis nostræ fidelissimæ Neap. conquestum est, asserendo, ipsius dispositionem eiusmodi esse, vt si absque aliqua declaratione remaneret, quamplura incommoda oriri possent, necnon, quamuis ipsi officiales recte, & vt decet cum integritate administrent officia, ab eis, qui ipsos odio prosequerentur, possent facile calumniari, & infamia notari, & absque ipsorum culpa, puniri: quæ omnia essent contraria diuino cultui, obsequio nostro, & rectæ iustitiæ administrationi. cumq; etiam non credendum esset, testimonijs trium tantummodo singularium testium, circa probationem dictorum munerum, & oblationum, ab ipsis officialibus receptorum, cum sit contra omnem dispositionem iuris & constitutionum prædicti regni; & posset euenire, aliquos, qui ipsos officiales odio, vel inimicitia prosequerentur, ob condemnationem, forsan per dictos officiales, contra eos, in causis ciuilibus, vel criminalibus factam, facile contra ipsos officiales coniurationes inire, & deponere, & sic possent esse iniuste condemnati, & infamia, vt dictum est, notati: nobis propterea humiliter supplicantes, vt dictæ pragmaticæ dispositionem declarare, & modificare dignaremur, ita vt prouisio, eo quod ad bonum publicum dicti regni, & rectam administrationem iustitiæ spectat, & deleat, & aboleat ab ea occasionem, & causã vexandi, & labe infamiæ notandi, optimos, integros, & incorruptos iudices, & officiales: qua quidem supplicatione, per nos diligenter intellecta, atque nostro iussu per nostrum Regium, penes nos assistens, consilium, visa, & examinata, maturaq; super his accedente deliberatione, Regiaq; authoritate nostra, præsenti nostra pragmatica, cunctis futuris temporibus valitura, declaramus, sancimus, & ordinamus, ac prohibemus, quod nullus ex iudicibus, & officialibus nominatis, ac comprehensis in dicta pragmatica, possit, nec vllo modo debeat petere, atque accipere, quamuis illud gratiose, & sponte ipsi oblatum, donatum, mutuatum, siue commodatum fuerit,

rit, pecunias, aurum, argentum, vel alia quæcunque iocalia, nec res aliquas magni, siue parui momenti, & pretij, etiam comestibiles, seu potabiles, quamuis modicæ quantitatis existant, per se, neque eorum vxores, filios, aliosque, qui eorundem potestati sint subiecti, neque per interpositã personam, clam, vel publice, directe, vel indirecte, quouis modo, & quæsito colore, ab alijs personis, quæ corã ipsis iudicibus, & officialibus litigant, quomodocumque, vel ab earum parentibus, filijs, vxoribus, & coniunctis earum personarum, sub pęnis in eadem Regia pragmatica statutis, A cæteris autem personis hic non expressis, nec comprehensis, si aliquid acceperint, sit cũ omni temperantia, & moderatione, & tantummodo in rebus parui momenti, veluti sunt volatilia, feræ, fructus, & similia, paucis tamen vicibus, ita vt ex hoc non generetur vsus. Præterea eosdem hortamur, vt à recipiendis mutuo pecunijs, ab alijs quibusuis personis hic non comprehensis, se abstineant, cum non parum conueniat officialibus, & præcipue iudicibus, vt omni tempore sint liberi, & soluti, ac alijs non ob noxij, maxime hoc obligationis genere, nec non etiam eosdem monemus, ita suam domum, & familiam circa recipienda dicta munera, habeant correctam, & moderatam, vt ex ipsorum moderatione, & honestate omnes ipsorum iudicium integritatem intelligant; nam illis contrariũ faientibus non immerito eorundem defectus, & culpæ possent ipsis iudicibus imputari, licet non possit probari, cum ipsorum licentia, ipsa munera ab illis esse recepta, quamuis in eorum proprium commodum, & vtilitatem, & non dictorum suorum dominorum, ea conuertant, insuper quantum attinet ad probationem dictarum subornationum, & munerum, siue oblationum, cũ sint difficilis probationis, quoniã sagaces, & corrupti iudices occulto student recipere ea, quæ eis offeruntur munera, ita vt per contestes numquam id probari possit, ob detestationem, & qualitatem delicti, volumus, & iubemus quod deponendo super his quinque testes, quamuis sint singulares, & deponant de diuersis actibus, & tẽporibus contra aliquem iudicem, etiam si in diuersis tribunalibus forsan moram traxerint, cum sint bonæ & sanæ opinionis, & de quibus non præsumatur, quod odio, vel inimicitia, quod nesciuerint, & non viderint, deponant, faciant plenam fidem, & probationem, & detur, ac adhibeatur eorum testimonijs plena, & integra fides, quemadmodum dispositum est in dicta Pragmatica de dictis trium testium disponeute, verum cum dictus numerus quinq; testium defecerit, vel illi non fuerint qualitatis superius declaratæ, volumus, & iubemus, quod in dicta probatione obseruetur id, quod iura, & leges dicti regni disponunt, & cum ipsis declarationibus, & modificationibus, volumus & iubemus, quod dicta pragmatica in omnibus obseruetur, & compleatur, iuxta illius seriem, & tenorem, quacunque sinistra interpretatione cessante, quæ omnia, & singula suprascripta in omnibus suis cunctis articulis integre, & inconcusse obseruari volumus, & per nostrum in eodem Regno Viceregem generalem præsentem, & per alios Consiliarios, & officiales nostros, cuiuscunque, ac minimi gradus conditionis, & qualitatis existant, debitæ exccutioni mandari, omni dubio, difficultate, & sinistra interpretatione cessantibus, nec secus attentari, vlla ratione, processu, siue causa, si vltra iram, & indignationem nostram, grauissimas pœnas, in dicta pragmatica statutas, & alias grauiores, quas nobis, & successoribus nostris reseruamus, incurrere formidant, in cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus, & nostro magno negotiorum Siciliæ citerioris regni sigillo pendente muniri.

Officia non impetrantur auxilio pecuniæ, eam recipientes restituant, et seruetur cap. regn. quoad iurament. Officialium. h. d.

1540. *Idem Prag. 4. de Off. & quæ eis prohib. L.XXXXVII.*

ET quia sæpe numero contigit, homines inhabiles, ambitionis impulsu, officijs iustitiæ inhiare, quæ tantummodo pecuniæ auxilio consequi conantur. Cum id in subditorum nostrorum damnum tendat, rectumque iustitiæ cultum, propterea maxi-

xime turbet, atque etiã patrimonio nostro detrimentum pariat: Precipimus, & expresſſe iubemus, quod in posterum Constitutiones, Capitula, & Pragmaticæ inuiolabiliter obseruentur super hoc, & signãter Pragmatica Neapoli edita à nobis, sub pœnis in eisdem contentis, & alijs grauioribus arbitrio nostro reseruatis: Declarãtes expresſe, quod eos, qui pecuniam pro dictis officijs recepisse detegentur, ad restituendum illam compelli omnino volumus, compellendosque esse per præsentes mandamus, eamque ex tunc publicatam esse declaramus. Mandamus insuper super hoc seruari Capitulum tenoris sequentis.

Sequitur tenor supra eodem vsque ad verba in præsentia decem testium recipiat

Officiales iustitiam colant, odio, amore, corruptione, et timore remotis; et ob id fuit auctus numerus Consiliariorum, et Iudicum M.C.V. et auctum salarium. h.d.

Idem Prag. 2. de Trigesim. XLVIII.

bito predetto di toga, & che quella solamente l'habbiano da portare li detti regēti, la canceltaria, Presidente, e Consiglieri del sacro coseglio di Capuana, Locotenente, e presidenti della R. Cammera della Sum maria, che sono Dottori, & l'Auocato fiscale di quella, li Giudici di questa gran Corte dalla Vicaria, mentre esserciteranno li officij predetti, & l'Aduocato fiscale di essa, & non altri, & volēdomó, come semo tenuti, che li ordini di sua Maestà habbiano la debita exequutione, ci è parso faruí la presente, per la quale dicemo, & ordinamo, che dal primo del prossimo futuro mese di giugno 1596. auante, tanto li magnifici Giudici di questa gran corte della Vicaria, mentre esserciteranno detti officij, quantó lo magnifico aduocato fiscale di essa, debbiano portare le toghe predette, come la M. sua lo commanda senza replica, ò escusatione alcuna prohibendosi come in vigore di questa prohibebo a tutti, & qualsiuoglia Dottori, & altre persone, che non debbiano, ne alcuno di essi debba tanto per questa fidelissima città di Napoli, come in qualsiuoglia altro luogo del presente regno portar toghe, eccetto, che li predetti ministri regij sotto pena di onze cento per ciascheduna volta, che contraueneranno, e così si exequa, che tale è nostra volontà, & intentione.

Officia Regia ad Proregis collationem spectantia, pro alijs non petantur, salua facultate petendi pro ipsis petentibus. vt infra.

1618 Dux Ossuna Iunior Prag. is de off. & vis probib. L. LIX.

CONuenendo grandemente al seruitio di nostro Signore Dio, & sua maestà, & al buon gouerno della Republica che le prouisioni de gli officij, che tengono administratione de giustitia, si facciano in persone degne, & meriteuoli, & che non habbiano luogo l'intercessioni, & fauori, li quali per lo più mancano a gli huomini di maggior merito, & se per sorte l'hanno non se ne serueno, confidati nella propria virtù, onde vengono ad esser proposti molti, che con ambitione, & mezzi indecenti se li preferiscono; Per tanto volendo noi debitamente prouedere con voto, & parere del Regio Collaterale Conseglio appresso di noi assistente, ci è parso fare la presente pragmatica omni tempore valitura, per la quale ordinamo, & commandamo, che da hoggi auāti nessuna persona, di qualsiuoglia stato, grado, & conditione se sia, presuma de dimandar officio alcuno de giustitia, come sono giudicati di Vicaria criminali, & ciuili, gouerni di prouincie, auditorati, giudicati, assessorati, gouerni di terre & qualsiuoglia altro officio, che tenga administratione di giustitia, etiā ꝑ interim, spettātino alla ꝓuisione nostra, ò implorare fauore alcuno, ét per lettere di persone di qualūq. dignità, & grado se sia, & seruendosi de tali fauori, & mezzi, ipso iure senza altra dichiaratione se intenda essere inhabilitato à poter ottenerne l'officio, che con tanta ambitione, hà procurato, ne altro di nostra prouisione. Dichiarando, che non per questo si prohibisce, che l'istessa persona pretendente possa, ò à bocca, ò per scritto, rappresentar'a noi, & al Collaterale, il lor desiderio, & raggioni per le quali vengano à giustificare le loro pretendenze. Et perche questo venghi à notitia de tutti, & in nessuno futuro tempo si possa allegare ignoranza della presente pragmatica, ordinamo, che se publichi in questa fidelissima città de Napoli, & per il presente Regno, & il tārsunto di essa se affiga in valuis delli Regij Tribunali di questa predetta città.

De Actuarijs Iudicum Regiorum in communi. Tit. VI.

Const. lib. I. in fin. Lib. I.

IN recipiendis.

Cætera textualia desunt.

Actuarij obseruent taxam hic positam. h. d.

Rit. 31. Leg. II.



ITEM quod actorum notarij nihil exigere debeāt, pro scripturis sententiarum.

Item pro copijs processuum, & aliarum scripturarum recipiendarum ex actis curiæ soluatur tarenus

vnus

vnus auri pro singulis cartis octo, & quælibet facies dictarum cartarum contineat virgulos xxv. & quod quilibet virgulus x. contineat partes.

Loquitur de solutione iurium Actuariorum Iudicum Regiorum.vt insta.

1462. Ferdinand. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 11. a8. cap. 26. 27. L. III.

ITem supplica la detta vniuersità alla prefata V.M.che tutte essecutorie, decreti sopra appreccio, assistētie de beni posti in la detta città de Napoli, & suo destritto, de sigillo se paghi, solo vn grano pro quolibet, & cosi se intenda ancora de presentatione de processi in l'appellatione. Pl. R. M. quatenus suæ curiæ tangitur interesse, quatenus vero alterius placet in ijs seruari, quod tempore reginæ Ioannæ secundæ seruari consueuit.

Item supplica la detta vniuersità alla prefata V. M. che tutti mastri datti subactuari, & fiscali, & quelli, che teneno le contumacie della Vicaria, & delle altre corte, che sono cittadini de Napoli, siano confirmati, & che possano exercitare loro officio, senza noue lettere, & che siano tenuti de copie de processi examinatione, scritture de sententie, & ogn' altra che spetta alli detti officij, non pigliare se non quello, è stato consueto anticamente in tempo del Re Ladislao, & della Regina Giouanna seconda, non obstante le abusioni, che sono sequite dipoi, & che per le interlocutorie, responsali, & contumacie non si paghi se non secōdo anticamente è stato solito pagare, & che nullo possa essere mastro d'atri in la corte della Vicaria, & in la corte della appellatione. Placet R.M. de confirmatione prædicta, dummodo idonei fuerint, & sufficientes, etiam & de solutione iurium prædictorum, quodque magistri actorum magnæ curiæ nequeāt interesse vt magistri actorum in causis appellationum.

Actuarij obseruent pandectam hic positam, obseruātias M.C.V. cæterę cur obseruent h.d.

1569. Idem Prag. 5. de Actuar. L.IV.

ITem cum Notatij (vt plurimum) in exigendo salarium metas rationis excedant; Volumus, & de certa nostra scientia statuimus, & mandamus, quod in salarijs actorum notariorum in curijs officialium prædictorum, & cuilibet earum seruari debeat, atque seruetur, quod in magna curia regni huius extitit hactenus obseruatum, cum ipsius obseruantias aliæ regni huius curię debeant obseruare, & proinde nihil in pecunijs, seu alijs rebus, magistri actorum curiarum prædictarum per se, vel per alios recipere audeant, vel recipi sinant, aut permittant quomodocumque pro actis scribendis, & faciendis in ipsis curijs, excepto pro copia scripturarum, rubricis, fideiussionibus, literis, cassaturis, ac præsentationibus literarum, & instrumentorum, & tunc sic, & pro vt iura volunt, & permittunt, & extitit in dicta magna Curia laudabiliter obseruatum; in qua Curia obseruatum extitit, & obseruatur, pro infrascriptis vt sequitur, videlicet. Quod de accusatione contumacię soluatur granum vnū. Item quod vbi aliquis citatus ciuiliter, vel criminaliter bannitus fuerit, vel condemnatus, & deinde se præsentet Curia sedente pro tribunali, vel post eleuatam Curiā, nihil recipiatur pro huiusmodi repræsentatione. Item quod pro præsentatione instrumenti, & prima citatione quæ fit, vt quis veniat responsurus super tenore ipsius instrumenti iuxta ritum ipsius Curiæ, soluantur gra. x. & si postea feratur interlocutoria contra huiusmodi citatum in termino non comparentem, soluantur alia gra. x. Item pro copijs processuum, & aliarū scripturarum, recipiendarum ex actis curiæ, soluatur tarenus vnus pro singulis cartis octo, iuxta literas Reginæ Ioannæ Secundæ, quælibet facies ipsarum cartarum contineat virgulos vigintiquinque, & quilibet virgulus decem contineat partes. Item pro pręsentatione instrumentorum, priuilegiorum, & quarumcunque cautelarum, quæ producuntur in causis, quæ in magna Cur. agitantur, etiam si mille essent, soluatur carlenus vnus, sed si duo instrumenta, priuilegia, & cautelę pręsententur duntaxat, nihil

nihil soluatur pro præsentatione ipsorum. Item pro præsentatione instrumenti procurationis, seu sindicatus, nihil soluatur pro præsentatione ipsorum. Item pro fideiussione qualibet soluatur carlenus vnus. Item pro compositionibus nihil soluatur, verum, si compositus vult literas absolutorias, ratione compositionis pro literis ipsis soluatur carlenus vnus, & aliquando plus pro magnitudine criminis, de quo facta est cõpositio, sed raro aut vix aliquãdo ascendat solutio ad tarenos duos, etiam si de homicidio fieret compositio. Item pro cassatura qualibet Banni, vel denuntiationis, aut alterius, de quo fiat cassatio ab actis, soluatur carlenus vnus, nec vniuersitas soluat plus quàm vnus priuatus. Item pro rubricis in causis ordinarijs grana decem, & in extraordinarijs, a sex vncijs infra, quinque. Item pro obligationibus quę fiunt penes acta, ad plus soluantur grana quinque. Item pro interpositione decreti super tutoribus dandis pupillis, seu decernenda tutela, communiter soluantur grana decem; Verum pro magnitudine tutelę, aliquando soluantur carleni duo, quandoque tres, aliquando quatuor ad plus. Si quis igitur amplius, siue plus, quam superius continetur, pro præmissis, vel aliquo præmissorum extorserit, vel receperit aliquid, aut extorqueri, vel pro se recipi fecerit, siue promiserit, iuxta huius Regni capitula, ad quadrupli pænã teneatur, & nihilominus extraordinaria, iuxta nostrum possit puniri arbitrium, relegando, vel in exilium mittendo, vel alio modo plectendo. Et vt præsens ordinatio, sanctioq; pragmatica, ad vnguem obseruetur, & omnibus innotescat, illam publicari volumus in vnaquaq; Prouincia, ciuitate, terra, siue loco consueto huius nostri Regni, per omnes officiales nostros, ad quos, seu ad quem spectat, seu spectabit: Ea propter omnibus officialibus nostris iustitiarijs, commissarijs, & alijs ad quos spectabit, dicimus, præcipimus, committimus, & mandamus, quatenus in omnibus locis consuetis præsentem Pragmaticam, sanctionem, & edictum obseruare debeant, & faciant, sub pæna ducatorum decem millium, & incursione nostræ iræ, & indignationis. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, magno Maiestatis nostræ sigillo pendente munitam.

Non indiget Summario.

1496. *Federicus Rex inter Priuil. Neap. fol. 27. at. c. 68. L. V.*

ITem supplicano, che la Maestà Vostra se degni circa li pagamenti delli sigilli, per qual se voglia scrittura, processi, & commandamenti, lettere, & sententie, & altri albarani, che se faranno, seu porrigeranno, da qualsiuoglia officiale, mastri datti, & notarij, in Sacro Regio Consilio, Regia Càm. Summar. & magna Curia Vicariæ, in curia Siclæ, & curia Admiratiæ. & omnibus alijs tribunalibus Ciuitatis Neapolis, & totius regni, se habbia a seruare la pragmatica della felice memoria de Re Ferrando primo, sopra de ciò edita, auuenga che detta pragmatica parla della gran corte della Vicaria, & omnibus aliis tribunalibus, & non in specie del Sacro Conseglio, & della Regia Camera della Summaria. Plac. R. M.

Non indiget summario.

1505. *Ferd. Cath. Rex inter Priuil. Neapol. fol. 48. c. 72. L. VI.*

ITem atteso li mastri datti indifferenter da certo tempo in quà in le cause tanto piccole, quanto grandi, se fanno pagare vno carlino per ogni testimonio che essaminano, supplicano, V. Cath. Maest. se degni moderare detto pagamento, che in tutte cause se habbia da pagare mezo carlino per testimonio, & non piu, saluo quando lo mastro datti andasse fuora della corte ad examinare li testimonij, che all'hora possa pigliare vno carlino. Plac. Cath. M.

Actuarij directus, quos accipiunt, in processibus sua manu scribant.

Secretarij, Actuarij, Scribæ, & examinatores Iudicum subscribant se in quolibet actu gesto coram ipsis: Examina per testes subscribi, aut cruce signari faciant. h. d.

1592. *Philippus II. Rex Prag. 10. de off. & quæ eis probib nu 5. & 12. Prag. 11. eod. num. 6. & 8. L. VII.*

MAndo assi mosmo à mis Mastredattas que son y por tiempo fueren que

que da qui adelante pongan, y firmen de su mano en los processos los derechos que lleuaren dellos, y cosas dellos al pie de cadauno so pena del quatro tanto de lo que dexaren de ponery assentar, para mi Camera. & infra.

DE que los Secretarios, maestre d'attas, escriuanos, y notarios de los tribunales de las Ciudades, y Tierras d'esse Reyno no hayan firmado de su mano, y firma, y nombre las escritturas, actos, y probanças, que ante ellos han passado; se ha visto, y conoscido por la visida resultar grandes inconuenientes en disseruicio de Dios Nuestro Señor, y mio, y en daño, y preiuycio de muchos particolares. Para remedio de lo qual ordeno, y mando, que da qui adelante, todos, y qualesquier Secretarios; y maestre d'attas, escriuanos, subactuarios, notarios, y examinadores de los Tribunales de la Ciudad, y Reyno de Napoles, sean obligados à firmar de su mano, y nombre qualquier escrittura, que passare ante ellos, y en las causas ciuiles, y criminales firmar todos los actos, y decretos, que en ella se hazieren, tanto enterlocutorias, como diffinitiuas, y los dichos, y depositiones de los testigos, que en ellas se examinaren, de man de los mismos testigos lo firmen, sabiendo escriuir, o haziendo la señal de la cruz, como hasta qui lo han hecho, y el official que lo contrario haziere encurra in pena por la primera vez de doze docados, y por la segunda de veynte quatro, y por la tercera, pena de la priuacion del officio que tuuiere.

Actuarij obseruent pandectam, & Reg. instructiones, h. d.

1585. *Dux Ossune Senior Prag. 11. de Actuar. L. VII.*

ITem essa fidelissima Città, Baronaggio, & Regno supplicano V. E. sia seruita de prouedere, come meglio parerà, & si spera dal suo prudentissimo giudicio intorno alle molte estorsioni, che si fanno per li mastri d'atti, scriuani, & portieri delli Regij Tribunali, che si vede per esperientia, che non vi è osseruaza di pandetta, ne de Regij instruttioni, intorno loro officij. Placet quod seruentur pandectæ, & Regiæ instructiones, & in casu contrauentionis, & non obseruantiæ, puniātur pęna in Regiis pragmaticis contenta, & etiam pœna corporali, nostro arbitrio reseruata.

De seruientibus et carcerarijs Iudicum Regiorum in communi. Tit. VII.

Carcerarij a non pernoctantibus in carcere nihil, à pernoctantibus vero carolenum vnum, & non vltra accipiant sub pœna nonupli. h. d. cum l. seq.

Gulielm. Rex const. lib. 1. tit. de off. Castellan. & Seruientium. L. I.



CAstellani, & seruientes ab incarceratis, qui eodem incarcerationis die (quacunque hora) exciterint liberati, nihil omnino recipiant. Si autem in eodem carcere noctem incarceratus fecerit, non plusquā dimidium tarenum, pro liberatione ab incarcerato ipso volumus, postulari.

Federicus Imperator ibid. L. II.

SI quis castellanorum, vel seruientium, vltra id quod ab incarceratis ipsis recipere (regia constitutione) permissum est, receperit; in nonuplum, id quod iniuste perceperit, fisco nostro componat, simplum, quòd à prædictis sic iniuste receptum est, ipsis omnino reddendo.

Carcerarij puniantur pena publicationis omnium bonorum, & annalis carceris, si eorum negligentia carcerati aufugerint. Puniantur verò capitaliter si per eorum fraudem aufugerint carcerati. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de cust. capti. L. III

CVstodes, de quorum custodia capti, per negligentiam ipsorum, euaserint, (bonis suis omnibus publicatis) per annum squallore carceris, decernimus, macerari, vt carcerem incarcerati ipsimet nō deserāt, qui in incarceratis custodiēdis aliis negligentiā commiserunt. Hi autem, qui per fraudē incarceratos abire permiserint (iuxta antiqua iura) capitali sententia feriantur. Magi-

Magiſtri Caſtrorum, Caſtellani, & ſeruientes non ſe intromittant in aliquo negotio Terræ in quo ſitum eſt caſtrum. Et ſeruientes non exeant caſtrum, ſine ſpeciali licentia Caſtellani h.d.

Idem Conſt. lib. 1. tit. de ſeruien. exeuntib. *L. IV.*

CVlpam non immerito reputantes, aliquem immiſcere ſe rei, ad ſuum officium minime pertinenti, præſenti conſtitutione inuiolabiliter prohibemus, magiſtris caſtrorum, caſtellanis, & ſeruientibus eorundem, vt extra caſtrorum ſita, ſine ſpeciali conſcientiæ noſtræ mandato, de nullo negocio terræ ipſius, in qua caſtrum ſitum eſt, ſe aliquatenus palam intromittere audeant, vel occulte. Si quis autem de prædictis contrafecerit, ab officio ipſo remotus, pœna quinquagiuta auguſtalium, fiſco noſtro inferenda, mulctetur. Seruientibus etiam expreſſius inhibemus vt extra caſtrum non exeant, ſine licentia ſpeciali caſtellani; & cum ipſos de caſtellis ob aliquam cauſam exire contigerit, plures quã quatuor in ſimul poteſtatem non habeant exeundi. Seruientes autem contra prædicta temere attentantes, pęna quatuor auguſtalium puniri volumus, aut ſi non habent de peculio aliquid, per dimidium annum ad opera publica deputari cenſemus.

Caſtellanorum exceſſus ciuiles per M. Camerarios, criminales vero per iuſtitiarios audiantur, & emendantur, h.d.

Idem Ibidem. *L. V.*

CAſtellanorum ciuiles exceſſus per magiſtros camerarios regionum: Criminales vero per prouinciarũ iuſticiarios, durantibus etiam ipſorum caſtellanorum officijs; audiri volumus, & ſecundum iuſticiam emendari.

Non indiget ſummario.

Idem Conſt. lib. 1. tit. quand. liu. caſtel. *L. VI.*

CAſtellanis, & ſeruientibus caſtrorum noſtrorum, cum à magiſtris iuſtitiariis, & iuſtitiariis, aut aliis officialibus noſtræ curiæ, extiterint requiſiti, pro negociis aliquibus, quæ ex mandato culminis noſtri, aut auctoritate Imperiali, vel iuriſdictionis eorum, ipſis officialibus noſtris incumbunt, extra caſtra permittimus arma deferre. Alias tam ipſos, quam alios ſubiacere diſponimus noſtræ prohibitionis ædicto, vt abſque ſpeciali mandato celſitudinis noſtræ, vel licentia nullus fidelium noſtrorũ arma prohibita deferre pręſumat.

Caſtellani, & ſeruientes non deferant arma, niſi ni ſi vt infra. Non ſe intromittant de iuriſdictione, niſi ſit demandata, ſed vacent cuſtodiæ caſtrorum: in illis non teneant concubinas, ſed vxores. De eorum exceſſibus inquirant Iuſtitiar. Prouinc. & & nuncient Regi h.d.

Carolus I. Rex. cap. 20. *L. VII.*

CAſtellanos noſtrorum arcium nullam prorſus, extra commiſſas eis arces, iuriſdictiouem habere volumus, ſeu etiam poteſtatem, nec ſeruiẽtes ipſarum arcium, niſi cum pro ſeruitijs curiæ deſtinentur, arma modo quolibet extra arces deferre pręſumant; ſed tam caſtellani, quam ſeruientes ſolummodo arcium, & caſtrorum cuſtodiæ intendentes, de alio negocio, ꝙ ad iuriſdictionem pertineat, ſe nullatenus intromittant. Niſi forſan aliquid aliud caſtellanis per patentes noſtras litteras committatur. Neque liceat caſtellanis, & ſeruientibus ipſis concubinas ſuas, ſeu quaſcunque mulieres alias: exceptis eorum vxoribus infra caſtrorum, & arcium ambitum introducere. Vt autem caſtellani, & ſeruientes ipſi, huiuſmodi conſtitutionem noſtram infringere non præſumant; Præcipimus, vt iuſticiarij regionum, de ipſorum exceſſibus frequenter inquirant, ac etiam diligenter. Et ſi contra conſtitutionem ipſam venire compererint, protinus excellentiæ noſtræ ſignificent. Et per nos contra tranſgreſſores huiuſmodi ad pęnam debitam procedetur.

Caſtellani, & ſeruientes abſtineant vt infra.

Idem cap. 86. *L. VIII.*

CAſtellani, & ſeruientes caſtrorum, ſecundum tenorem conſtitutionis regni, extra caſtra non deferant arma prohibita; niſi ſpecialiter pro ſeruitijs curię tranſmittantur. Nec aliquod officiu n emant, vel exerceant in terra, vbi caſtrum con-

consistit, vel alibi. Et non habeant in terris ipsis aliquos affidatos, quos à collectis, vel alijs oneribus curiæ seruent immunes; necse de vniuersitatũ negocijs intromittãt, nec aliquos auctoritate propria capiant de personis, ratione delationis armorum, vel alia occasione quacunq; : Et nullas extorsiones per terras, campos, & mandras de rebus & animalibus faciant. Nec a captiuis, sub eorum custodia de mandato nostro deputatis, cum eos liberari contigerit, aliquid exigant, vel accipiant. Nec pannos pro lectis, ligna, vel paleas, seu fenum intra terras accipiant. Et si contra fecerint castellani, restitutis ablatis, gagijs vnius anni priuentur. Seruientes vero, post ablatorum restitutionem, fustibus à castrorum custodia expellãtur. Excepto casu priuati carceris, vbi tam castellani, quam seruientes pœna priuati carceris, puniatur.

Carcerarij non accipiant à carceratis vltra taxam Carol. I.

Carol. II. Vicar. Regn. cap. 130. L. IX.

ITem statuimus, quod presonerij, seu custodes carcerum magnæ curiæ, & iusticiariorum, aliorumq; officialium, non recipiãt à captiuis, nisi quod statutum est nouiter per dominum patrem nostrum.

Non indiget Summario.

Carolus II. Rex c. 176. L. X.

QVod castellanis regiarum arcium nõ liceat aliquã extra eas iurisdictionẽ, seu potestatem habere in, nec seruientes arcium earundem, extra illas, nisi cum in seruitijs curiæ mitterentur, arma deferre presumant.

Non indiget summario.

Idem cap. 193. L. XI.

MAgistro iusticiario, iusticiarijs, castellanis, alijsq; officialibus nostris inhibemus, ne à captiuo, quẽ per vnum diẽ, aut vltra tenuerint, cum liberandus fuerit, vltra tarenum dimidium, & si in eorum carcere de nocte non fuerit, aliquid pro liberatione sua recipiant, aut recipi faciãt, vel permittant, & si quis eorũ contrafecerit ad nonuplum eius, ꝙ vltra exegerit, teneatur.

Non indiget summario.

Idem cap. 196. L. XII.

SEruientes in castris nostris, vel alibi ad gagia curiæ deputatos, cum in auxiliũ collectarum super recollectione collectæ, vel pro alijs curię seruitijs transmittuntur, quicquã pro expẽsis, vel labore ipsorũ exigere, aut recipere nolumus, ac eis exhiberi per alios penitus inhibemus cum quicquid taliter eis dare est solitum, in fidelium damnum consueuerit retorqueri,

Iustiar. capitan. & officiales alij habeant seruientes, & familiares bone conditionis et famæ, et non infames. h.d.

Robertus Rex cap. 243. L. XIII.

REmedia studiose perquirimus, & cura meditamur assidua, vt reformentur, quæ sunt in subiectorum dispendium, & offensam iustitiæ deformata. Sane de ordinatione curiæ nostrę seruatã procedit, quod cum præsidibus regni nostri Siciliæ, vt fauorabilius administrent officia, quæ, & ipsis persepe committimus; ad distincta, & competentia gagia certus deputatur numerus seruientium. Sunt idem nonulli ex eisdem pręsidibus, qui, sicut ad nostram de nouo notitiam, non sine admiratione, ac cum animi mærore peruenit ad aures vitio cupiditatis inducti, ipsa gagia, eorum cupiditatibus lucro reddunt, hominesque malæ conditionis, & vitæ, nec minus plurimum excessuum criminosos seruientes familiares recipiunt, & sine vllis gagijs retinent secum: ex quo illud absurdum prouenire didicimus, quod ipsi malefici sub fauore familiaritatis huiusmodi, crescente, in ipsis audacia malignandi, mala peioribus aggregant, contra fideles ipsos extorsiones committunt illicitas: & ex hoc vigori iustitię innumerose detrahitur, dum ipsis officijs non debite seruitur. Censentes igitur hæc fore plectibilia, & non ferenda, cum non deceat maleficos, apud illos fauoris inuenire præsidium, qui ex commissi officij debito, habent ad vindictam intendere peruersorum; Huius nostræ ordinationis edicto, perpetuo valituro, de certa nostra scientia, præscribimus,

vt nullus Iusticiarius, capitaneus, vel officialis alius, quocunque vocabulo nuncupetur, tales viros, tali notatos infamia, in seruientes, seu familiares eorum, recipere de cætero, aut retinere præsumant: quinimmo eos recipiant, secumque retineant, qui sint bonæ conuersationis, & famæ, & cum fidelitate deseruiant. Quod si contra factum fuerit, contrafacientes amissionis pœna gagiorum vnius anni plectendos, ipso facto, decernimus, & alias, iuxta nostrum arbitrium, pro temeritatis audacia puniendos. Vt autem presens edictum in communem deueniat notitiam singulorum. Volumus, & fidelitati vestræ, sub obtentu gratiæ nostræ, de certa ipsa scientia, districte præcipiendo mandamus, quatenus, statim receptis pręsentibus, edicta pręfata, per vniuersas terras, & loca decretę vobis prouincię famosas pręsertim, etiam si capitaneos habeant, diuulgetis publice, ac ex more per competentia officia faciatis, in omni eorum substantia, & effectu quantum ad vos pertinet, curetis seruare; tenaciterq; facere ab alijs, officij vestri temporibus, inuiolabiliter obseruari. Mandantes nihilominus vniuersitatibus ipsis, vt ad capiendos prędictos maleficos, eligant de se ipsis personas idoneas, pro quibus teneatur, ipsorumq; nomina vobis suis vicibus dent in scriptis: daturi vobis alterutrum in pendenti.

Non indiget summario.

Rit. 42. L. XIV.

ITem quod seruientes, & notarij cuię qui capiunt aliquem de mandato ipsius curię, vel aliam quãcunque executionem nihil recipiant à captiuo, vel alio contra quem executionem ipsam faciunt, sub pęna exigenda ab eis per dictam curiam, arbitrio ipsius curiæ.

Non indiget summario.

Rit. 43. L. XV.

ITem quod carcerarius nihil recipiat à carceratis non pernoctantibus, & si pernoctauerint recipiat grana 13. quãto tempore steterint in carcere, prout cauetur in capitulis regni.

Non indiget summario.

Rit. 303. L. XVI.

ITem quod Carcerarius quarumcumq; curiarum ciuit. nostræ Neap. non possit, nec debeat aliquid exigere à carcerato, vbi non pernoctauerit quocumque tempore steterit in carcere, & si pernoctauerit quocunque tempore steterit in carcere, habere debeat tatenum vnum Amalphiæ tantum, iuxta formam capit. regn.

Non indiget summario.

1486. Ferdinan. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 16. c. 3. fol 17. c. 17. 18. 19. L. XVII.

ITem, che il prigioniero, de qualseuoglia corte della città de Napoli nõ possa, ne debbia exigere alcuna cosa dal carcerato, doue non pernoctasse, & vbi pernoctauerit, quocunque tempore steterit in carcere, debbia hauere tantum vno tarì de amalfia, iuxta la forma del capitolo del regno, ne per ferrare, ne per altra cosa, possa hauere altra cosa. Pla. R. M. Et infra.

ITem che il Regente, Capitanio, & ogni altra corte della Città de Napoli, debbiano dare pregiaria de loro alguzini, & famigli, de stare a sindicato, & fideliter exercere detto officio, & dare in scriptis quelli che teneno, accioche in tẽpo del sindicato li possano hauere, per sodisfar' à chi se grauasse de loro, P. R. M. & statuit quod ex nunc in antea, curia vicariæ tantummodo octo seruientes, seu alguzerios habeat, curia vero capitanei quatuor, durante tempore eorum officiorum.

Item che li alguzini, & surgenti della Vicaria, capitanio, & ammiraglio, & altre corte de Nap. quando vanno à citare persona alcuna, in la città di Nap. ad instantia della parte, non debbiano hauere, se nõ vn grano per homo, & per exequtione in la d. città grana cinque, & in lo destretto fuora di essa, e pertinentie sue, grana diece, & extra territorium, secondo se potrà conuenire, & tali pagamenti se habbiano a pagare dalla parte, che mandasse a citare, ò fare esequtione. Pla. R. Ma.

Item che li alguzini, & surgẽti delle corte predette, non possano exigere pagamen-

mento alcuno, quando se fanno mandati ad istantia della corte, excepto in causis criminalibus, dumtaxat pęnæ sanguinis, quo casu possano hauere solamente grana cinque per vno in ciuitate, & extra grana dece Plac. C. M.

Non indiget summario.

1507. *Ferdinand. Cathol. Rex inter Priuil. Neap fol. 59. cap. 16.* L. XVIII.

ITem perche quando li castellani sono gouernatori, seu capitanei delle terre demaniale, doue sono castellani, li popoli sono più facilmente grauati, & oppressi, supplicano Vostra maiestà, voglia ordinari, che per l'auuenire nissuno sia castellano, & gouernatore, seu capitanio in vna medesma terra, per esser cosa dannosa alli popoli predetti.
Plac. R. Ma.

Extinguitur officium castellaniæ Licij. h. d.

1518. *Ioanna Reg. & Carol. fil. prag. 1. de off. iud. num 6.* L. XIX.

ITem, quia nos sumus informati, quod Castellum Litij parum importat seruitio nostro, & dispendium, quod cum eo facimus, est omnino superfluum, & ideo decreuimus officium dictæ Castellaniæ suo loco, & tempore extingui. Iccirco censemus, statuimus & ordinamus, quod quandocunque Castellania prædicta Licij vacauerit, obitu Sancij Rocchi, illius in præsentiarum possessoris, dictum Castellaniæ officium aboleatur, & extinguatur, cassetur, & annulletur: prout nos ex nunc pro tunc, cassum, & nullum decernimus, & declaramus, & si fuerit per nos alicui concessum, talis concessio sit nulla, & censeatur per inaduertentiam facta.

Castellani deseruiant personaliter, exceptis habentibus licentiam, qui præponant idoneos ad libitum Proregis h. d.

1531. *Carol. V. Imper. prag. 2. de reuoc grat.* L. XX.

CVmque nonnulli ex Castrorum eiusdem Regni Castellanis in eis personaliter non resideant, ex quo nonnulla incóuenientia, fraudesq; haud modicæ in nostræ R. Curiæ præiudicium generantur. Statuimus, & mandamus, quod omnes Castellani Regni ipsius, in castris eorum fidei cómendatis, personaliter, & ordinarie residere teneantur, facultatem, seu licentiam à nobis habentibus tantum exceptis, qui tamen castrorum sibi commissorum, custodiæ eorum loco præponere teneantur personas idoneas, sufficientes, & fide dignas ad Viceregum, Locumtenentium, & Capitaneorum nostrorum generalium, qui in regno prædicto pro tempore fuerint libitum, & voluntatem.

Porterij, & officialium seruientes, vt infra non petant mancias. h. d.

1571. *Card. de Granuel. Prorex prag. de Porter.* L. XIX.

COnsiderato, che in questi vltimi giorni dell'anno, li Portieri, Alabardieri nostri, Trombetti, & seruitori delli Magni & Circumspetti Regenti la Regia Cancellaria, & delli Castellani delle Castella, & delli Regij Consiglieri delli Tribunali del Sacro Regio Consiglio, della Camera della Summaria, & della gran Gran Corte della Vicaria, & de gli altri Tribunali, Tãburrini, tanto di soldati, quanto d'ogni sorte, & anco per gli officiali del Giustitiero, Catapani, & Portieri delli Magnifici Eletti di questa Magnifica, & fidelissima Città di Napoli si è introdotto vno abuso, che sotto zelo di dar le buone feste, vanno di casa in casa domandando, & cercando l'inferte, & mãcie, talche, come per l'esperienza si vede, si causa danno alli Cittadini, & habitanti in questa predetta Città, oltra siadi mal'esempio: Per tanto volendo, che tal cattiuo abuso del tutto sia tolto, per tenore del presente Bando s'ordina, & cõmanda à tutti li sopradetti Portieri, Alabardieri, Trombetti, Seruitori, Catapani, Portieri, & officiali del predetto Giustitiero, & altri sopradetti, che da quà auanti in dette feste, innanzi, ne dopoi, non presumano in modo alcuno andar cercando, & domandando dette inferte, & mancie per le case, & altre parti delli Cittadini, & habitanti in q̃sta predetta Città, ne quel-

le pigliare ne far pigliare per terze persone, sotto pena di priuatione d'officio, & di quattro tratti di corda, alla quale ogn'uno si guardi di non incorrere.

Executores, & Commissarij, quorumcumq; tribunalium obseruent taxam factam per R. Prag. h.d.

1588. *Comes Miranda Prorex Prag. 5 de Commiss. L. XIX.*

SE bene per leggi communi, e del presente Regno; tutti essecutori, che vanno essequendo, come sono portieri del Sacro Regio Consiglio, della Regia Camera della Summaria, alguzini della gran Corte della Vicaria, & altri Commissarij, ò particolari essecutori destinati da qualsiuoglia Tribunale, ò Officiale, quando si fanno pagare dalle parti più di quello che li compete per loro giornate, conforme alle tasse fatte per le Regie pragmatice, deueno essere, conforme à dette pragmatiche, grauemente puniti: tuttauia non derogando à dette dispositioni, Banni, & Pragmatiche fatte intorno à questo, per il presente banno perpetuamente valituro: ordinamo, & commandamo à tutti, & qualsiuoglia portieri, si del Collaterale, come del Sacro Conseglio, della Regia Camera, della Summaria, alguzini della gran Corte della Vicaria, ò altri Commissarij, che si destinano ad essequire, & à qualsiuoglia essecutori, ò ministri d'essecutore di qualsiuoglia Tribunale, si Regio, come di Barone, & à qualsiuoglia Cómissario da destinarsi per qualsiuoglia Regio Tribunale; & officiale che non possa essigere per l'essecutione che faranno più di quello, che è stabilito dalle predette pragmatiche, ordini, & pandette, sotto pena di anni cinque di galera, & altre pene contenute in dette Reg. dispositioni, & pragmatiche.

De S. R. C. eiusq; Preside̅nte, & Officialibus in communi. Tit. VIII.

S. C. habet sedem in Ciuitate Neap.
In eo sint vnus Præsidens, & nouem Consiliarij docti, iusti, & idonei, qui iurent iuxta formam hic traditam. h.d.

Ferdinand. I. Rex Prag. 1. de off. S. C. L. I.



VEteres illi sapientes, qui primitus homines per montes, syluasq; vagos, ac ferarum more viuentes, intra Vrbes viuere docuerunt, existimãtes hominum coniunctionem durare diu nequaquam posse, si pro animi libidine viuere cuique, & communes ad se rapere vtilitates, liceret, leges condiderunt, quibus pœnæ metu ab iniuria inferenda scelesti homines cohiberentur, & boni tuto calle iter facientes, tranquille viuere, atque suis vti rebus libere possint, vnde maxima hominum generi vtilitas illata est, quorum antea vita sine legibus, belluarum vitæ erat similis. Quamobrem bene instituti Reges, qui, nõ ad suamet compendia, sed ad populorum, quos sub Sceptro haberent, vtilitatem se genitos esse opinati sunt, præcipuam omnĩ tempore iustitiæ, legumq; curam habuere. Idq; vel in primis ab inclytis Aragonum Regibus, prædecessoribus nostris, factitatum est, qui, quamuis multum ab armis ornamenti retulerint, plus tamen decoris, & veræ gloriæ à legum obseruatione, iustitiæque cultu assecuti sunt.

Quorum nos, vt solio digne successisse videamur, nulli rei tantopere curam, mentemq; addiximus, nihil vsq; adeo dies, noctesque, ad populorum, quos nobis subesse voluit Deus, quietem, animo versando, quam vt per Vrbes, nostro subditas Imperio, iustitia ametur, vigeat & colatur, sine qua neq; ciuitates stare longo tempore, neq; sceptra diuturna stabiliaque esse possunt. Igitur cum Neapolis Siciliæ Regnum, iure quodam legitimo, & hæreditario, nobis debitum, nostræ nuper ditioni restitutũ sit,

sit, idque, non armis tantum nostris, quantum immortalis Dei beneficio, qui vt omnium iustissimus est, sic iustitiam protegit, iustisque oculis mortalium res intuetur, existimauimus nihil esse nobis vsque adeo cogitandum, atque omni prouidendum cura, quam vt eo in regno, quod nobis diuina iustitia reintegratum est, nulla in parte iustitia ipsa titubet, aut gressu ciuitates inualido peruagentur. Quamobrem, ne à cultu iustitiæ desistamus, cui stabilem in omnibus, quibus imperamus, terris sedem constituere decreuimus ad tranquillam nostrorum Regni Siciliæ subditorum quietem, ac illius honorem, gloriamque, qui cęlesti, ac potenti manu, Regum corda complexa fouet, eisq; recte agendi mentem inspirat, sanctiones, atq; ordinationes inferius scriptas statuimus, quas inuiolabiliter edicti nostri, ac decreti immobilis munimine, roboreq; firmiter seruari volumus atque mandamus, pro lege in nostro Siciliæ regno perpetuo valituras

Quoniam vero prius, quam de sanctionibus, ordinationibusque huiusmodi agatur Sacri consilij, quo iustitia foueatur, & vt illa seruetur, rationem haberi oportet, ante omnia de ipsius consilij ordinatione sede authoritate, præeminentia, ac potestate, quid statuamus declarandum est.

Igitur Sacrum eodem in regno supremumque Consilium ordinauimus, cui sedem, locumque in Vrbe Neap. & Regni Vrbium omnium suprema, ac Metropoli constituimus, vbi præsidebit vnus, cum quo Consiliarij nouem ius dicent, viri iuris insignibus decorati, docti, graues, seueri, insontes, mites, iusti, faciles, lenesque qui in iudicijs exercendis, non precibus, non pretio, non amicitia, non odio, non denique vlla re corrumpantur, aut ab æqui rectique deijciantur sede, iustitiam amplectentes, diuina formidantes iudicia, quorum quilibet hac formula in manibus Pręsidentis sanctissime iurare debeat, scilicet se, neque per seipsum, neque per alium, pro huiusmodi officio assequendo pecuniã vel rem æquipollentem, neque aliud quicquam cuique dedisse pollicitumue esse, neque vllo modo vt sibi ad id esset auxilio quemquam habuisse, cuius iuramentum vel si minima parte falsum esse comperiretur, ipsum ad officium non admitti, vel si admissus fuerit, protinus amoueri, repellique mãdamus, ac nostro arbitrio mulctandum reseruamus.

S. R. C. potestas, & præeminentia hic ponitur.

Idem Rex Prag. 3. de off. S. C. n. 2. L. II.

VT autem Sacri omnibus Consilij nostri authoritas innotescat, scire omnes volumus actorum processumque conualidationes in integrumque restitutiones cum temporis propagationibus, quas spiritus insufflationes in Regno nominant, à nobis illi concessas esse, causarum præterea omnium quantumuis arduarum siue illæ etiam, Comitatuum, Marchionatuumque, siue Ducatuum, & Principatuum, vel quorumcunque nobilium feudorum extiterint cognitionem eidem subijcimus, aliorumq. omnium, de quibus cognoscere superiori tempore consueuit magna Curia Vicariæ, nisi tantum causæ eiusmodi fuerint, in quibus de minori, quam de vigintiquinque vnciarum summa agatur, tales etenim causas alias ad curias inferiores cognoscendas remittimus, à quibus si prouocabitur, sciant appellationes, non sibi prius nostrum ad Consilium appellationem deferre permitti, quam ad Vicariæ forum appellauerint, vt minoribus à curijs gradatim ad nostrum Sacrum Consilium perueniant. Quod si eisdem in causis, duæ conformes sententiæ in totum, vel in partem promulgatæ fuerint, vel vnum laudum si forte compromissum factum fuerit, & vna sententia vt supra conformes extiterint, quatenus conformes fuerint, non nisi executione facta, ac de restituendo in succumbentię casu cautione præstita ad Sacrum Consilium appellari.

Locus publicis audientijs S. R. C. deputatus hic exprimitur. h.d.

Idem Rex Prag. 6. de off. S. R. C. L. III.

SAcrum præterea Consilium, locum publicis audientijs solitum habere volumus, vbi causæ proponantur supplicationes,

tiones per concilij actorum magistros legantur, Aduocati, si audiri deposcent, audiantur, sententiæ, quascunque promulgari cōtigerit, proferentur, quas regio pronuntiari nomine, & per causæ actuarios legi mandamus, singulis autem hebdomadis, Martis videlicet Iouis, & Sabbathi diebus, prout hactenus cōsueuit, publica Sacrum Consilium in audientia mane sedebit; Quod si etiam illi post prandiū ad res agendas venire, aut alio die, vel aliquem præterire collibuerit, eius arbitrio permittimus.

Causæ inter priuatos, cognoscantur per S. C, & Iudices ad illud subordinatos, & non per Reg. Cam.
Causæ inter priuatos & Fisc. cognoscantur per Reg. Camer.
Criminales vero cognoscantur per M. C. V. Idque vendicet sibi locum in causis pendentibus h. d.

Idem Prag. 37. de off. S. R. C. L. IV.

QVoniam iuris ordo confunditur, si cuiquam sua iurisdictio non seruatur, omni causarum, quę inter priuatos vertuntur, Summariæ Cameræ cognitionem non permittimus, etiam ex nostra, nostrique Viceregis Commissione, quamuis eiusdem Cameræ, partes, forum, examenq; non declinauerint, pariterque causæ inter fiscum, ac priuatos vertentes nostro in consilio, alijsq; tribunalibus agitari volumus. Idq; etiā pendentibus in causis, in quocūq; sint statu, quamquam vsque ad conclusionem inclusiue processum fuisset seruari mandamus. Propterea sanctione hac perpetuo valitura, volumus iubemusque, vt omnes causæ inter priuatos quocumq; modo in Summarię Camera pendentes, etiam ex nostra nostrorumque prędecessorum, vel nostri Proregis commissione, parte etiam non contradicente, iure ipso cum originalibus processibus nostro auocatę Consilio censeantur, nisi Camerę ipsius, vel litigantium Priuilegio, eandem ad Cameram pertinere noscantur: rursusque causę inter priuatos fiscumque nostro in Consilio, siue aliis in tribunalibus curijsue pendentes, eandem ad Cameram originalibus suis cū processibus deuolutas haberi mandamus. Quod tam in pręsentibus, quam in futuris causis quocumque in statu reperiātur, etiam si facta in eis cōclusio fuisset, locum habere decernimus. Quod si secus actum fuerit, processus sententiasq; in illis ferendas, roboris momentique nullius esse affirmamus. Causas item criminales pręsertim, in quibus vel de capite, vel membri abscissione agitur, tractari decernique Magna in Vicarię curia iubemus, ad quam propriè criminalium causarum cognitio spectat, non autem in Consilio, vbi de causis ciuilibus, non de criminalibus cognosci solitū est, nisi forte de læsæ Maiestatis crimine ageretur, vel aliud vrgenti ex causa eidem Consilio visum fuerit.

Non indiget Summario.

1505. *Ferdinand. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 47. cap. 63. L. V.*

ITem supplicano V. Cath. M. se degni prouedere, & ordinare, che al Sacro Consiglio, Regia Camera della Summaria, & gran corte della Vicaria, se debbiano pagare le prouisioni de camera, come è solito, & consueto, & fare non si essiga altro pagamento de trigesime, sexagesime, seu sportule, si come è debito & giusto, acciò che li officiali restino contenti de loro prouisioni, & habbiano ad hauere le mani monde, si come vogliono le constitutioni, & capituli de questo vostro regno. Placet Cath. Maest.

Duæ aulæ deputantur in S. R. C. & vniuntur in causarum grauissimarum expeditionibus. h. d.

1533. *Carol V. Imperat. Pragm. 41. de off. S. R. C. L. VI.*

EX animo semper optauimus, & quotidie studemus, cunctos populos, quos nostrum regit imperium, & præcipue istius præfatæ Siciliæ regnicolas in pace, & amęnitate, bono ordine, optimaque iustitiæ administratione conseruare, & quantum fieri possit, a damnis, & bonorum iacturis, quæ ex varlis litium anfractibus passim oriri solent, benignius subleuare. Quo fit, vt cum negotia, quę in nostro Sacro Consilio Sanctę Clarę, in fidelissima Ciuitate nostra Neapolis, celebrantur, tanta semper fuerint, sintq. nunc, vt ex magno totius

tius Regni ad huiusmodi Tribunal concursu, Præsidens, ceteriq. Consiliarij illius, qui in vnica tantummodo aula hactenus congregari consueuerunt, ad decisiones causarum, vix sufficiant, & propterea partes ex dilationibus damna sæpe pati cogãtur, nos, quibus est imminens de populis cura peruigilis, de his maxime, quæ bonũ publicum, & statum illorum tranquillum concernunt, quorum maior pars in recta iustitiæ administratione consistit, decernimus aliqua circa illius cultum edere, & sancire. præcipue circa personas publicas, quod suum est vnicuiq. tribuentes, a quibus atq; iusta, & æqua negotiorum decisio, & plana Prouinciæ gubernatio scaturit, satis superque pro certo habentes, hoc salubri medicamine, iustitiam, breui tempore, incolumitatem assecuturam. Quamobrem, matura Sacri Consilij præcedente deliberatione, decernimus, & ordinamus, prout serie cum præsenti de certa scientia, regiaque authoritate nostra, & consulto decernimus, vt de cætero Tribunal huiusmodi Consilij Sanctæ Claræ in duas aulas diuisum, & distinctum esse debeat, & censeatur, in quarum vtraque quatuor optimi Doctores, prater Præsidentẽ, qui ambobus, videlicet earum vtriq. singulis diebus, prout negotiorum moles, reique exigentia, & breuior iustitiæ expeditio postulabit, sibique videbitur, interesse debeat) existant, & resideant. Quorum quidem Doctorum numerum augeri censemus, vt semper, citra Præsidentem, sint octo, & quidquid vtraque dictarum aularum decreuerit, iure decretum esse habeatur, perinde, ac si præsidens cum reliquis omnibus simul congregatis decernerent, dum tamen quando super alicuius Baronis statu, aut alia re alicuius importantiæ, & quantitatis, qualitatisue, aut iuris difficultatis aliqua erit lis, omnes dicti octo Doctores cum Præsidente simul congregari debeant, merita processus, quando instructus fuerit, audituri, & terminaturi; quod arbitrio dicti Præsidentis, aut decreto, & ordinationi tunc pro Regis, ex dictis considerationibus remittimus.

Seruetur Prag. præcedens. d. h.

1533. *D. Petrus de Toleto Prorex Pragm. eadem. L. VII.*

NVper à Cæs. M. emanauit quædam Prag. seu sanctio tenor. sequ. v3.

Sequitur tenor l. proxime præced. & deinde.

EA propter volentes, vt tenemur, Cæs. & Cath. Maiest. obedire mandatis, & vt prædicta omnibus innotescant, has præsentes in valuis dicti Sacri Regij Consilij, apponi iussimus: præcipimusque, & mandamus omnibus, & singulis, ad quos spectabit, quatenus, seruata forma præinsertæ Reg. pragmaticæ, illam ad vnguem, & inuiolabiliter, in omnibus, & per omnia, obseruent, obseruarique faciant, per quos decet, iuxta ipsius pragmaticæ seriem, & continentiam, omni dubio, & difficultate cessantibus. Et contrarium non faciant, pro quanto gratiam prædict. Maiestat. charam habent, ac pœnam ducatorũ duorum auri mille cupiunt euitare. In quorũ fidem præsentes fieri fecimus, sigillo communi impressas, præsentanti remansuras.

S. C. sit in duabus aulis, quæ mutentur quolibet bimestri. h. d.

1534. *Idem Præsident. & Consil. S. R. C. Prag. 2. de off. S. R. C. L. VIII.*

HAuendo vista la retroscritta lista, vogliamo, vi diciamo, & ordiniamo, che conforme a questa lista tengate il Conseglio nelle due sale, e che li consiglieri debbiano mutar la Sala di due mesi in due mesi, e che tale è nostra volontà, & intentione, & così si essequisca: & non altrimenti la presente si conserui nel Sacro conseglio acciò che sempre che bisogna, se sappia, &se possa vedere quest'ordine, & osseruarsi inuiolabilmente, dandone notitia à tutti li retroscritti Cõsiglieri, mastro d'atti & Portieri, acciochè per niun di loro si possa allegare ignorantia.

Pragmaticæ respicientes Officiales S. R. C. fuerunt compilatæ, & renouatæ, cum præcepto, quod obseruentur. h. d.

1559. *Dux de Alcala Prorex Prag. 1. de off. S. R. C. L. VIIII.*

ET si quamplura sunt, quæ Regnorum gubernacula suscipientes, pro subditorum

torum commodo, per vigili cura, assiduaq; meditatione pensitare, atq; perficere, summa ope, totisque viribus niti debent. In nulla tamen re accuratius versari conuenit, quam in iustitiæ cultu, a qua tota fere earum gentium, quæ legibus reguntur, & moribus salus pendet. Cum itaque sacra, Regia, & Catholica Maiestas Serenissimi & inuictissimi Regis nostri Philippi, ob suorum amplitudinem Regnorum, quibus diuina est dispositione præpositus, in hoc citerioris Siciliæ Regno adesse facile nequeat, nosque, vt eius vices gereremus, vniuersæ Regni præfati ditioni præfecerit, ex eo tempore, quo huc appulimus, huic rei præcipue omni diligentia inuigilãdum, indefessoque labore insudandum putauimus, vt omne tempus, studiũque nostrum intenderemus ad ea tantum procuranda, quæ vtilitati, saluti, tranquillitati, generiq; viuendi optimo; publicis denique & priuatis commodis Regiorum subditorum congruere, & pertinere viderentur, carior tamen, & prę ceteris desiderabilior semper nobis cordi fuit recta, celeris, expedita, incorruptaq; iustitiæ administratio, quæ procul dubio in Magistratuum, præsertim maiorum, optima constitutione, & ordinatione consistit, inter quos Magistratus, Sacrum hoc in Regno, supremumq; in administranda iustitia, consilium à Serenissimis Aragonijs Regibus constitutum, ordinatumq; reperitur, atq; ab his ipsis Regibus, & à Cæs. Maiestate felicissimæ recordationis, recolendæque per secula memoriæ, eorumq; Viceregibus, Pragmaticis iustissimis, institutisq; sanctissimis exornatum, ac eiusdem sacri cõsilij decretis, & ordinationibus, vt temporum, ac emergentium casuum necessitas expostulauit, mirifice stabilitum. Quæ omnia, cum diuersis temporibus, varijsque ab auctoribus processerint, nec in vnum congesta, impressa hactenus extiterint, distortis, abiectisq; in chartulis neglecta, tanquam inania delitescunt.

Ex quo euenit, eorum formulas perpaucis innotuisse, eorumque obseruationem, non sine maximo iustitiæ detrimento, & auctoritatis præeminentiæq; eiusdem sacri consilij præiudicio desueuisse, quibus occurrere cupientes, Pragmaticas iam dictas, ordinationes, & decreta, ad Magistratum hunc optime regendum institutas, vna cõpaginari mandauimus, easq; in Regio collaterali nobis assistente consilio discuti, & recenseri, cum quo cunctis à nobis diligẽter rimatis, additis, enucleatis, ac his de integro dispositis, quæ additamento, nouaq; dispositione indigere videbantur, quemadmodum suis in locis congrue adnotandum curauimus, illa in præsens compendiũ deducta nomine & auctoritate sacræ & C. Maiestatis, cuius vices gerimus, renouamus, confirmamus, & quatenus opus est ea omnia, & eorum singula denuo statuimus, & ordinamus; ac sub forma inferius describenda publicari, imprimi, & in tabulis in valuis dicti Sacri consilij affigendis describi, atque ab omnibus inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus, quibuscunque abusibus abolitis, ac penitus reuocatis. Et vt præmissa, quem debent, sortiantur effectum, Illustr. Protonotario, Vice Protonotario Regni huius Sacri eiusdem consilij Præsidenti, Regijs, ac omnibus quibuscũque, ad quos spectare visum fuerit, præcipimus, & districte mandamus, vt Pragmaticas, institutiones, decreta, & cætera, in præinsertis contenta, firmiter teneant, atq; obseruent, teneri, & obseruari faciant, nec contraire facereue vllo modo permittant, si gratiam Regiam charam habent.

S.R.C. non cognoscat de primis causis, nisi vbi extraret priuilegium.
In Ciuitate Neap. primæ causæ infra duc. 60. committantur M. C.
In causis appellationum infra vncias viginti quinque seruetur dispositio alias facta. h. d.

1559. *Idem Prag. 3. de off. S. R. C. præcedente tenore l. 2. supra eod. L. X.*

NOs autem in primis causis, nedum quantitatis hic descriptæ, sed quarumcunque, seruari mandamus Pragmaticam per eundem Serenissimum Regem Ferdinandum, editam in Ciuitate Pateolorum primo Ianuarij 1488. Inter alias iam impressam, vt illę non extrahantur à districtu incolatus conuentorum, ijs exceptis, quarum cognitio ex priuilegio personarũ, rerum, causarum, siue alio, spectat ad dictum Sacrum Consilium, cuius priuilegij qualitas omninò exprimatur in supplicatio-

tionibus, alias nullatenus committantur in hac vero Ciuitate Neap.& eius districtu primæ causæ ad summam vsque ducatorũ sexaginta, committantur Magnæ Curiæ Vicariæ, in causis vero appellationum infra summam vnciarum 25. hic expressam seruetur omnino præcedens dispositio, in præteritum male obseruata.

In alijs autem vltra summam prædictã, quod in sequenti ordinatione est dispositũ seruandum erit. Quod vero hic sancitum est de executione sententiarum Iudicum inferiorum confirmatarum per Magnam Curiam, infra prænarratam summam vnciarum 25.fortiori ratione declaramus, seruandum in duabus ab eadem magna Curia sententijs, infra dictam summam conformiter latis, Statuentes de nouo, quod sententiæ in posterum proferendæ per ipsam Magnam Curiam, in primis causis ciuilibus, a ducatis centum quinquaginta infra, cum ibi adsistant tres Iudices, quos pro posse, conabimur, doctrina, & experientia idoneos, deputare, mandentur executioni, cum cautione de restituendo in casu retractationis, non obstante appellatione forte interponenda, quæ committatur cum clausula facta prius executione, vel citra præiudicium executionis dictæ sententiæ, à qua appellatur.

Sequitur tenor l. subditorum infra de appellat. in ciuilib.

Non indiget summario.

1559. Idem Prag. 40. de off. S. R. Consil. L. XI.

SVbsequuntur Pragmaticæ aliæ, & prouisiones Regiæ, editæ à Cæsarea Maiestate felicissimæ recordationis, & Illustribus huius Regni Viceregibus, quarum tenor vt omnibus, ab vt par est, inuiolabiliter obseruetur, illas post prædictas hic duximus inserendas, imprimendas, & vt præmissum est, describendas.

Sequitur tenor l. ex animo, & l. nuper supra eod.

Præsidens Sac. Consil. non cognoscat de causis summarijs. h. d.

1574. Card. de Granuel. Prorex Prag. I. de caus. decid. nu. 6. L. XI.

ITem conoscendo le molte occupationi, che sogliono tenere li magnifici, e circonspetti Presidenti del Sacro Regio Conseglio, per ragione dell'officio loro, & che la cognitione delle cause, che hanno fatte fin quà in casa summariamente, l'occupaua, di maniera, che causaua impedimento alle cause ordinarie del Consiglio: Dalche, secondo hauemo inteso, è nato, che lo magnifico, & circonspetto Presidẽte presente hà lassato, & da se stesso intermesso di procedere nelle cause predette: Per tanto, approbando il predetto, ordiniamo, che da quà auante il magnifico, & circonspetto Presidente del detto Sacro Conseglio, presente, & che pro tempore sarà, non debbia, ne possa intromettersi alla cognitione, & decisione delle cose predette, che cosi summariamente si soleano trattare da lui in sua casa, ma che quelle si debbiano conoscere per li magnifici Regente, & Giudici ciuili della gran Corte della Vicaria, nella forma solita, & consueta, & esso attenda solamente alle cause si trattano nel Tribunale del detto Sacro Consiglio ordinariamente.

Officiales S.R.C. prohibentur ferre testimonium h.d.

1578. Marchio Mondejar Prorex S. R. C. Prag. 64. de off. S.R.C. L. XIII.

HAuemo inteso, che alcuni di voi sete esaminati, & vi essaminate in diuerse cause, nelle quali molte volte è occorso, & occorre, che hauete da giudicare, & interuenire come giudice in dette cause, & per esserui essaminati, & essaminarui in quelle, non hauete possuto, nè potete interuenire come Giudici, & votare nelle dette cause; & essendo voi officiali, & ministri di S. M. & che sete deputati per amministrare giustitia, non conuiene che nessuno di voi resti impedito per simil' causa à non possere giudicare, & votare in tutte le cause, che conuiene, che debbiate interuenire à giudicare, & votare. Et acciò che simile impedimento cessi vi dicemo, ordinamo, che dal dì che la presen-

te vi sarà presentata, non debbia nissuno di voi essanimarsi in nissuna causa senza ordine; & licentia nostra in scriptis obtenta, & non farete il contrario per quanto hauete cara la gratia, & seruitio di S.M. & sotto la pena riseruata à nostro arbitrio.

Decretatio, quod Præsidens prouideat interpretatur, quod prouideat, prout ei videbitur de iustitia h.d.

1594. *Prag. 71. de off. S.R.C. dirigitur Præsidenti S.R.C. L. XIV.*

SV Excellencia me ha mandado, que auise à V.S. que los decretos, que se dispachan en esta forma. Præsidens prouideat. su intencion es, que V.S. lo prouea, como le pareziere de Iustitia, y conueniente, y que a si lo potrà hazer. De Palacio 16. de Octubre 1594. Muy Ill. Señor Besas las manos à V.S. su seruidor Dominico de Torres.

Officiales S. R. C. non vacent alijs sine licentia Regis aut Proreg. h.d.

1601. *Prag. 14. de off. & quæ eis probib. L. XV.*

HAuendo su Excellencia visto, y considerado, por muchas causas justas, que han mouido su mente, que los officiales, que atienden à seruir à su Magestad en los Consejos, que à qui tiene, no se deuen occupar en otras cosas, si no solo atender à las, que tocan los sus officios: por esto ha ordenado, que ninguno de los dichos Ministros sin licencia de su Excellencia pueda meterse en exercitar otro officio, que no se prouea per otra persona, que no sea por su Magestad, ò por su Excellencia. De Palacio à 27. de Enero 1601. Andres de Salazar.

De Regijs consiliarijs Tit. IX.

Reg. Consiliarij qualibet die iuridica si non erunt legitime impediti, morentur in consil. tribus horis ante prandiũ, & duabus horis post prandium domi audiant litigantes, Aduocatos, & procuratores, si ad Consil. non venerint, Secretarius notet h. d.

Ferdinand. I. Rex Prag. 14. de off. S.C. L. I.



SAcri nostri consilij consiliarios, si iusta non fuerint causa impediti, statuta hora mane in consilium venire volumus, atq; ibi tribus continue horis permorari, quod qui facere neglexerit, eum pro temporis omissi rata gagiorum stipendij minus assequi decernimus, cuius rei per dies singulos à Secretario fiet annotatio, ijdem consiliarij iuridica qualibet die in causis sibi commissis post prandium domi suæ, omni qua decens est patientia grauitateq; litigantes, procuratores, & aduocatos duabus adminus horis audiant.

Consiliarius causæ commissarius super incidentibus solus prouidet, & ex causa relationem facit in S. C. h.d.

Idem prag. 16. eodem L. II.

EX sacri nostri consilij consiliarij, in causis sibi commissis vnusquisque solum super incidentibus prouideat, atque illa ex sua commissionis forma determinare posse Maiestati nostrę placitũ est. Quod effici mandamus, nisi aliqua iusta ex causa Commissario eodem in Consilio relationem facere videatur.

Consiliarij sedeant iuxta ordinem creationis. Deficiente, vel absente aliquo, qui post eum proxime sedebat, illius sedendi locum recipiat. h.d.

Prag. 3. eod. L. III.

DEficiente aliquo, vel absente ex S. C. consiliariorum numero, collegam qui post eum proxime sedebat illius sedendi locum recipiat, atque alios gradatim ascendere volumus, consiliarium vero nouissime creatum, in nouissimo loco recipi ordinamus.

Con-

...siliarius à Præsidente non interrogatus non loquatur. h.d.

Ferdin. I. Rex prag. 8. eod. L. IV.

...Edentibus in consilio, vel publica in Audientia consiliarijs, vbi loqui pri...m, consultationesq; proponere, atque ...pondere, ad Præsidentem in eo solum ...tat, nolumus cuiquam ex consiliarijs ...is, siue publica, siue secreta in Audien... salam, vel publice loqui licere, nisi ei, à Præsidente fuerit interrogatus. Il... vero, qui ordinationi huiusmodi con... enerit, nostro arbitrio mulctandum ...rnimus.

...bet consiliarius habeat duas diætas, alteram diffinitiuis sententijs, alteram vero pro incidentibus. Ab antiquiori sumatur initium, nisi aliter causa Præsidens ordinauerit. h.d.

Idem prag. 9. eod. L V.

...consiliarijs consilij nostri sacri, pro causis, quæ ipsis commissæ fuerint, ex...ndis, cuilibet diætas duas vnam dif...nis pro sententijs, alteram pro inci...bus concedimus, sic, vt ab antiquio...iatur initium, temporum deinceps in...sos prærogatiua successiue seruata, ...iud ex causa à Præsidente præfato or...um fuerit.

...diget summario.

Carol. V. Imp. int. priuil. Neap. fol. 102 à ter. & fol. 103. cap. 4. L. VI.

...m supplicano, che per la buona ad...nistratione della giustitia V. Ces. M. ...ni in lo Sacro Conseglio de quella ...te in Santa Chiara prouedere de ...e dotte, idonee, & sufficienti atte ...gre come conuiene a tanto tribuna... ...uello reformare, & in esso creare, & ...diece Consiglieri atti à seruire de ...o, videlicet, cinque in vna Rota, & in l'altra con augumentarli conue... ...alario, à tal che dette persone dot... ...donee ce possano comodamente ...

Et infra.

...od ad numerum Consiliariorum ...ttinet suæ Maiest. placet pro ma...turiore iustitiæ administratione in consilio Sanctæ Claræ duos vltra octo, qui in præsentia sunt, consiliarios, vt supplicatur addi: ita vt deinceps quinque in vna quaque Rota sedeant, atque, vt diligentius ad iustitiæ, & causarum expeditionem attendant, Maiest. sua cuilibet eorum decē consiliariorum centum ducatos annuos augebit. Itemq; eadem ratione, ac causa ducentos ducatos ipsius consilij præsidi.

Deputatur hora, qua debet inchoari Audientia consiliariorum in eorum domibus.

1559. Dux de Alcala Prorex prag. 14. de off. S.S. præcedente tenore l. 1 sup. eod. L. VII.

HAec audientia post prandium domi præstanda, contemporanea ab omnibus Consiliariis eadem erit hora inchoanda, à mense scilicet Aprilis, vsque ad mensem Octubris hora decima octaua: à mense autem Octobris, vsque ad mensem Aprilis hora vigesima, sicque in posterum seruari iubemus.

Duodecim sint Consiliarij, ex eis quolibet biennio eligantur duo Iudices criminales in M. C. V. reliqui decē resideant in duabus aulis, ijdem iurēt. h.d

Ide. Pra. 2. Eod. n. 5. praced. l. 1. sup. de S.R.C. L. VIII.

NVnc vero cum negotiorum copia magnopere excreuerit, duodenarius Consiliariorum numerus factus est, atque ex eo numero biēnio quolibet per nos duo eliguntur Iudices criminales M. C. V. reliquis decem pariter in duabus aulis distributis, secundum nouellas sanctiones, quæ modo seruantur, & in posterum, donec aliter per R. M. fuerit prouisum, seruabuntur, aularum prædictarum mutatione, bimestri quolibet, facienda, secundum Regiam ordinationem infrascriptum, iuramentum vero secundum formam hic traditam omnino in posterum à Consiliariis per Præsidentem exigatur, licet in præteritum, vt audiuimus, non fuerit obseruatum:

Sequitur tenor l. Hauendo vista supra tit. proxi.

Obseruetur l. sedentib. sup. eod. & obseruari curet Præsidens, & in defectum eius, Consiliarius antiquior.

Idem Prag. 8. de of. S. C. præcedent. tenore l sedentib. supra eod. L. IX.

1554. S. R. C. Prag. 25. col. L. V.

EX prouisione facta per Sacrum consilium, mandetur Secretario, Actorum magistris, ac scribis eiusdem Sacri Consilij, quatenus inuiolabiliter seruare debeat regiam pragmaticam super solutionibus faciendis eisdem secretario, actorum magistris, & scribis, sub pœna priuationis eorum officiorum, tam pragmaticam editam tempore felic. mem. Ferdinandi primi, & Catholici Regis immortalis memoriæ, & prout inferius continetur.

Loffredus Præsidens. Bernardin Galeota. Ioannes Martialis. Quadra. Nicolaus Maiorana. Antonius Baraptucius.

In primis per la decretatione di ciascuna supplica doue fossero dimandate robbe, & altre quantità, grana diece.

Item per ciascuna citatione, seu inhibitoria dentro di Napoli grana cinque.

Item per ciascuna citatione cum inserto tenore supplicationis, fuora di Nap. grana dieci. Reseruato quando fosse tale citatione, che fosse più di due faccie.

Item per ciascuna procura, si piglierà per lo mastro d'atti, & annotata penes acta, grana cinque eccetto se andasse fuori della città di Napoli à pigliar detta procura, & vi si habbia maggior consideratione, secondo la distantia del luogo.

Item per ciascuna presentata di procuratorio, fatto fuori di Napoli, ò vero substitutione bisognasse, grana diece.

Item per la presentata di petitione contra supplicationem in principio litis, gran. diece.

Et che di repliche, & repliche che si facessero non debbia pigliare cosa alcuna, nisi vt supra.

Item per ciascuno decreto, che si farà relatione in Sacro Conseglio per lo commissario della causa, videlicet, exceptionibus ad merita reseruatis, ò vero oppositis non obstantibus procedatur, per ciascuno decreto grana diece al masto d' atti di detta causa, & altre grana diece al mastro d'atti del Secretario.

Item se occorresse, che si donasse decreto, stantibus exceptionibus allegatis per partem aduersam, in causa non procedatur, & che tale decreto fosse importante tarì due, & mezzo, & si fosse mediocre tarì vno.

Item per presentata d'articoli, & eccettioni, grana diece.

Item per ciascuna citatione di testimonij, tanto dentro, quanto fuori di Nap. grana cinque.

Item per ciascuna commissione, che si fà fuori di Nap. per essaminare, grana diece.

Item per essamine di ciascuno testimonio grana diece.

Fino al numero de vinti articoli seu eccettioni, verum dal detto numero in sù s'habbia da arbitrare più di dette gran. x.

Item per ciascuna giornata fuori di Napoli, che vacarà ad essaminare per lo mastro d'atti, seu scriuano tarì quattro, & mangiare, & bere, & dormire per se, & il cauallo, & si paghi l'alloghiero di quello, il mastro d'atti seu scriuano.

Item se occorresse, che per li mastri d'atti, seu scriuani si esaminassero in vn dì trenta testimonij, non si possa pigliare più di detti tarì quattro il dì, & le spese, vt sup.

Item per le copie delli processi, che si faranno, si habbiano da dare per ciascuna faccia di carta virgoli vinti, & parti quattro per ciascun virgolo, & quelle se habbiano da dare à ragione di diece carte à tarì, saluo se con le parti litiganti venissero ad altra conuentione, come più volte si suol fare.

Item per ciascuna cittatione, ad publicandum ad concludendum, & ad dicendum, & allegandum, tanto dentro, come fuori di Napoli.

Item per ciascuna presentata, tanto de instrumenti, quanto di Priuilegij, & altre cautele, quali se presentano con le copie s'habbiano da pigliare per lo mastro d' atti grana diece, & sia tenuto à quelle fare la presentata, & collatione.

Item che li mastri d' atti, seu scriuano non debbiano pigliare cosa alcuna da parte litigante, quando vanno à prouedere in casa delli commissarij, ne meno di repliche, & altri atti che si facessero.

Item per ciascuna sentencia, & decreto diffinitiuo, li mastri d'atti debbiano pigliare dal-

re dalle parti vittoriose, hoc modo, videlicet, da cinquanta docati in sessanta, tarì due, e mezzo, & da ducento in seicento, tarì sette, & mezo, & da detta somma fino a mille, & a qualsiuoglia somma ascendesse, non habbia a pigliare più di ducati tre, dando la copia di quelle alle parti vittoriose.

Eccettuando da dette sentenze, & decreti quando fossero di gran Baronie, contadi, & altri stati, delli quali si habbia ad hauere maggior cōsideratione per le parti vittoriose, Et etiam quando fossero di grā d'heredità opulente pecuniarie, ascendenti al numero de diecemillia docati, che se habbia ad arbitrare per lo sacro conseglio & suo presidente.

Item per ciascuno mandato di parentado, & pleggiaria in casu retractotionis, per ciascun d'essi grana diece.

Eccetto che se la pleggeria si pigliasse extra ciuitatem, si habbia ad hauer maggior consideratione.

Item che li mastri d'atti non debbiano pigliare niente perle presentate di essamine, che venissero di fuori, fatte per commission del commissario.

Item per ciascuna presentata di processo d'appellatione grana diece.

Non indiget summario.

1543. Idem Prag. 20. eod. L. VI.

EX prouisione facta per Sacrum Reg. Consilium, mandetur subscriptis, tā præsentibus hebdomadarijs actuarijs præfati Sacri Consilij, quam successiue futuris, sub pęna vnciarum quatuor, Regio fisco in casu contrarij applicanda, ac irremissibiliter ab vno quoque ipsorum exigenda, quatenus ex nunc in antea in ingressu Excellentis domini Præsidentis, & magnificorum Regiorum Consilia riorum ad aulas ipsius Sacri Consilij debeant personaliter in ipso Sacro Consilio assistere, ibidemque permanere, & eorum officium exercere, & cum eis, siue altero eorū, cum opus fuerit ibi reperiantur, alias &c.

Actuarij non accomodent Processus originales. h. d.

1548 Idem Prag. 55. eod. L. VII.

PEr Sacrum Regium Consilium ex causis eius mentem legitime mouentibus, fuit prouisum pariter, & decretum, quod actorum magistri eiusdem Sacri Consilij, nullatenus accommodare debeant processus originales partibus, seu Aduocatis, & Procuratoribus, sub pęna vnciarum quinquaginta Regio Fisco applicanda. Neap. die 20. mensis Aprilis. 1548.

Scribæ actitantes in S. C. non examinent testes. h.d.

1555. Idem Prag. 58. eod. L. VIII.

EX prouisione facta per Sacrum Reg. Consilium, mandetur Scribis actitātibus causas vertentes in eodem Sacr. Consilio, & in Bancis actorum magistrorum ipsius residentibus, præsentibus, & successiue futuris, sub pœna vnciarum auri 25. per quemlibet, Regio fisco in casu contrarij applicanda, ac priuationis eorum officiorum, quatenus minime audeant, nec præsumant examinare testes in causis quibuslibet in dicto Sacro Consilio vertentibus, etiam de voluntate ambarum partiū, nec etiam si fuerint examinatores, & scribæ ordinarij eiusdem Sacri Consilij, dummodo vacent in actitādis causis prædictis, alias procedetur contra eos ad exactionem dictæ pœnæ, & ad alia, prout iuris fuerit. Datum Neap. die 6. Iulij 1555. Hieronymus Seuerinus Præsidens & Viceprothonotarius.

In qualibet banca sint sex scribæ deputati per Præsidentem, alij non actitent, nec examinent, hoc dicit.

1555. Idem Prag. 59. eod. L. IX.

EX prouisione facta per Excellentem V. I. D. Dominum Hieronymum Seuerinum Sacri Regij Consilij Præsidentē, viceq; Protonotariū, &c. Mandetur actorum magistris ipsius Sacri Regij Consilij, inferius descriptis, sub pœna vnciarum auri quatuor, per quemlibet, fisco Regio in casu contrarij applicanda, quatenus ex nunc in antea minime retinere debeant penes ipsos & in eorum bancis vltra sex scribas pro quolibet ipsorum, nec actitari permittant causas dicti Sacri Consilij, nec in eis

in eis examinari per alios scribas, quam per ordinarios deputatos per dictum Excellentem Dominum Præsidentem ad actitandum, & examinandum, nec etiam per pueros. Insuperq; minime recipere habeant aliquos scribas, nisi prius fuerunt electi, & deputati per eundem Dominum Præsidentem, alias si contrafecerit, procedetur ad exactionem dictæ pœnę, & ad alia, prout iuris erit. Datum Neap. die 16. mensis Nouembris 1555. Hieronymus Seuerinus Præsidens & Viceprotonotarius.

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcala Proreg. Prag. 10 eod. proceden. tenor l. 1. supra eod. L. X.*

SEcretario; actuarijs, & porteriis Sacri Consilij præsentis Edicti obseruantia inuiolabilis sub pœnis hic annotatis indicitur, quod etiam decreto Sacri Consilij nouissime est renouatum, die 20. Iunij 1534. huiusmodi sub tenore videlicet.

Sequitur tenor l. 6. sup. eod.

Actuarij non seruiant per substitutos. h. d.

Idem Prag. 24. eod. L. XI.

IN Pragmatica autem edita per Cæs. Maiestatem in Oppido Mandritti 11. Nouembris 1539. extat Capitulum tenoris sequentis.

Sequitur tenor l. item mandamus quod habentes sup. de iud. R. in comm. & deinde.

Quod erit seruandum.

Per actuarios seruetur pandecta de qua supra eod. l. 5 hoc dicit.

Idem Prag. 25. eod. praeced. tenore l. 3. sup. eod. tit. L. XII.

PEr subscriptam pandectam decreto ipsius S.R.C. approbatam, declaratum est ius competens actuarijs, pro dictis sententijs, quam in hoc, & in alijs in ea contentis seruari præcipimus, & illius terminos in exactionibus minime excedi sub pæna in dictn decreto contenta, cuius decreti, & pādectę tenor est in modum, qui sequitur.

Tenor iste habetur sup. eod. l. 3.

Non indiget summario.

1593. *Philip. II. Rex Prag. II. de off. & qua eis probib. n. 4. L. XIII.*

POr que se hà entendido, que algunos de los criados del presidente del Sacro consejo han occupado ordinariamente muchas supplicas, de las que las partes solian dar por via d'appellacio, y tomado, y vsurpado para si los derechos de ellas en dāno de los porteros, y mastredactas, à qui en son diuidas, y pertienen. Mando al presidente del S. C. que da qui adelante ordene, que las dichas supplicas, y derechos de ellas, se den, y paguen enteramente à los dichos porteros, y mastredactas, con apercibimento, que se se le haze, que se en este fuere remisso, se proueerà como conuenga.

Capiatur informatio de vita, & moribus, & sufficientia Actuariorum S. C. antequam admictantur. hoc dicit.

Idem Ibid. n. 5. L. XIV.

POr ser l'officio de mastredacta de la confianza, y emportancia, que se sabe Mando, que antes de ser admetido qual quier mastredatta del S.C. all'exercitio de su officio, sea axaminado, y que la pragm. que dispone, que los mastredattas sian approbatos, se intenda precedendo examen de vita, & moribus, & sufficientia.

Actuarij & scribæ non accommodent processus fabricatos post diem 9. Ianuar. 1607. sed dent copiam authenticam, mediante salario taxato per R. Pragmatic. h. c.

1607. *S. R. C. Prag. 76. de off. S. R. C. L. XV.*

EX prouisione facta per S. R. C. Licet pluries diuersisq; temporibus, tam per R. Prag. & institutiones, quam per decreta, & prouisiones dicti S. R. C. & circumspectorum Præsideatium ipsius fuerit mandatum, & iniunctum actorum magistris, & scribis eiusdem S. R. C. quod nullatenus tradere debuissent originales processus causarum vestentium in d. S.C. partibus litigantibus, nec aduocatis, seu procuratoribus, aut alijs quibuscunque pro illis videndis, & percunctantis extra bācam sub formidabilibus pænis in ijs impositis. Rerum tamen magistra experientia docuit illorum rigidam obseruantiam ademisse quo-

quodammodo partibus defensionem, allegatibus propterea difficilem, imo impossibilem sibi ipsis præberi facultatem, & aduocatos consulendi, & Iudices instruendi de iuribus ipsarum. Et hinc etiam sumentibus causam multoties coloratam, impediendi causarum expeditionem, sub prætextu processus non integre percunctatis: & è contra neglectam eorundem obseruaniiam, cõniuentibus oculis permissam dedisse incentiuum, vt nonnulli integri processus sint deperditi, allij in partibus substantialibus lacerati, vel cassaturis deturpati, vel saltem per longum tempus occupati, ita vt opus fuerit nouos processus cõcompilari, in maximam litigantium iacturam, & detrimentum, aç non modicum auctoritatis ipsius S.C. ludibrium. Quadere per idem S.C. iniungitur, & mandatur omnibus, & singulis actorum magistris d. S. R. C. & eorum scribis, quod respectu quorumcumq; iudiciorum motorum à die nono præsentis mensis Ianuarij, & in futurum mouendorum in perpetuum, tam in prima instantia, siue sit causa principalis, siue liquidationis, quam in secunda instantia, siue sit reclamatio interposita, à sententijs & decretis per ipsum sacrum consilium latis, siue appellatio interposita à M. C. V. vel à quibusuis alijs Tribunalibus, processus originales, nullo modo amouere debeant, nec per momentum quidem à manibus ipsorum magistror. actorum sed illos semper penes se ipsosmet detinere promptos, & paratos, vt ad cuiusuis partis in stantiam asportari possint ad causæ commissarium, pro illorum faciliori expeditione, tam in incidentibus, quam in diffinitiuis, & loco ipsorum processuum originalium, teneantur tradere partibus litigantibus copiam authenticam singulorum actorum, seu scripturarum, & attestationum, prout in dies fieri contigerit, iusto salario mediante, seruata forma Regiarum prag. partesque ipsæ teneantur recipere copiam singulorum actorum, & scripturarum infra biduum post illarum pręsentationem & intimationem, ita vt quælibet pars valeat copiam ipsam penes se conseruare, illisq; ad sui libitum vti, tum pro consulendis aduocatis, quam pro iudicibus instruẽdis de iuribus ipsius. Et idem obseruare debeant quoad processus compilãdos, aut inchoatos ante predictum diem nonũ præsentis mensis Ianuar. quoad actus de nouo post dictum nonum diem Ianuarij factos, & faciendos, siue scripturas præsentatas, aut præsentandas, sub pæna vnciarum auri decem pro prima vice, pro secunda autem suspensionis ab officio per menses sex, incurrẽda per singulos prædictos actorum magistros, siue contrauentio fiat ab ipsismet magistris actorum, siue ab eorum scribis; vltra pænam vnciarum decem pro prima vice, pro secunda priuationis officij, ipsis scribis iniuncta,

Dat. Neap. die 24. Mensis prædicti Ian. 1607. D. Petrus de Vera Præsidens, & Vice prothonotarius.

De Porterijs, Executoribus, & seruientibus S. R. C. Tit. XII.

Hostia. S. C. deseruiãt per hebdomadas, nõ ingrediantur Audientiam nisi vocati: si aliquam scripturam deferre voluerint, pulsent cum baculo; accedant summo mane, & præparent locum Audientiæ, & peragenda per eos peragant. Exequutoriales, & decretorum litteræ inter eos distribuantur. h. d.

Ferdinand. I. Rex Prag. 27. de off. S. R. C. L. I.

HOstiarios, qui in Consilio deputati fuerint. per hebdomadas seruire iubemus, & vt eorum, qui seruient, quoties hebdomadarij fuerint, notitia habeatur, singulis Secretario hebdomadis suorum schedulam nominum à seruientibus dari volumus. Neque eos secretam in Audientiam, quando ibidem ad causas expediendas cõsident Consiliarij, nisi vocatos ingredi permittimus, quod si schedulas, aut mandata aliqua ad Præsidenrem, Consiliariosue deferre voluerint, priusquam ingrediantur baculo, siue Audientiæ ianuam pulsandam esse sciant, nec tamen nisi vocati fuerint, ipsis ad Pręsidentem, Cõsiliariosue aditum patere, volumus. Eosdem quoque, sua quorumlibet in hebdomada, mane, Consiliariorum ante aduentum, in Consilium venire, locumque Audientiæ præparare, Et quæ pro tempore agenda fuerintr curare, mandamus, contumacibus priuationis officij,

ficij,& aliam Sacri arbitrio concilij penam constituimus.

Exequutoriales sententiarũ nostri consilij, decretorumq; literas inter hostiarios in consilio arbitrio Præsidentis, vt quilibet suam ratã assequatur, distribui mandamus.

Hostiarij S. C. accedentes extra ciuitatem ad exequendum, habeant carolenos quatuor, & expensas pro qualibet dieta. h.d.

Idem Prag. 28. eod. L. II.

HOstiarijs Sacri consilij nostri quoties extra ciuitatem ad aliquod exequendum mittentur, cum victus expensis carolenorum quatuor salarium decernimus.

Taxatur salarium exequutorum. h.d.

1536 *S. R. C. Prag. eod. L. III.*

EX causis mentem sacri consilij iuste mouentibus prouisum est, quod ex nunc in antea exequutoribus sententiarũ, & decretorum prædicti sacri consilij, siue sint porterij, siue scribæ, seu quæcunque personæ soluatur salarium consuetum solui regijs porterijs ipsius sacri consilij, videlicet, carolenorũ quinque cum expensis tantum, & minus si pro minori pretio partes se concordare poterunt, verum si erit exequutio facienda talis quod requirat scientiam, & industriam personæ, tunc solui possit salarium per regiam pragmaticã taxatum, videlicet carolenorum octo cum expensis. Quod salarium debeat esse ipsius executoris, nec in eo habere debeat partem actorum magister. Et vltra dictum salarium non possit exigi, nec recipi à volentibus, sub pæna priuationis officij contrafacientibus, & alia arbitrio eiusdem sacri consilij reseruata.

Porterij sint duodecim. & inter eos seruetur æqualitas. h.d.

1550. *Dux de Altala Prorex Prag. 27. eod. L. IV.*

AEqualitatem omnino pro posse seruandam esse inter prædictos hostiarios, tam circa labores, quam circa gagia & emolumenta, præcipiendo prouidendum est, quam modo actuariorum, & scribarum ipsius sacri concilij abusu non ferendo male seruatam audimus, iniungimus propterea ipsius sacri regij consilij præsidenti, & consiliarijs, quod super hoc de opportuno prouideant remedio, & prædictorum fraudibus occurrant hostiariorum prædictorum numerus, prout nunc est duodenarius ita de cætero obseruetur vt supra hunc numerum alius pacto aliquo non admittatur.

Seruetur l. 3. sup. eod. h. d.

Idem Prag. 28. de off. S. R. C. praesident. tenore l. 2. sup. eod. L. V.

FVit super hoc latum decretum per sacrum consilium, die 22. Nouembris, 1537. serie subsequenti.

Sequitur tenor l. 3. sup. eod. & deinde.

Quod temporum qualitate attenta seruandum est.

De septem Officialibus Regni in comm. Tit. XIII.

Non indiget summario.

1442. *Alphons. I. Rex inter Priuileg. Neap. fol. 8. L. I.*



ITem che siano confirmati li priuilegij delli sette officij collaterali, & delle prouisioni concesse per la detta maestà, cui quidem capitulo statim per dictam regiam maiestatem responsum, & decretum extitit pro vt sequitur.

Regia Maiestas confirmat huiusmodi priuilegia quo ad ipsa collateralia officia, pro quibus prouidebit, anno quolibet satisfieri dictis officialibus ex iuribus cameræ pro eorum gagijs, vti melius fieri decet, atq; debet priuilegia vero concessionũ factarum de iuribus redditibus, & introitibus secretarium gabellarum, tractarũ, & aliarũ fiscaliũ functionum regia maiestas penes se reseruat vt sibi videbitur prouidendi.

Non indiget summario.

1496. *Federicus Rex inter Priuileg. Neap. fol. 24. L. II.*

Item

ITem supplicano la Maestà vostra, atteso, che principalmente la giustitia del regno se deue gouernare, administrare, & essequire, per li sette officiali del regno, che la maestà Vostra se degni a quelli elegere huomini idonei, & sufficienti alli officij predetti, li quali habbiano a seruire, & exercitare detti officij in Napoli, & doue bisognarà personalmente, & non per sustituti, se non quando fosse alcuno caso necessario, & all'hora li sustituti debbiano essere huomini experti, idonei, & sufficienti, & quelli habbiano ad exercitare, con tutte prerogatiue, dignità, preeminentie, & altre cose pertinenti alli detti officij.

Placet Regiæ M.

Non indiget summario.

1554. *Carol V Imper. inter priuil. Neap. fol. 156 cap. 27.* L. III.

SE supplica ancora humilmente à vostra Cesarea maestà, che se degni, per sua clemenza, & singolar gratia, prouedere à regnicoli, & naturali da qua auante de tutti li sette officij del regno. Placet Cæsareæ, & Catholicæ maiestati excepto officio magni cancellarij, quod de præsenti vacat, quam prouisionem pro hac vice dumtaxat reseruat ad suum arbitrium.

De Mag. Iustitiario M. C. V. Regente, & official. in ead. in com. Tit. XIV.

Curiæ Magistri iustit. ordinatur iustitia h. d.

Federicus Imper. Const. lib. 1. tit. de off. Mag. Iust. L. I.

NIhil veterum principum auctoritati subtrahimus si iuxta nouorum temporum qualitatem, de nostro gremio noua iura producimus, & nouis abusibus noua remedia reperimus. Habet enim istud ex officij necessitate præcipuum imperialis excellentiæ dignitas, vt, si per rerum mutationes, & temporum, ad eradicanda vitia, plantandasque virtutes, non videntur hominibus vetera iura sufficere. Noua quotidie reperire consilia, per quæ virtuosi ditentur præmijs, & vitiosi continuis pœnarum malleis contineantur. Considerantibus igitur nobis, ad laudabilem hominum regni vitam, statuta prædecessorum nostrorum Regum, & principum, quamdam ex longæua guerrarum turbatione, quodammodo contraxisse rubiginem, dum vti pacifice statutis eisdem homines nequiuerint in parte etiam. Vt igitur, saluo prædecessorum nostrorum pudore loquamur, propter sequentium temporum noua discrimina, statutis ipsorum defectu non modico laborantibus, statim post nostri receptum imperij dyadema necessaria, nec minus continua nos oportuit cogitare remedia, per quæ possemus veterum statutorum rubiginem, prouisionis nostræ lima depellere, & consilij plenitudine supplere defectum, sicque nuperrime diebus istis, dum ab expeditione ligurum ad regnum nostrum Siciliæ quietem veniremus assumere, licet breue, istius etiam modici temporis spacium dare nolumus ad requiem, quin etiam præterita, nitemur absentiæ nostræ tempore, dispendia commissa corrigere, & in futurum de statu pacifico nostrorum fidelium cogitare, & vt secundum ordinem singula tractaremus, curię nostræ prouidemus ordinare iustitiam a qua velut à fonte riuuli, per regnum vndique norma iustitiæ deriuetur.

Magister Iust. moretur in curia Regis, & cum eo assideant iudices quatuor.

Habeat iurisdictionem, & authoritatem hic expressam. Eius forum possit eligi per personas miserabiles præstito iuramento perrhorrescentiæ. Si denegetur aut retardetur iustitia, recurratur gradatim ad superiores, & non immediate ad M. Iust. qui gradatim aditus prouideat, vt hic h. d.

Idem ibid. L. II.

STatuimus, vt magnæ curiæ nostræ magister iusticiarius nobiscum in curia cōmoretur, cui quatuor iudices volumus assidere. Et Magister iusticiarius curiæ nostræ supradictus de crimine lesæ maiestatis nostræ.

Et de feudis quaternatis, & de quota

parte ipsorum feudorum. Et de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum nostrorum ad nostram curiam interiectis. Et de quæstionibus nostrorum curialium; qui immediate nobis assistunt, de speciali conscientia nostra in curia nostra commorantium de curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere nec non, & miserabilium personarum, quarum est priuilegium forum eligere, corporali præstito sacramento; quod aduersariorum suorum forte potentiam perhorrescunt; causas audiat, & iustitia mediante decidat. Consultationes inferiorum iudicum pro sua iurisdictione recipiat, de iure consulentibus responsurus. In alijs autem nulli liceat aduersarium suum in nostra curia euocare. Sed apud ciuiles, & criminales iudices prout eorum quilibet de causa cognoscere ex officio suo potest, aduersarios suos citādi licētia cōcedatur. Hoc addito, quod de crim. le. ma. nostræ apud iusticiarios regionū, si hoc accusator elegerit, causas audiri volumus & decidi. Aduenientibus etiā ad curiam nostram pro quęrenda iustitia, seu literis impetrandis, primum inquiri præcipimus, si ad ciuiles iudices in ciuilibus causis, vel de maioribus ad maiores, primum recursum habuerunt. Quod si forte negauerint, ad ipsos cum rubore & expensarum factarum dispendio, sine litteris remitti iubemus. Cæterum si per eos denegatam, aut detractam fore sibi iusticiam sibi præstito sacramento affirmauerint, nomine supplicantis, & iudicis, cum adiectione dicti rescripti cōcessi in memoratis actis, quæ super his specialiter fieri mandauimus, annotato, tandem infrascripta forma litteras obtinebunt. Quæ talis est. Talis iuratus ad te remittitur, quod de super interclusio negocio, à te petita iustitia nequiuit obtinere, expediendus infra statuti temporis spacium per nouas nostræ munificentiæ sanctiones. Is autem, ad quem huiusmodi litterę transmittuntur, omnes quot quot in forma præscripta officio suo durante acceperit, ab administratione remotus, infra mensem continuum curiæ nostræ iudicibus, apud quos gesta de talibus residebunt, priusquam ad alterius ratiocinij calculum admittatur, per se, non per procuratorem, præsentare debebit, redditurus de quolibet examine iudicij rationem, vt quilibet, vel de negligentia redargutus pęnam legitimam, quam non formidauit, accipiat, & de diligentia comprobetur in pręsentia aduersariorum, vel contumaciter fugitiuorum, qui per successorem suum, ad instantem requisitionē ipsius, peremptorie citari debebunt, cum ipso nostrę curiæ se debeant præsentare, & periurij pœnam, probabili ratione, refundant. Sane si postquam inferiorum iudicum quæstionem, ad se fortem delatam ad iurisdictionem suam dubitat probabiliter pertinere, dubitationis suæ causam, literis suis, non per partes ad curiam transmittendo, sed certum infra quem responsionem expectet partibus terminum pręfigendo, curiæ nostræ secure rescribat, iuri, & qualitati negocij à nostra curia responsum idoneum recepturus,

Mag. Iustit. sit speculum alijs Iudic. habeat tres præeminentias hic expressas. h. d.

Item Const. lib. 1. titi. vt post renunt. infra de- ... tum dict. L. III.

MAgnæ curiæ nostræ magistrum iustitiarium, velut iustitiæ speculum, in cognitionum nostrarum iudicijs collocatum, non magis magisterij nomine iustitiarium cæteris præfici volumus, quam exemplo. Vt in ipso cæteri gradus inferiores aspiciant, quod in se ipsos obseruent. Quædam tamen eius in tantum specialiter sunt annexa iudicio, vt de eis absq; delegatione nostri numinis specialius, cognoscere non præsumant. De comitantibus videlicet Baronijs, Ciuitatibus, Castris, & magnis feudis quæ in quaternionibus dohanæ nostræ baronum inueniuntur in scriptis. Curialium etiam questiones, qui à curia nostra discedere sine mādato nostro, vel ordinariorum nostrorum, pro velle nō possunt, Qui tamen immediate nobis, vel officialibus nostris, non pro ipsorū seruitijs sed pro nostris assistunt, in aliquo forsan ab eis officio constituti, siue agant, siue conueniantur, magistri iustitiarij examinent & decidant, qui etiam prærogatiua speciali laetentur, vt illuc aduersarios suos in ciuilibus,

bus, & criminalibus causis valeant euocare. Appellationes, & consultationes inferiorum iudicium, seu etiam delegatorum à nobis, quæ ad nostri culminis audientiam deferuntur, dum nobiscum in nostra curia commorātur, pro iurisditione sua suscipiāt audiendas, & fine debito terminandas.

Ponitur quarta præminentia M. Iustit.

Idem Const. lib. 1. tit. de ead. M. Iust. L. IIII

HOnorem debitum, atque præcipuum nostræ curiæ reseruantes, edicimus, vt si quando, etiam prædictus magister iustit. ciuitatem aliquam vel locum intrauerit, quousq; in eodem loco magister iustit. ipse, vna cum iudicibus nostris, curiam nostram tenuerit, iustitiarij regionum, qui illic inuenti fuerint, silere debebunt, vt potè minori lumine per luminare maius superueniens, obscurato.

Mag. Iust. etiam Rege inconsulto, prouideat de iustitia super iniustitijs Iudicum inferiorum. h. d.

Idem Const. lib 1. tit. Vt Mag. Iust. poss. euad. oppress. L. V.

MAgister iustitiarius iniunctiones oppressiones, & concussiones, inferiorum omnium iudicum destitutiones, etiam sine speciali mandato nostro, pro curia nostra factas. faciat emendare, & possessiones restitui destituto, nobis etiam inconsultis, captiuos, etiā nobis non mandantibus, vel inconsultis, per iustitiarios, vel per alios captos, & iniuste detentos faciat liberari.

Mag. Iustit. diffiniat causas motas contra Fiscum corā Magistris Iustitiarijs in Regno, seu Capitaneis in imperio super debitis, mobilibus, & modicis immobilibus, super alijs consulat Regem. h. d.

Idem ibid. L. VI.

CAusas per magistros iustitiarios, camerarios in regno, vel per capitaneos in imperio, coram eis contra fiscum motas, & ad curia terminandas delatas super debitis, & rebus mobilibus, suo iure, diffiniat. Item de modicis immobilibus, sicut de domo vna, & vinea vna, quæ non sunt magni precij. Super alijs autem conscientiam nostrā, quam citius poterit per se vel per vnum ex iudicibus consultabit.

Hoc autem specialiter super curiæ debitis obseruato quod non tantum per instrumenta confessionum, sed per testes qui naturali numerationi interfuerint de debito probetur, nisi iudex, & notarius, & testes in instrumento subscripti (non de cōfessione tamen) sed quod ipsi interfuerint numerationi testetur.

Magister Iust. & Iustitiarij iurent vt hic.

Idem Const. lib. 1. tit. de præst. Sacram. à M. Iust. L. VII.

INter cætera capitula, quæ in sacramēto præstando à magistro iustitiario, seu iustitiarijs, cum administrationē suscipiūt, continentur, hoc specialiter, & expressius volumus contineri, vt Deum, & iustitiam habendo præ oculis, vnicuique conquerenti iustitiam faciant sine fraude, & quam citius pòterunt litigantes expedire curabūt.

Magister Iustit. Iustitiarij, Iudices, & Actuarij, non cogant ad redimendum sententias suis sint contenti salarijs. h. d.

Carol. II. Vicar. Reg. cap. 122. L. VIII.

ITem statuimus, quod, siue in magna curia, siue coram iustitiarijs regionum, aliqui criminaliter accusentur, vel in personalibus, vel realibus, ciuiliter impetantur, si sententias pro illis ferri contigerit, eas redimere non cogantur, nec aliquid nomine compositionis, pro parte curiæ, neque pro subscriptionibus, vel scripturis sententiarum à magistro iustitiario, iustitiarijs, iudicibus, seu actorum notarijs exigatur; cum iustitia aliquo modo vendi non debeat: & idem magister iustitiarius, iustitiarius, iudices, atq; notarij, suis salarijs debeant esse contenti.

Magister Iust. & Iudices temporib. hic statutis moreantur in Prouincijs; & per eas discurrant, iustitiā ministrent, excessus inferiorum iudicum corrigant & denuntient Reg. h. d.

Carol. II. Rex cap. 184. L. IX.

INsuper ad fidelium eorūdem statum melius, & vtilius ordinandum, præsenti nostra, in perpetuum valitura, constitutione

ne sancimus, quod magister iustitiarius, & iudices magnę curię, sex hebdomadarum spatio, anno quolibet, in qualibet subscriptarum regni prouinciarum, per nos denuo distinctarum: videlicet in toto Aprutio, per se; In terra laboris, & principatus per se; In Capitanata, & Basilicata per se; In terra Bari, & terra Ydrunti per se; pro iustitia ministranda morentur: prouinciam discurrendo, ac inquirendo, & corrigendo iusticiariorum, & cæterorum officialiũ, ac quorumlibet aliorum excessus. Et si iusticiarios, vel officiales eosdem viderint amouendos, id statim nobis, vel locum nostrum tenenti distinguendo particulariter omnia, quæ inuenerint contra illos, scribere non omittat.

Magistri iust. potestas preæminentia, & munus hic ponitur.

Idem Nicolao de Ianuilla Reg Iust. cap. 258. L. X.

DE statu nostrorum fidelium prouehendo in melius, mentanea cura soliciti. Ecce capitula, de ipsius administratione officij, quæ condependent à commissione de dicto officio tibi facta, in scriptis redacta tibi serie, sub pendenti sigillo nostro transmittimus: quæ tempore tui regiminis serues, & facias ab alijs obseruari. In primis cognosces de omnibus violentijs iniurijs, grauaminibus, atque criminibus, de quibus maiestas nostra, vel Robertus primogenitus noster Dux Calabriæ, atque Vicarius noster generalis, posset adiri. Nec non de omnibus defensis, iustè, vel iniuste impositis, etiam de pænis legalibus, atque alijs, quæ per priuatos quoscunque clericos, vel laicos nostro nomine imponentur, & contemptæ fuerint, & pręcipue pro violentijs, iniurijs, & grauaminibus illatis, & inferendis per comites, aut barones, vel alios quoslibet vassallis, vel vicinis eorũ, aut per alijs officiales nostros, vel quosuis alios subiectis nostris, vel alijs quibuscumque. Ita tamen, quod officialis merum habens imperium, durante officio, nec de causa ciuili, nec de criminali, nisi de speciali nostro mandato, euocari per te valeat, vel etiam coherceri. Item cognosces de omnibus causis ciuilibus, excedentibus summam illam, vsque ad quam ipsarum causarum cognitio ad baiulos, & pedaneos terrarum iudices, seu speciales dominos eorundem, spectare dignoscitur: Nam de causis ad præmissorum cognitionem spectantibus, te nullatenus intromittas, nisi prædicti iudices, & alij celerem iustitiam ministrare differrẽt, quo casu, si ad mandatum tuum prędicti iudices, infra competentem terminum pro causarum, & personarum qualitate, statuendum per te conquerentibus expeditam iustitiam facere retardabunt, earundem causarum, seu quæstionum cognitio, quarum decisionem, vt præmittitur prælibati iudices dolo, vel negligentia distulerint, ad te libere deuoluatur.

Item in dictis causis ciuilibus, in quibus appareant instrumenta legitima, quæ non sint abrasa, sed in proprij sui figura, omni vitio, & suspitione carentia, summarie, & de plano procedas. De causis vero feudorum, & quorumcunque bonorum stabilium ad magistrum iusticiarium regni, & iusticiarios regionum, secundum distinctos ordines, pertinere noscuntur, te nisi per viam appellationis, vt subditur, nullatenus intromittas. Item habebis sub cura, & protectione tua, ecclesias, & personas ecclesiasticas, pupillos orphanos, & viduas, omnesque miserabiles personas, & eas ab omnibus indebitis grauaminibus, & molestijs per conuenientia remedia protegas & defendas, possisque si oppressio, vel grauamen contingat, criminis causam exinde inquirere, per te, vel alium ex officio, vel per specialem inquisitionem etiã contra speciales personas, sicut, & nos possemus in hoc casu specialem inquisitionem committere, constitutionis regni non obstante rigore, ac pęnam debitam secundum iustitiam irrogare, si vero ex ipsa oppresione, vel grauamine ciuilis causa tangatur, in predictis specialibus causis procedes, & procedi facias summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ordine iudiciario prætermisso. In alijs autẽ causis, & cognitionibus ad te pertinentibus cum recto iure, & iudicij ordine iustitiam obseruabis. Permittimus insuper tibi

tibi, quod de causis ciuilibus defensarum; seu quarumcunque pænarum, in eadem curia agitandis, in dubio, si partes petierint, possis cum partibus ipsis, dum tamen non excedat summam xx. vnciarum, componere cum consilio iudicum personarum conditione pensata. Præterea vassallis quærelam exponentibus, de grauaminibus eis illatis, per dominos eorundem, possis per te, vel alium idoneum, quem ad id elegeris, inquisitionem inde ex officio facere speciali constitutione, vel lege aliqua minime obsistente. Item audias causas oẽs appellationum, interiectarumã sẽtentijs ferendis in curia magistri iustitiarij easque secundum iustitiam examines, & decidas. Hoc vero capitulum tunc locum habebit cum de causis eisdem in curia dicti magistri iustic. principaliter cognitum fuerit, vbi autem non pricipaliter ipsæ in curia dicti magistri iust. fuerint ventilatæ, sed per appellationis remedium ab inferioribus iudicibus, ad eandem curiam deuolutæ, tunc si à sententia lata in præfata curia magistri iustic. appellari cõtingat, causa appellationis eiusdem, coram iudice appellationum nostræ curiæ, ventiletur, & suo marte discurrat: vt coram dicto appellationum iudice, statutus à iure ad appellandum dierum numerus, debitum finem recipiat. A sententijs vero latis in curia nostra, penes te statuta, super causis per appellationem, à curia magistri iusticiar. deuolutis, ad appellationum iudicem recurratur. Et versa vice possit appellari ad magist. iustic. à sententijs latis in dicta curia nostra, & deinde appelletur ad iudicem appellationum. In præmissis omnibus reseruamus nobis potestatem addendi, minuendi, & corrigendi, prout, & quando videbitur nob. expedire. Et infra.

MAndamus igitur vobis, vt prædicta capitula, iuxta dicti domini dantis nostri iussum, eorumque seriem in dicta curia magna, vsque ad ipsum paternum beneplacitum, tenaciter obseruetis. Quod si vos omnes iudices non fueritis in his, quibus ex vigore prædictorum capitulorũ, in dicta magna curia procedi contingет, interdum forte præsentes: illi ex vobis, qui præsentes fuerint, etiam si vnus, vel plures vestrum in illis procedere ceperint, procedant in eis aliorum, vel alterius absentia non obstante.

Obseruetur lex præcedens ad beneplacitũ Regis. h. d.

Robertus Rex ibidem. L. XI.

INiunxit nobis inter alia Reuerendus dominus, & genitor noster carissimus, per quasdam literas suas, vt capitula regulantia, & destinguentia regimen curiæ suæ, cui preerat dominus Theobaldus de Malobuffone, balistariorum regni magister, & prouisor castrorum, quem idem dominus genitor noster cassauit, illa originalia s. missa pridem domino Nicolao de Iamuilla, qui tunc curiam regebat eandem sub sigillo mitteremus vobis in scriptis: & ea per vos, vsque ad prędicti genitoris nostri beneplacitum, seruari tenaciter faceremus. Verum quia prout prędictus dominus Theobaldus asserit originalia ipsa capitula haberi nequeunt, eo quod illa dictus dominus Nicolaus de Iamuilla sibi retinẽs, apud acta ipsius Curiæ minime assignauit eadẽ licet in actis ipsis redacta fuerint. Ecce capitula eadẽ ex prędictis actis sumpta de verbo ad verbum, præsentibus inserta vobis duximus transmittenda. Quorum capitulorum tenor per omnia talis est. *Sequitur tenor l. præced.*

Officiales M. C. V. statuuntur. Pręcipitur quod seruiant personaliter. h. d.

Rit. 2. L. XIV.

IN primis, quia vbi ordo deest, firmum, rectumque rerum firmamentum; nihil super ædificari potest neque enim vniuersitas aliqua vlla potest ratione substentari, nisi huiusmodi magnus, causa doctrinæ ordo seruetur, quia non quæque creatura in vna eadẽq; qualitate gubernari, vel viuere potest, vt cælestium militiarum exempla nos instruunt, quia sunt angeli, & sunt archangeli, licet non æquales sint, sed in potestate, & ordine differunt alter ab altero. Sicq; vt in prædictis nostris magnę, & vicarię curijs, & qualibet ipsarum, certus debitusque numerus officialium reducatur ad debitum numerum infrascriptum, videlicet quod iudices

dices debeant esse ad minus tres, tresque alij magistri actorũ sex subactarij duo Fiscales, vnus ærarius, vnus aduocatus fisci & procurator fisci, vnusque aduocatus pauperum, & vnus ipsorum procurator, vnus comestabulus vnus carcerarius, vnus tubicta, & vnus contumaciarum accusator, & omnes debeant seruire personaliter & non per substitutum, & quod omnia dicta officia sint ad beneplacitum reginale Cum vero hodie in dictis curijs plures vltra dictum uumerum existant, volumus, quod omnes prædicti existẽtes præsentialiter officiales in illorũ exercitijs remaneãt. Ita tamen quod quilibet ipsorum vnum tantum officium personaliter exerceat. Declarantes, ꝙ decedẽtibus, seu cedẽtibus ex eis nullus alius possit in eorũ locũ subrogari, vsquequo perueniatur ad supradictũ numerum designatum. Verum volumus, quod prædictis nunc existentibus omnibus officialibus soluantur gagia rata, ad rationem gagiorum soluendorum officialibus, iuxta supradictum numerum tantummodo, & non vltra.

Officiales M. C. V. seruent secretum, non notificent capturam de aliquo faciendam h. d.

Rit. 3. L. XIII.

ITem quod omnes officiales curiæ prædictæ teneãtur in secreto secreta ipsius curiæ tenere, & nemini pandere, & quod quando aliquis bannitur, & condemnatur in ipsa curia, aut locumtenens vellet aliquem capi de persona facere, nemini debeant notificare, & notificari facere per se, seu per interpositam personam.

Officiales M. C. aliorum Officialium excessus notificent. h. d.

Rit. 4. L. XIV.

ITem quod, si aliquis officialis dictæ curiæ sciuerit, aliquem officialem aliqua enormia, & minus debita committere tangentia honorem, & licitum commodũ dictæ curiæ, teneatur ipse reuelare, præter, & vltra penas inferius annotatas, incidat in penam, ac si ipsemet talia commisisset, & procurasset.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 5. L. XV.

ITem quod omnes officiales pro posse teneantur facere omnia, quæ tendunt ad honorem, statum, & licitum commodum ipsius curiæ, & officialium eius.

Nullus Officialis M. C. discedat à Ciuitate sine licentia M. Iustitiarij, vel Locumtenentis, & quilibet seruiat personaliter. h. d.

Rit. 7. L. XVI.

ITem quod nullus officialis debeat recedere de dicta ciuitate Neap. & extra ipsam ciuitatem se personaliter conferre, nec infra regnum, nec extra regnum, sine expressa licentia locumtenentis petita, & obtenta prius ab eodem locumtenente, seu magist. iust. si personaliter eo tempore resideret in prædicta ciuitate.

Item quod in dicta Curia Nullus Officialis possit per substitutum suum seruire, sed debeat personaliter suum officium exercere.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 8. L. XVII.

ITem quod nullus officialis ipsius curiæ possit in eadem M. Cur. exercere duo officia, sed vno tantum debeat esse contentus.

Distribuantur quolibet mense prouentus inter Officiales M. C. vt infra. h. d.

Rit. 9. L. XVIII.

ITem quod locumtenens, iudices, magistri actorum, & Aerarius teneãtur quolibet mense in fine ipsius mensis facere diuisionem de pecunia prouẽtuum inter officiales dictæ curiæ, & dare, seu dari mandare, & solui vnicuique ratam sibi contingentem, prout antiquitus in ipsa curia facere consuetum, & obseruatum extitit.

Officiales M. C. semel in hebdomada perquirant omnia acta Curiæ, & Fiscalia, & procurent expeditionem, & exequtionem fieri. h. d.

Rit. 10. L. XIX.

ITem quod locumtenens, Iudices, Aerarius, Mag. actor. Aduocatus fisci, & alij

alij fiscales teneantur semel ad minus in hebdomada requirere omnia acta curię,& processus, & acta fiscalia, & dare expeditionem litibus, & mandare fieri exequutiones secundum antiquum ritum, & obseruantiam curiæ prædictæ.

Officiales M.C.non suscipiant Aduocationes,& Procurationes, exceptis Aduocatis Fisci, & pauperum. h. d.

Rit. 11. L. XX.

ITem quod nullus officialis dictæ curiæ audeat causas, quæ vertuntur in dicta curia, procurare, seu procurationes, aut aduocationes suscipere in dicta curia, in quacunque ciuili, vel criminali causa quæ in ipsa curia agitatur, exceptis dumtaxat Aduocatis fisci, & pauperum, qui possunt secundum formam superius expressam.

Officiales M.C.sint cōgregati hora decimanona.h.d.

Rit. 12. L. XXI.

ITem quod de pulsatione campanæ fienda in decima octaua hora in S.Laurentio, & quod Iudices, & officiales ipsius curiæ sint simul congregati in hora decima nona.

M. C. est competens Iudex,etiam in causis Baronum, Titulatorum non obstantibus quibuscunq; aduersantibus. h.d.

Rit. 46. L. XXII.

ITem in primis cum non humanæ constitutioni,sed diuinæ potius inhæreates, & in lege diuina scriptum nouerimus. Ita magnum iudicabis, vt paruum, nec erit apud te acceptio personarum, tenore nostrarum constitutionum, & ædictorum, & de certa nostra scientia, motumque proporio,& cum matura nostri consilij deliberatione. Iubemus decernimus, volumus, & mandamus, quod omnes principes,duces, comites, & barones, & alij subditi huius nostri regni,cuiuscunque status,gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, ac etiam vniuersitates terrarum, ciuitatum, castrorum, & locorum quoruncunque huius regni nostri, ac homines singulares ipsarum, quos subditos, personas, ciuitates, terras, castra, & loca præsentibus pro expressis & specifice,ac singulariter declaratis haberi volumus, mandamus, & decernimus, possint, & valeant, conueniri, trahi, & euocari à quibuscunque ipsos & quemlibet ipsorum & ipsarum, conuenire, citare, trahere, & euocare volētibus in prædictis nostris magnę, & vicariæ curijs, & qualibet ipsarum, & etiam quod prædictæ nostræ curiæ, & quelibet earum, possint contra tales prænominatos, procedere, siue per accusationem, siue per denunciationem, & inquisitionem, & ex officio, prout alias à iure, & regni constitutionibus, & capitulis declaratur, & permittitur, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & indultis, prædictis vniuersitatibus, hominibus, & alicui ipsorum, & ipsarum, de non trahendis, & conueniendis eisdem in dictis curijs concessis, siue per clarę memoriæ dominum Regem Carolum tertium, & dominam Reginam Margheritam reuerendissimos parentes, & dominum Regem Ladislaum reuerendissimū fratrem,& nostram, celsitudinem, siue per quosuis alios illustres regni nostri prædecessores quocunque prætextu, etiam pro statu republicę, & motu proprio, & considerationibus alijs quibuscunque concessis,cum quibusuis clausulis derogatorijs, etiam si de illis, vel aliqua ipsarum esset hic de verbo ad verbum expressa mentio, & notitia facienda seu totius illorum, & illarum tenor pręsentibus inserendus. Quę priuilegia, & indulta, & ipsorum tenores de dicta certa nostra scientia, & proprio nostro motu,ac plenitudine nostræ dominicæ potestatis,cū dicti nostri consilij deliberatione totaliter reuocamus, ac anullamus, cassamus, & tolli mus, viribusque, & efficacia vacuamus, ac nullius esse roboris, decernimus, vel vigoris. Exceptis dumtaxat familiaribus nostris, & commensalibus, domesticis, & actu seruientibus, qui in eisdem curijs nequeant citari,cogi compelli, aut quomodolibet euocari.

Non indiget summario.

Rit. 47. & 56. L. XXIII.

ITem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint de guerra mota priuato carcere, & omni-

bus alijs pęnis fiscalibus. Nullus vero deferens de prædictis admittatur, nisi curiæ ad certam pænam se obliget de probando, & prosequendo. Et idem vbicunque aliquod fiscale eisdem curijs nuncietur, conuentio tamen istius pęnę haberi debeat cũ Aduocato, & Procuratore fisci.

M.C.V. cognoscit de causis ciuilibus & criminalibus, etiam postquam recedit a loco, vbi ea reperitur cæteri iudices silent. h. d. cum l. sequent.

Rit. 48. *L.* XXIV.

ITem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum, dum sunt extra ciuitatem Neap. cognoscant ibi de causis ciuilibus, & criminalibus, quandocumque & vbicumque commissis (si causa ipsa incipiat per litis contestationem, & non aliter) Etiam si curiæ inde recedant, antequam causa ipsa terminatur; & dum est in loco ciuiles, & criminales taceant, & non reddatur ius, nisi per curiam hoc eis permittatur. Idem antiquitus.

Rit. 59. *L.* XXV.

ITem curia ipsa, dum est in loco, cognoscit, & pronunciat ibi de causis ciuilibus, & criminalibus, quandocunq; commisis (si dum est in loco causa in curia ipsa incipit per contestationem, & non aliter) etiam si curia inde recedit, antequã causa in eadem curia terminetur. Dum est in loco, & ciuiles & criminales tacent, & non reddunt ius, nisi per ipsam curiam permittatur eis.

M. C. V. cognoscit de excessibus officialium, si delinquerunt in officio, & nõ aliter, h. d. cum duab. seq.

Rit. 49. *L.* XXVI.

ITem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum cognoscant de excessibus officialium aliorum delinquentium in eorum officijs, ea exercendo, & non aliter.

Rit. 51. *L.* XXVII.

ITem quod dictæ curiæ, & quælibet ipsarum cognoscant de excessibus officialium, si deliquerint in officijs eorum ea exercendo, & non aliter.

Rit. 61. *L.* XXVIII.

ITem curia ipsa cognoscit de excessibus officialium, si delinquant in officijs, ea exercendo, & non aliter.

M. C. V. cognoscit de feudo, & quota parte feudi, etiam trascendente tripundium, non tamen de feudo non quaternato, neq; de re singulari. h. d. cũ l. seq.

Rit. 50. *L.* XXIX.

Item quod curiæ ipsæ, & quęlibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint tam de toto feudo, quam de quacumque particula castri, vel alterius feudi quaternati, quota etiam transeunte tripondium de feudis vero non quaternatis, vel singulari re feudi quaternati, curia ipsa etiã ex priuilegio non cognoscit.

Rit. 60. *L.* XXX.

ITem curia cognoscit de quacunq; particula castri, & vel alterius feudi quaternati, dummodo agatur de quota, etiam transeunte ad tripondium: de feudo vero non quaternato, vel singulari re feudi quaternati curia ipsa, etiam ex priuilegio non cognoscit.

M. C. V. cognoscit de appellationibus, & nullitatibus processuum Iudicum inferiorum, etiam à Prelatis deputatorũ, & subiectorum R. iurisdictioni. h. d. cum l. seq.

Rit. 52. *L.* XXXI.

ITem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint, de appellationibus, & nullitatibus omnium processuum inferiorum iudicum immediatę, & etiam si inferiores ipsi iudices fuerint officiales Prælatorum in terris Ecclesiarum dum tamen terræ ipsæ teneantur in feudum à curia, vel alio domino temporali.

Rit. 62. *L.* XXXII.

ITem curia ipsa cognoscit de appellationibus, & nullitate omnium processuum inferiorum iudicum, etiam immediate. Et etiam si inferiores ipsi iudices sint officiales prelatorum in terris Ecclesiarũ.

Sola M.C.V. cognoscit de presentationibus instrumentorum seruata forma ritus. h. d.

Rit.

Rit. 54. L. XXXIII.

ITem quod nulla alia præter ipsam curiam magnam vicariæ cognoscere possit, & valeat de præsentationibus instrumentorum, & interrogationibus fiendis, super ipsis, & circa prædicta seruetur laudabilis ritus dictę curię, hactenus obseruatus, & superius expressus.

Non summatur propter sui breuitatem.

Rit. 57. L. XXXIV.

ITem in curia ipsa contra curiam, vel procuratorem non mouentur quæstiones reales, sine mandato.

M. C. V. non cognoscit de donis factis à Curia. Procurator, & Aduocatus Curiæ non patrocinatur donatario, absq; salario, nisi ille sit pauper. h. d.

Rit. 58. L. XXXV.

ITem de donis curiæ in curia ipsa non cognoscitur sine speciali mandato, & cum causa ipsa agitur ostenso priuilegio donatarij, non procurator, & aduocatus curię donatario tenetur assistere, sed Aduocatum donatarius sibi habeat aliunde, si habet vnde soluat eidem, alioquin Aduocatus curiæ gratis patrocinetur eidem, sed vbi soluendo est, & vult, quod Aduocatus curiæ pro ipso principaliter aduocet, debet sibi salarium soluere, quod potest cum ipso conuenire.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 61. L. XXXVI.

ITem curia ipsa cognoscit, & pronunciat de exceptione excommunicationis.

M. C. V. dicitur esse, vbi moratur Magister Iust. vel Locumtenens. h. d.

Rit. 64. L. XXXVII.

ITem curia ipsa ante, & in medio intelligitur vbi tantum mag. iust. vel eius locumten. demoratur, cum de moratione iudicum, & notariorum actorum M. C.

M. C. V. cognoscit de causis ciuilibus, & criminalibus, ac de appellationibus inferiorum iudicũ, non tamen super feudalibus.

Rit. 264. L. XXXVIII.

ITem seruat ipsa curia cognoscere de omnibus causis ciuilibus, vel criminalibus, & appellationibus interiectis à sententijs quorumcunque officialium, non tamẽ in prædictis casibus in feudalibus vnde si quis ex delegatione Regis cognouit de feudis, & dedit sententiam non bene appellatur ad Curiam V.

Non indiget summario.

1442. Alphon. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 5. L. XXXIX.

STatuit insuper, & ordinat ipsa maiestas quod in magna curia vicariæ, regni huius absente magist. iust. semper pręsidere habeat aliquis optimus Regens: cui assidere continuo habeât quatuor probi iuris periti, de quorum consilio, iustitia vniuscuiusque audiri, examinari, ministrarique habeat: qui quidem Regens, & quatuor iure periti, certa, & determinata habeant salaria, seu gagia, super emolumentis dict. cur. vicarię, nec quicquam à partibus litigantibus directe, vel indirecte extorquere petere aut recipere habeât, sub pena mortis, cofiscationisq; bonorum. Statuit etiam, & ordinat dicta Regia maiestas, quod dicti Regens, & quatuor iure periti, iuramentum pręstent ad deum & sancta euangelia, quod dictam iustitiam vnicuiq; eam petenti recte, & debite in omnibus, & per omnia, administrabunt omni seposito odio, & amore, seclusisq; indebitis dilationibus, alioq; quocunque, eam inficiente, respectu.

Non indiget summario.

1459. Ferdinand. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 10. à t. cap. 9. 11. L XL.

ITem supplica essa vniuersità alla prefata V. Maest. che tutti li sopradetti officiali delle prefate corti della vicaria, & capitaneo siano italiani, & sic de curia admiratię, & che in le dette curie, non possano essere giudici, ne luocotenente, sustituti, che siano della città di Napoli. Placet Regię Maiest.

Item supplica la detta vniuersità alla V. M. che lo regente della Vicaria, capitaneo de Napoli, & ogn'altro officiale presente, & futuro, non debbiano procedere, ne exequire atto alcuno, tanto in le cause ciuili, quanto criminali senza conseglio de tutti, o parte delli iudici de loro corte, altramente ipso iure non vaglia quello, che facessero, & siano puniti ad arbitrio di V. M. reseruato interesse partis. Placet Reg. Maiest.

Non indiget summario.

1486. *Idem Ferd. I. Rex inter Priu. Neap. fol. 17. cap. 20.* L. XLI.

ITem che tanto lo regente, capitanio, & ogni altro officiale presente, & futuro non debbiano procedere, ne essequire atto alcuno, tanto in le cause ciuili, quanto criminali, senza conseglio del giudice de loro corte, in tutto, ò in parte altrimente ipso iure non vaglia quello, che facessero, & siano priuati ad arbitrio della maest. sua reg. Placet R. M. Nisi expresse per eamdem pro suo seruitio aliter fuerit iniunctum.

Non indiget summario.

1503. *D. Consaluus Ferrant M. Cap. Prorex inter Priu. Neap. fol. 38. cap. 61.* L. XLII.

ITem se degni concedere, che lo regente capitanio, & loro giudici se debbiano mutare anno per anno, & stare à sindicato secondo le constitutioni, & capituli del regno, & dare plegiaria in loro ingresso, de stare al sindicato.

Placet prefato domino Locumtenenti generali.

Non indiget summario.

1505. *Ferd. Cath. Rex inter Priu. Neap. fol. 47. cap. 66.* L. XLIII.

ITem perche da tempo, che non è memoria in contrario li giudici della grã corte della vicaria, & lo regẽte soleno stare à sindicato, supplicano V. C. M. se degni ordinare, che detto Regente debbia dare la fideiussione per esso suoi famigli, nello ingresso, & osseruare, quello, che è solito, in fine anni detto regente, & giudici se habbiano à mutare & stare à sindicato, secondo le constitutioni, & capitoli di questo vostro regno, il quale sindicato, se habbia da fare per li magnific. Eletti de detta città di Napoli, si come è stato solito per lo passato, & che lo detto regente habbia à tenere la fameglia debbita, della quale ogni mese s' habbia à fare vedere la mostra, acciò che non ce possa vsare fraude, & faccia sua residenza del continuo in casa di detta gran corte della Vicaria, come è solito, & non possa detto Regente, sustituire altro in loco suo, ma debbia exercitare l'officio personalmẽte, è nõ per sustituto, per esser d. officio de grandissima importanza in la città, & non solito mai exercitarse per sustituto. Plac. Serenissimo Regi, quod fiat & quod sindicetur prout fuit solitum.

Non indiget summario.

1514. *D. Raimundus de Cardona Prorex inter Priu. Neap. fol. 77. a t.* L. XLIIII.

LI Eletti della fidelissima città di Nap. fanno intendere à quella come a loro notitia è peruenuto, che V. S. I. vole ponere in regente della gran corte della Vicaria per questo presente anno, ter. indict. lo magn. Carao icart, per quale elettione per li detti Signori eletti se pretende venire contra li capitoli, & priuilegij per la Cath. M. a questa città di Napoli concessi, per il che detti eletti supplicano V. S. I. quella voglia reuocare tale elettione, vt supra fatta del detto magnific. carao, icart per nõvenire cõtra la forma de det. capituli, & priuilegij, per la detta Cath. M. espediti, vt supra, & prouedere, che detti capituli, & priuilegij se debbiano osseruare vt Deus.

Stet dicta electio, citra præiudicium dictorum prætensorum priuilegiorum, & capitulorum.

Montaldus R.

De Colle R.

Pro per Illustris. dominum viceregem in ciuit. Neap. 1. Septembr. 1514.

B. Villagut.

Non

Non indiget summario.

1520. *R. Collat. Consil. inter Priuil. Neap. fol. 80. a 1.* *L. XLV.*

QVoniam superioribus diebus magni. Electi fidelissimæ ciuit. Neap. supplicauerunt Illustriss. Domino Viceregi, vt mandaret amoueri Mag. Rhodoricum de Pignalosa ab officio Regentis magn. cur. vic. ex quo dictus mag. Rhodoricus vt ipsi magnifici Electi prætendunt, est ciuis Neapolitanus, & nunquam hactenus ciuis aliquis Neapolitanus fuit in dicto officio regentis magnæ curiæ vic. sup. prouideri super interesse ipsius fidelissimæ ciuit. & eius quasi possessione non habendi ciues in dicto officio per Illust. dominu m Vicereg. cum uoto collateralis consilij, decretum, & prouisum est, quod quamuis ipse magn. Pignalosa sit ciuis Neapol. ex quo semel reperitur in officio regentatus mag. cur. vic. concurrente postmodum voluntate prædictorum mag. Elect. quod per totum mensem August. viij. ind. regens remaneat, ita quod elepso dicto mense, & ab inde inantea dict. ciuit. conseruetur in dicta quasi possessione non habendi ciuem qui sit Regens d. mag. cur. nec ex hoc generatum esse ei aliquod præiudicium. Sed ipsam ciuitatem intelligi esse in quasi possessione non habendi ciues Neap. in regentes dictam magnam cur. prout præsenti decreto declaratur ipsam ciuit. conseruari in dicta quasi possessione, ac conseruandam esse hoc suum, &c.

Decoll. Regens.
Montaldus Regens.
Loffredus Regens.
In castello nouo Neap. die x. Febr. 1520.
Seron. secret.

M. C. V. cognoscit de appellationibus interpositis in criminalibus causis a Curia artis serici, & non R. Camera. h. d.

1547. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 14. de off. Proc. Cæsar.* *L. XLVI.*

HAuendo per esperientia conosciuto, che molto meglio si vedeno, & trattano le cause criminali nella gran corte della Vicaria, che in altro tribunale, per questo vogliamo, che l'appellationi delle cause criminali dell'arte della seta, vadano al detto Tribunale della gran corte, & in quello se habbiano da trattare, & determinare, & ve diciamo, & ordiniamo, che da qui auanti, non ve habbiate a intromettere, ne impacciare in dette appellationi di cause criminali del arte predetta della seta, ma le lassarete cognoscere, & trattare in detta gran corte della Vicaria, & cosi esseguirete, che tal'è nostra volontà, non facendo altramente per quãto amate la gratia & seruitio della prefata Maestà.

Regens M. C. non procedat absque consilio maioris partis Iudicum. h. d.

1554. *Carol. V Imper. inter Priuileg. Neap. fol. 154. c. 14.* *L. XLVII.*

COntra il capitulo per il quale se dispone, & ordina, che'l Regente della Vicaria, non proceda, ne esseguisca atto alcuno, senza il conseglio di tutti, ò maggior parte de suoi giudici, s'è fatto da molti regẽti, quali senza consulta de suoi giudici, ò maggior parte di essi, han fatto pigliare, e carcerare li cittadini, hanno fatto altri atti pregiuditiali, senza il voto di detti giudici, donde non solo s'è rotto detto capitulo, ma ancora si è data la commodità alli regenti di fare varie concussioni, & extorsioni contra la mente della m. v. e con detrimento de suoi fedeli vassalli. Obseruetur capitul. sublato quouis abusu.

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcala Prorex Prag. 14. de off. Proc. Cæs.* *L. XLVIII.*

MAndamus insuper, prædicta consideratione moti, seruari ordinem alias expeditum in anno 1547. circa appellationes, quas in criminalibus causis à curia artis serici ad candem regiam cameram interponi solitum erat, addentes appellationes etiam in ciuilibus causis à dicta curia interponendis, minime de cætero in dicta regia cam. introduci, sed appellantes alia adire Tribunalia, exceptis tamen illis causis, in quibus de male commissis, vel non bene peractis in arte prædicta

cta tractaretur, quas per eamd. Reg. cam. prout hactenus seruatum est cognosci volumus.

Compilatæ, & ordinatæ sunt Pragmaticæ respicientes tribunal. M. C. V. h. d.

1559. Idem Dux de Alcala Prorex prag. 4. de of. M. I. L. L I.

DEcet iustum Principem, cui iustitiæ administratio, & regni regimen est commissum, pro Dei optimi maximi seruitio subiectorumque cõmodis, id primum curare, vt ea quæ à prædecessoribus Regibus, & Vice Regibus pro recto iustitiæ cultu in vnoquoque tribunali constituta, & ordinata sunt, quæque seruari conueniãt, modis omnibus obseruentur. Deinde si quid ex varietate temporum & ipsa rerum experientia augeri, minui, in totumue tolli, aut nouiter prouideri visum fuerit oportere, vt ei rei accurate, & opportunis remedijs consulatur. Cum itaq; nos Catholici, & serenissimi Regis Philippi iussu ad huius Siciliæ citra Farum regni fines super ingressi recollectis, & mandato nostro visis omnibus pragmaticis, constitutionibus, & prouisionibus, tũ à Rege Ferdinando primo, & inuictissimo Carolo quinto felic. mem. atque huius regni Vice Regibus promulgatis, & pro cultu, & recta administratione iustitiæ in tribunali mag. cur. vic. editis tum etiam à Regentibus, & iudicibus eiusdem Magnæ curiæ, non sine magna animi molestia audiuerimus quam plures ex prouisionibus prædictis ex temporum instabilitate, personarumq; mutatione, dum seruari deberent, obseruari desijsse, quasdam vero, vt experientia docuit, vel superfluas, vel diminutas extitisse, vt sic in quamdam quasi confusionem sit itum, & quid seruari deberet, à pluribus etiam ignoraretur, plerosq; etiam abusus ex temporum mutatione, & hominum fortasse malitia insurrexisse, quos extirpari, & nouis coerceri prouisionibus, pro bono publico, congruit. Volentes huic rei salubriter, &, vt par est, prouidere cum ab eodem tribunali, dum recte gubernatur, tribuatur vnicuique ius suum, proborum quies, reproborum punitio, ac Regni totius tranquillitas oriatur, ex certa nostra scientia, & matura penes nos adsistentis collateralis consilij deliberatione, eas omnes renouari iussimus, atque in vnum compendium, sub congruis titulis, & rubricis reduci, & ordinatum reponi superflua resecantes, diminuta supplentes, & vbi nouo opus fuerit remedio prouidentes, vt passim in sequentibus est videre, sic enim eueniet, vt vsus temporum reuolutione sublatus, ad pristinam obseruantiam reducatur, atque quid seruandum sit omnes agnoscant, sublatisq; abusibus, rectus iustitiæ cultus illæsus, incorruptusque procedat.

Non indiget summario.

1566. Philip. II. Rex Prag. 39. de of. M. I. n. 10. L. L I I.

TAmbiẽ statuimos, y mandamos que paraque la corte, che se tiene cade semana en la Vicaria para llamar las citationes se haga con mas autoritad, orden y silencio, interuengan de ordinario en ella el Regente la Vicaria, y Aduocado, y procurador fiscales.

Nullus official. M. C. V. accipiat pecuniam curiæ. h. d.

Idem ibid. num. 18. L. L I I I.

Y Porque assi mismo los dichos Regentes han accostumbrato de haczer diuersos guastos para commoditades suyas, y de sus casas prohibimos que da qui adelante ni ellos, ni otros officiales non puedan gastar cosa alguna de dineros de nuestra corte, en cosas semejantes sin orden nuestro espresso, lo qual escusareis de haczer, sino en las cosas muy necessarias.

Regens, Iudices M. C. V. abstineant à commessationibus actuariorum & iudicum inferiorum. h. d

1592. Id. Prag. 10 de of. & quæ eis probib. n. 10. L. L IV.

EL Regente y Iuezes de la dicha gran corte della Vicaria han recebido bãquetes, y combytes delos mastredattas y otros officiales inferiores de lla, y porque esto es cosa indecente, ordeno, y mando

que

que da qui adelante nò los reciban, ni en sus proprias casas, ni otros lugares algunos.

Ritus quod de delictis officialium sola M. C. cognoscit non comprahendit sindicos, electos, camerarios, & baiulos, nisi pro excessibus in administratione iurisdictionis h. d.

1599. Comes de Oliuares Prorex Prag 49. de off. M. I. L. LVII.

ESsendoci stato supplicato per questa fidelissima Città Baronaggio & regno nelli capitoli delle gratie, dimandate nel parlamento generale, congregato nell'anno passato di 1596. che attento per alcune interpretationi, che per il Sa. conseglio di Capuana, & gran corte della Vicaria, sono state fatte sopra il rito di detta gran corte, circa il conoscere delli delitti d'officiali, attiue, e passiue, si è ampliato molto detto rito di quello, che soleua essere prima, & particolarmente hanno steso il nome d'officiale à tutti sindici, eletti, bagliui, & altri che hanno in qualsiuoglia modo giurisdittione, dal che nascono diuersi inconuenienti, & molti si sono dati in campagna, non ostante, che siano innocenti, per non hauer modo di posser venire fino à Napoli dall'vltime parti del Regno, volessimo prouedere, che detto rito si osserui propriamente nelli delitti, delli Capitanei, come si osseruaua prima di dette declarationi. Et desiderando noi dare ogni honesta sodisfattione à questa predetta fedelissima città, Baronaggio, & Regno, & euitare l'inconuenienti predetti, ci è parso, con voto, & parere del regio collateral conseglio, appresso di noi assistente, fare la presente prag. omni tempore valitura, per la quale ordiniamo, e cõmandiamo, che da qui auanti non se intendano compresi li detti sindici, eletti, camerlinghi, ò Bagliui nel rito predetto della gran corte della Vicaria, se non che siano suggetti alla iurisdittione de gli officiali ordinarij delle città, terre, e luoghi così demaniali, come baronali, li quali possano, & debbiano procedere contra di loro per li delitti, che commettessero, etiã nell'essercitio delli loro officij de sindico, eletti camerlingi, ò bagliui, ma per li delitti, che commettessero in administratione de giurisdittione, che li competesse essercitare, ò per priuilegio, ò consuetudine, che hauesse quella città, terra, ò luogo. Volemo, che la detta gran corte della Vicaria solamente, & non altro officiale possa in virtù del rito predetto conoscere detti delitti, & per essi tantum procedere contro di loro, seruata la forma del rito predetto, commandando per la presente à tutti, & singoli baroni, titolati, & non titolati, officiali, & tribunali maggiori, & minori, & che debbiano osseruare, & essequire ad vnguem la presente nostra Pragmatica, per quanto hanno cara la gratia, & seruitio della predetta maestà, & sotto pena alli contrauenienti di ducati duimiliada esseguirse irremissibilmente.

De Iudicibus M. C. V. Tit. XV.

Eligantur qualibet hebdomada duo iudices, quibus causæ committantur, & examinationes testium, & alia applicentur, vt infra. h. d.

Rit. 83. L. I.



IN primis qualibet hebdomada eligantur duo ex iudicibus dictę curię qui iudices hebdomadarij nuncupentur, & faciant audientiam in banca de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, ordinarijs, & extra ordinarijs, occurrentibus in hebdomada ipsa, & infra omnes causas, ex eis, quæ committi solent, & debent iuxta ritum, & obseruantiam dictæ magnæ curiæ ipsis duobus hebdomadarijs committant, & examinationes testium, & alia in hebdomada ipsa iuxta causarum consimilium occurrentium, ipsis iudicibus, vel hebdomadarijs applicentur.

Iudices M. C. V. nihil pro sententijs alijsue accipiant, exceptis pro examinatione testium, & trigesimis. hoc dicit.

Rit. 14. L. II.

ITem quod iudices ipsarum curiarum, & cuiuslibet ipsarum non audeant recipere,

pere, & extorquere pro subscriptione, & manus impositione in processibus fiendis, nec pro decisione quarumcunque causarum, & pro sententijs per ipsam curiam ferendis, seu aliter modo quocunque, excepto pro examinatione testium, de trigessimis causarum commissarum eisdem, tūc enim recipiant quantum de iure eis permittitur, & secundum laudabilem, & antiquum ritum curiæ prædictæ, & non non vltra, nec alio modo, & si contra fecerint, incidant in pœnam quinquaginta ducatorū auri, fisci cōmodis applicandam.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 15 L. III.

ITem quod vnus ad minimum iudicum & omnes si voluerint debeant continuò personaliter interesse in dicta curia, & se coram dicto locumtenente præsentare de mane, post prandium, & de sero hora congrua, & abinde non recedere, licentia à dicto locumtenente non petita.

Iudices assistant in curia horis hic expressis cum eorum sigillis non obseruantes per perceptorem notentur. Hebdomadarius assistat in aula cæteri in camera. h. d.

1516. Ioanna Reg. Prag. 1. de off. & quæ eis prohib. L. IV.

ITem, che li predetti Giudici della detta gran corte, habbiano la mattina per tempo, & à buon hora à venire in essa gran corte & così anco dopò mangiare, e tenuta corte non si partano subito, ma stiano à negotiare in essa gran corte, & la mattina siano in corte ad vn' hora di dì, si come il conseglio, & ciascun di loro tenga il sigillo con l'arme sue proprie, acciò quando si passa alcuna prouisione, si possa cognoscere chi l'hà passata, acciò in questo non si commetta il contrario, se ordina al percettore che ogni dì debbia fidelmente annotare se li detti giudici osseruano il sopradetto seruitio, & per quante hore assisteno in corte.

Item per espeditione di litiganti, e più celere essequtione della giustitia, ordiniamo che del continuo ciascun d'essi giudici, & precipue lo hebdommadario debbia stare in Sala, ad espedire l'occorrentie e gli altri giudici potranno stare in camera a negociare secondo che occorrerà il bisogno.

Propter breuitatem non summatur.

Ferdinand. Rex prag. 4. de off. M. I. n. 3. L. V.

ITem quod iudex hebdomadarius cum opus fuerit ad sacrum consilium se conferat, & quæ sunt dicenda referat, requisitis procuratore, aduocato Fisci, negotia tueri, & illa defendere diligenter.

Nullus petat officia iudicatus M. C. V. auditoratus R. A. & assessoratus capitaneorum, alias ij pro quibus petuntur officia, careant impetratis, & sint inhabiles per annum ad officia exercendum h. d.

Idem Prag. 10. eod. num. 2. L. VI

DEcet nos, quibus regiminis administrationis iustitię cura est ab alto commissa tales in administratione iustitię præficere personas, quæ sint nedum scientia, doctrina imbutæ, sed etiam vita, & moribus approbatę animaduertentes, quod multoties ob importunitatem nonnullorum, quibus complacere desideramus, prouidemus de officijs iudicum M. C. V. auditorum prouinciarum, & assessorum, capitaneorum, personis minus doctis, minusque vita, & moribus approbatis, quod in maximum dedecus nostri diadematis, & damnum Reipublicę vertitur, nam multi freti ausu temerario, fauoribus, ad cuius intercessionem huiusmodi officia conceduntur, minus bene iustitiam administrant, & nostros opprimunt subiectos. Volentes propterea nos huic incommodo, & detrimento nostro, & Reipublicæ obuiare, tenore præsentis nostrę regię Pragmaticę cunctis temporibus firmiter valiturę, censemus statuimus, & ordinamus, quod de cætero nullus quantumcunque de nobis benemeritus, & nos debito sanguinis affectus, audeat per se, vel per interpositas personas, à nobis vel nostro Prorege, in dicto nostro Sicilię citra Farum Regno, officia iudicum Magnę curię Vicarię, auditoratus prouinciarum, aut assessoratus Capitaneorum pro

pro quibuscunque personis, quantumcunque dignis, & idoneis dicta officia petere, aut supplicare, quod si attentare presumpserit, ipso facto personę, pro quibus huiusmodi, officia supplicarit, ne dum careāt gratia impetrata, sed etiam sint inhabiles per vnum annum ad huiusmodi, aut alia officia regia exercenda. Quapropter Illust. Vice regi dicti nostri Siciliæ citra Farum Regni, magnoque camerario, eiusque Locumtenenti, magistro Iustitiario, Gubernatoribus prouincialibus, & Capitaneis quarumcunque ciuitatum, & terrarum dicti regni. Dicimus, & districte mandamus pęna vnciarum auri mille adiecta, quatenus huiusmodi nostram pragmaticam sanctionem, omniaq; in ea contenta, teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & inuiolabiliter obseruari faciant, & non contrafaciant vel veniant, seu aliquem contrafacere, vel venire permittāt, ratione aliqua, siue causa, si, præter iræ, & indignationis nostræ incursum, pænam præappositam cupiunt euitare. Et vt de præmissis ignorantia allegari non valeat, Mandamus huiusmodi nostram pragmaticam per loca publica, & assueta dictæ ciuitatis nostræ Neap. voce præconia publicari. In cuius testimonium præsentem fieri iussimus, magno nostro negotio Siciliæ citra Farum sigillo a tergo munitas.

Publicetur, & obseruetur l. prox. præced. h. d.

1517. D. Raimund. de Cord. Prorex Prag. ead. L. VII.

QVa propter volentes Regijs, vt teneamur, obedire mādatis, & quod supra dicta omnia cuilibet innotescant, vt suum debitum sortiantur effectum, & nulla post hac de præmissis ignorantia allegari valeat, præsentes ex inde fieri iussimus cum inserta forma ipsius Regię Prag. vt in locis publicis, solitis, & cōsuetis magnificę, ac fidelis. ciuit. Neap. publicentur, & affigantur. mandantes propterea supradictis omnibus, & cuilibet ipsorum insolidum, quatenus, forma præinsertæ prag. per eos, & quēlibet ipsorū diligenter attēta, illā ad vnguē, & inuiolabiliter obseruēt ac obseruari faciāt, per quos decet, in omnibus, & per omnia, iuxta ipsius seriem pleniorem, sub pænis in eadem contentis.

Quando iudices accedunt ad faciendam relationem Proregi, vnus assistat in M. C. V. & qualibet die non feriata regatur cur. h. d.

1519 Idem Prag. 10. eod. L. VIII.

ITem che le cause occorrenti in questa predetta corte, per mancamento de giudici nō s' impediscono, se ordina, che quādo il sabbato se và in castello à referire le cause, vno delli giudici debbia stare in Vic. à negotiare. Item per espeditione delle cause, & beneficio de litiganti, & accioche le cause non siano immortali, s' ordina al regente, & giudici, che pro tempore saranno, che debbiano tenere corte tutti li di ordinarij, secondo l'ordine del calendario di questa gran corte.

Regens, & iudices M. C. dum accedunt ad capiendam informationem nihil accipiant. h. d.

Prag. 7. de off. M. Iust. num. 5. L. IX.

ITem che il Regente, & giudici quando vanno ad inquirere, & processare, per lo regno d' alcuno delitto, considerato, che sono salariati dalla corte, non possano, ne debbiano pigliar cosa alcuna delle giornate, che vacaranno per loro salario, ma solo le spese, eccetto che per quelli dì, che vacaranno alle defensioni delle parti, delle quali se pagaranno il giusto lor salario iuxta solitum, & cōsuetum.

Nullus iudicum M. C. V. egrediatur à finibus ciuit. Neap. absq; speciali mandato proregis h. d.

1532. D. Petr. de Tolet. Prorex prag. ead. L. X.

ITem che nessuno delli magnifici giudici di questa gran corte, possa, ne debbia andar fuori della città di Napoli, & suo distritto, in commissione alcuna per qual si voglia causa, senza espressa saputa, & ordine nostro.

Regens & iudices M. C. tribus horis ante prandium, totidē postea assistant in palatio eiusd. Curiæ duabus primis audiant Fiscum. tertia hora partes, & aduocatum pauperum in camera. vnus iudicum assistat in aula. h. d.

1532 Idem Prag. 4 eod n. 4. 5. L. XI.

ITem perche cōple al seruitio di S. M. & buona administratione della giustitia, che li Mag. Regente, & Giudici di questa gran Corte del cōtinuo nel dì, & hore solite, administrino giustitia nel Palazzo di questa gran corte, doue consuiscono

ſcono i litiganti, & più commodamente ſi può procedere, vi dicemo, & ordiniamo, che da qui auanti tutti magnifici Regente e giudici, debbiano in detti dì, & hore ſtare in detto palazzo continuamente, & oſſeruare l'ordine di Re Ferrante primo circa queſto, & ſi debbiano ogni mattina preſentare, prima che ſia vn' hora di dì in detto palazzo.

Item che detti magnifici Regente, & Giudici debbiano ſtare giontamente nella camea dell'audienza la mattina, & vacare per tre hore alle facende, & cauſe del Regio fiſco, videlicet per due hore intendere, & vdire il magnifico Aduocato, & Procurator fiſcale nelle cauſe fiſcali, & non intendere altro, & la terza per le cauſe delle parti, & principalmente in dare audienza allo aduocato, & procurator de poueri. Verum vno di detti magnifici giudici, a chi tocca l'hebdomada debbia ſtare di continuo fuori in ſala, ad eſpedire mandati, citationi, & altre coſe neceſſarie. Item che ſi debbiano ſimilmente oſſeruare, & tenere ſimili ordini nelle tre hore della ſera, che vacano detti magnifici Regenti, & Giudici per l'eſpeditione delle cauſe, videlicet. Che due hore ſtiano prima ſecretamente, & attendano ad eſpedire la cauſe del regio fiſco, & vdire il detto Aduocato & Procurator fiſcale, & la terza hora in dare vdienza alle parti, & all' Aduocato, & proc. de poueri, vt ſup.

Propter breuitatem non ſummatur.

1532 *Idem Prag. 6. eod. num. 3.* L. XII.

ITem, che li giudici ò alcuno di loro che interuengono nell'eſſamine delli teſtimonij dentro la città di Napoli, e ſuo deſtritto, non habbiano da pigliare pagamēto alcuno.

Iudices M. C. ſint ſex. & annales. duo pro ciuilibus quatuor pro criminalibus in caſu diſcordiæ criminales cum ciuilibus, & econtra interueniant. h. d.

1534 *Idem Prag. 1. de off. M. Iuſt.* L. XIII.

NOtum facere volumus qualiter pro ſeruitio Cæſar. & Catholic. Maieſtatum, celerique executione cauſarum omnium dictæ magnæ curiæ Vicariæ, & bonæ iuſtitiæ adminiſtratione, viſum nobis fuit, quod in dicta magna curia, vltra quatuor iudices, qui pro quolibet anno deputantur, & ordinantur in ipſa Magna curia, debeant nouiter ad beneplacitum Cæſareæ Maieſtatis, & noſtrum ex nunc in antea deputari, & creari duo alij iudices, adeo quod ſint numero ſex iudices quolibet anno, quorum quidem duo vacare debeant in cauſis ciuilibus, & illarum expeditione, & alij quatuor in cauſis criminalibus, tali quidem declaratione, quod ſi quatuor iudices in deciſione cauſarum criminalium grauium, fuerint diſcordes, in illis etiam interueniant, & interuenire debeant duo alij iudices, & ſimiliter in cauſis ciuilibus ſi fuerint diſcordes dicti duo iudices, interueniant, cū illis, & interuenire debeant dicti alij quatuor iudices in ipſarum cauſarum ciuilium expeditione videlicet, vnus, duo, aut tres, aut quatuor, & prout viſum fuerit præfato Magnifico Regenti Vicariā, & magis conuenire rectæ expeditioni cauſarum, & illarum iuſtæ declarationi, qui Iudices debeant mutari ſingulis annis, videlicet. Duo in menſe Maij, duo in menſe Septembris, duo in menſe Ianuarij, & ita ad vnguem, & inuiolabiliter ex nunc in antea Cæſar. & Catholic. Maieſtatum nomine obſeruari volumus, & iubemus, & ſecus non agatur ſub ira Regiæ indignationis, & ſi pęnā ducatorum auri mille cupiunt euitare; in quorum fidem præſentes fieri fecimus Cęſar. & Cat. Maieſt. ſigillo impreſſas.

Regens, & iudices M. C. cum Aduocato fiſci, & actuarijs aſſiſtant in palatio M. C. & ſe gerant prout in l. præced. & horæ hic deputantur. h. d.

1534. *Idem Prag. 4. eod. num. 6.* L. XIV.

NOi vogliamo, & per la preſente ordiniamo, che ogni dì giuridico a vn' hora di dì à nō mācare, vi debbiate trouare in d. grā corte, e in quella medeſima hora ci s'habbia da trouare il magn. aduocato fiſcale, & attendere all'eſpedition della giuſtitia per tre hore la mattina. E la ſera d'eſtate dopò l'hora di veſpro, ſe è d'inuerno alle 20. hore tornarete, e attenderete per altre tre hore, & che ciaſcuno di ſi debbia dare vn' hora d'audienza al magnifico aduocato di poueri, & ſi debbiano an-

ancora ordinare alli Mastri d'atti, quali hanno d'andare nelle medesime hore, atalche ad un'hora di giorno voi, e tutti li predetti nella medesima hora vi ritrouiate in Vicaria, che cosi comple al seruitio di S. Maestà, e buona administratione della giustitia, & vogliamo che il predetto Magnifico Regente debbia ad vnguem, & inuiolabiter farlo esequire, che tale è nostra ferma, e determinata volunta.

Officia R. Consil. Præsiden. R. C. Auditorum Prouin. non concedantur ad alicuius intercessionem. h.d.

1536. *Carol. V. Imper. Prag. 3. de off. & quæ eis probib.* L. XV.

Recolimus etiam nos præteritis annis mandasse, & sancisse per nostram Regiam Pragmaticam, quod consiliarij Regij, præsidentes Regiæ cameræ summariæ, iudices magnæ curiæ, Auditores prouinciarum, non possint eligi ad alicuius partis instantiam, vt libera possit fieri electio personarum habilium ad dicta officia, vt conuenit, exercenda. Renouantes dictam Regiam Pragmaticam: Mandamus illam inuiolabiliter obseruari: Declarantes ipso iure inhabiles, & non idoneos ad dicta officia omnes illos, pro quibus per quascunq; personas preces effundentur. Mandantes Illustris. Vice Regi, quod nullatenus dicta oficia ad cuiuscunque preces, seu intercessiones concedat, sed illos tanquam inhabiles à dictis officijs repellat.

Non indiget summario.

1536. *Idem inter priuil. Neap. fol. 103. c. 4.* L. XVI.

Est etiam animo Maiestati suæ prouidere circa reformationem, bonum ordinem magnæ curiæ Vicariæ, tam de personis doctis, & probatæ conscientiæ, quam de omnibus alijs, quæ ad expeditionem, & rectam iustitiæ administrationé videbuntur, conuenire, cum augmento salarij vnicuique centum ducatorum, quo magis commode, & integre munus suum præstare possint.

Iudices M.C.V. auditores prouin. & assessores terrarum demanialiũ eligantur per Proregem, cum interuentu, & communicatio, ne Regentium Cancell. h.d.

1554. *Idem inter Priuil. Neap. fol. 153. at.* L. XVII.

Accio che nelle elettioni delli Giudici della Vicaria, Auditori delle prouintie, assessori delle terre del regno, si sodisfaccia al seruitio de Iddio, alla giustitia, & volontà della maestà vostra, & beneficio de popoli, & non si proceda per fauore, & accettatione de persone, se supplica la maiestà vostra si degni ordinare, che tali elettioni si facciano col parere, & informatione delli regenti la regia cancellaria, & Viceprotonotario del regno, come persone pienamente informate della dottrina, & qualità di coloro, che dimandano tali offitij, e che tali elettioni si facciano col giuramento delli predetti, di non hauer rispetto à fauori, ne preghiere di persona alcuna, ma solo come è detto, al seruitio di Iddio, & di vostra maestà, & beneficio de popoli. Et questo supplicano perche cosi anticamente si osseruaua.

Placet Cæsareæ, & Catholicæ maiestati quod electio, & prouisio fiat cum interuentu, & communicatione regentium cancellariam.

Propter breuitatem non summatur.

1554. *M.C.V. Prag 8 de off. M Iust. num. 3.* L. XVIII.

Item, che dopo che la causa si troua commessa, tanto ciuile quanto criminale al magnifico giudice, quello l'habbia da finire, non essendoci alcun giusto impedimento, sopra il qual prouederà il Signor Regente.

Iudices accedant ad palatium M. C. & ibi morentur iuxta ordinationes Ferdinand. Reg. & D. Petr. de Tolet. non teneantur habere sigillum h d.

1559. *Dux de Alcala Prorex Prag. 4. eod. n. 2.* L. XIX.

Consueuere iudices M. C. V. ob negotiorum multitudinem, mane, ac vesperi accedere ad palatium, vbi curia regitur, ibiq; pro administranda iustitia pro certo tẽporis spatio permanere. De qua re à serenissimo Rege Ferdin. I. & ab Illustr.

Don Pedro à Toledo plura expedita fuere capitula, & literæ, quarum tenores inferius apponentur. Verum quia prædictæ prouisiones loquutur etiam de Sigillo Iudicum apponẽdo in prouisionibus,& quod vnus ex Iudicibus, pro tractandis negotijs, permaneat in Sala palatij, cum hodie prouisiones subscribantur per iudices,& continuo possit haberi aditus ad Iudices causarum ciuilium, qui separati sunt à Iudicibus causarum criminalium, non conuenit eas in hoc seruari. In cæteris vero, quo ad accessum Iudicum, & quo ad tempus, quo ibi manere debeant, inuiolabiliter seruari iubemus.

Lex item quod iudex & l. item che le cau se sup. eod. non seruantur iudices ciuiles ter in hebdomada regant curiam. h. d.

1559. *Idem prag. 10. eod.* L. XX.

EXtant etiam capitula Regis Ferdinandi primi, & Illustr. Don. Raymundi de Cardona tenoris sequentis,

Sequitur tenor l. item quod iudex & l. item che le cause sup. eod. & deinde.

QVę capitula,cum hodie causę à Regente Iudicibus committantur,& singuli commissarij die Iouis ad hoc statuta accedant ad sacrum consilium, pro relatione causarum, & pariformiter Iudices causarum ciuilium sunt diuisi, qualibet die Mercurij accedant ad collateral. cons. pro referendis causis, remanentibus in Palatio semper pro maiori parte Iudicibus causarum ciuilium,seruari non oportet, vt iam non seruantur quo vero ad curiam regendam, qualibet die iuridica cum hoc non expediet, nec iudices in causarum expeditione impediantur, iubemus, vt regatur curia per iudices causarum ciuilium, saltem ter in qualibet hebdomada, vt nunc seruatur.

Non indiget summario.

Idem prag. 14. eod. L. XXI.

CVmque iudices, non solum à malo, sed à mali suspicione abstinere debeant, volumus, & decernimus, vt post hac nemo ex iudicibus dictæ curiæ,vt pau cis ab hinc annis fieri audiuimus,teneat in eius domibus certos, & deputatos scribas, aut actuarios cum banchis, vel sine, sed negotia,quæ domi occurrerint, modo vni modo alteri ex Scribis, & actuarijs iniungant, cum in eorum domibus ex multitudine negotiorum, semper copia actuariorum, & scribarum existat.

Iudices M. C. non detineant scribas in domibus h. d.

1566 *Philip. II. Rex prag. 39. eod. num. 14.* L. XXII.

ITem por escusar que los scriuanos, y subactarios que estan con los Iuezes de la dicha Vicaria non sean causa de algunos excessos, y subornationes, prohibemos, y mandamos, que da qui adelante ninguno de los dichos Iueczes los puedan tener en su casa.

Non indiget summario.

Idem ibid. num 19. L. XXIII.

TAmbien entendemos que muchas vezes yendo algunos delos Iueczes dessa nuestra gran corte de la Vicaria à esamenar los testigos a instancia de partes de mas del salario que por ello les leuan comer à consta dellas, y porque esto saria excesso, prohibimos, que da qui adelante los dichos Iueczes ò otros officiales quan do salieren con semejantes commissiones non reciban las tales comidas ni acceptan otra cosa si non el salario que se les tassa.

Iudices M. C. non administrent vltra tempus præfixum in cap. regno conceſſ. & stent sindicatui h. d.

Idem ibidem n. 27. L. XXIV.

Y Paraque los Ieczes de la gran corte no esten mas tiempo en la administration de dichos officios de lo que esta proueido por capitulos del reyno, mandamos que è quellos se guarden, y conforme à ellos tengan el sindicado.

De

De conseruatore Sigilli M. C. V. Tit. XVI.

Non indiget summario.

1586. *Ferdin. I. Rex inter Priu. Neap. fol. 171. ad. cap. 302. L. I.*

Item che tutte essecutioni decreti super appretio, assistentie de beni posti in la città di Nap. & suo distritto, de Sigillo se paghi solo vn grano pro quolibet, & se intenda anchora de presetatione de processo in la appellatione. Placet R.M. & mandat quod perceptor iurium sigilli dictæ vicariæ cogatur ad redditionem computi, in camera summariæ, & ad restitutionem eius quod vltra debitum exegerit.

Moderantur sigilli M.C.V. diritus, vt infra.

1498. *Pedrit. Rex inter Priuil. Neap. fol. 30 L. II.*

Conamur quotidie nobilium, & aliorum omnium ciuium magnificę, & fidelissimæ ciuitatis nostræ Neap. supplicationibus, vt tenemur, annuere, illosque beneficijs, & commoditatibus prosequi, & vt optimum principem decet, & erga suos subditos, & fideles, liberalitatem, atque munificentiam exercere, cum igitur superioribus mensibus, pro parte prefatorum nobilium, & ciuium omnium aliorum dictæ ciuitatis Neap. maiest. nostr. supplicat. fuerit, vt introitus, & diritus sigilli magni, quo magna nostra curia vicariæ vtitur, pro interesse, & vtilitate publica moderari dignaremur, per nos tunc non fuit aliter prouisum, in præsentiarum vero volentes, quantum in supplicationibus ipsorum condescendere, habita super ijs nostri consilij deliberatione matura, introitus & iura dicti sigilli, pro futuro interesse, & vtilitate publica dictę ciuitatis moderauimus, prout tenore præsentium, de certa nostra, moderamus, taxamus, & reducimus, modo, & forma inferius descriptis, & notatis. Moderatio sigilli magni in magna curia vicariæ, pro ciuibus Neap. In primis exigatur pro executorijs a decem ducatis nisra carolenus vnus. Item à decem ducatis vsque ad quinquaginta soluantur caroleni duo. Item à ducatis quinquaginta vsque ad centum soluantur caroleni quatuor. Item à ducatis centum vsq; ad mille soluantur caroleni sex. Item pro captura personæ, & inhibitorijs soluantur duo caroleni. Item pro littera rescriptionis seruetur quod dictum est de executorijs, quo ad exteros, quo vero ad ciues iuxta formam capituli Neapolitani concessi per bonæ memoriæ regem Ferdinandum primum, quantum vero ad sigillum paruum, exigatur prout hactenus exactum fuit, & in præsentiarum exigitur, & pariformiter obseruetur prout hactenus obseruatum fuit in exactione, & solutione sigilli magni prædicti, quo ad exteros. Sed dicta moderatio, quo ad ciues intelligatur. Et vt moderatio, & taxa dicti sigilli per nos vt supra declaratę, & notatę deinceps, omni futuro tempore obseruentur, illustr. & charissimo primo genito don Ferdinando de Aragonia duci Calabriæ, & vicario generali intentum nostrum declaramus, mandamusque illustribus, & spectabilibus magnificis nobilibus, & egregijs viris magistro huius regni iustitiario, eiusque locumtenenti, regenti, & iudicibus magnæ curiæ vicariæ, cæterisque vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris, maioribus, & minoribus, quocunque officio auctoritate, titulo, & potestate fungentibus, dictique sigilli detemptori, conseruatori, & alijs omnibus ad quos, seu ad quem spectat, & spectabit, præsentesque peruenerint, & fuerint præsentatę quomodolibet, præsentibus, & futuris, quatenus forma præinsertæ sigilli moderationis, per eos, & vnumquemque ipsorum diligenter attencta, illam obseruent, & obseruari faciant, & mandent indiminute, nec contra illam quicquam attenctare, aut innouare presumant, aut attenctari, & innouari permittant, cum ita de nostra mente procedat, & contrarium non faciant si pre fatus illustrissimus dux nobis morem gerere cupit, cæteri vero gratiam nostram caram habent, iramque, & indignationem no-

nostram, ac pęnam ducatorum millium, & duorum cupiunt non subire, in quorum fidem, & testimonium pręsens priuilegium exinde fieri fecimus, magno ma. nostræ sigillo pendenti munitum.

Conseruatori sigilli M. C. V. ipso audito taxentur dirictus, & deputetur hora qua ille debet esse in palatio. h. d.

1566. Philip. II. Rex prag. 39. de off. M. Iusti. num. 9. L. III.

PAraque en la esigentia del Sello de la Vicaria, non se puedan cometer fraudes, ni hazer estorsiones, mandamos, y proueemos, que con interuencion de los Regentes la Cancellaria oyda primiero la parte se haga pandetta dello, que sea iusto, y conueniente, y que à quella se obserue inuiolabilmente, y para que à las partes que à li negocian, non si dilaten sus espedicion sennalareis al conseruador del dicho sello las horas que serà obligado a reseder en Vicaria, para el esercitio de su officio.

De Actuarijs, Subactarijs, et Accusatore contumac. in M. C. V. Tit. XVII.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 13. L. I.



Tem q nullus ex subactarijs fisci surgat de loco suo postquam iudices sederint, & similiter de alijs notarijs. qui scribunt in alijs locis curiæ præfatæ.

Actuarij faciant libros obligationum, & prouentuū & seruent h. d.

Rit. 24. L. II.

Induſtriam, ſollicitudinem, & diligentiam caſtellanorum noſtrorum quam in conſeruandis, & meliorandis caſtris, & demanijs noſtris habuerint, per ipſos cælſitudini noſtræ frequentius volumus intimari, vt quemadmodum iniuſtos, & iniquos pœnis affici, ſic bonos, & iuſtos imperialibus præmijs volumus decorari.

Magiſtri Iuſtitiarij, & Capitanei, ſi inuenerint quod Officialis aliquis per gratiam, aut odium admiſerit iniuſtum, vel receperit munus à litigantibus, etiam eſculentum, & poculentum, vel à non litigantibus receperit aliquid vltra eſculentum, & poculentum bis in anno, puniant vt hic, & pariter puniant attentantem corrumpere Iudicem.

Et ſi aliquid prædictorum admiſerint Magiſtri Iuſtitiarij, & Capitanei, Regi nuncietur. h.d.

Idem ibid. L. IV.

PRædictis præterea magiſtris iuſtitiarij, & capitaneis noſtris iniunximus, vt ſi inuenerint aliquem officialium noſtrorum, per gratiam, aut odium manifeſtum, iuſticiam detraxiſſe, ſeu pecuniam, ſeu iniectas, ſeu canes, aut accipitres, aut aliquid aliud præter eſculentum, aut poculentum, quod ad plus duobus diebus ſemel in anno tantum, ſibi ſufficiat recepiſſe, vt tamen à litigantibus nihil omnino, nec eſculentum recipiat, qui de iuriſdictione ſua ab aliquo litigante receperit, cum infamia priuatus officio, per ipſos bonorum ſuorum omnium confiſcatione, mulctetur Cæterum ſi ab alijs non litigantibus, qui tamen de iuriſdictione ſua ſint, officiales receperint aliquas res, accepta domino reſtituant, & in quadruplum fiſco noſtro damnentur. Litigator autem, qui iudicem aliquem dando corruperit, vel corrumpere promittendo voluerit; Etiam ſi bonam cauſam habeat, in ipſa ſuccumbat. Hoc idem in eiſdem capitaneis, & magiſtris etiam iuſtitiarijs, ſi contra prędictã prohibitionem noſtram receperint aliquid, volumus obſeruari. Et vt in talibus quibuſlibet, vel omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, vt officialis, cui in corruptelam ſui, promiſſionem fieri contingerit, promittentis nomen, & promiſſionis etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui per quem ad nos notitia perueniat, præcipimus nunciari.

De Iuſtitiarijs Prouinciarum, Reg. Audientijs, ac earum Officialibus in communi. Tit. XXVIII.

Iuſticiarius Prouinciarum habet iuriſdictionem, vt infra.

Federic. Imperat. Conſtit. lib. I. tit. de offic. Iuſtitiar. L. I.



IVſticiarij nomẽ, & normam ius, & iuſticia contulerunt, quibus quãto magis in nomine ſunt affines, tanto eorum veri, & ſolliciti debent eſſe cultores.

Hinc eſt, quod ipſorum iudicijs cauſæ capitales maximæ reſeruantur, & quod ipſorum officium debet eſſe gratuitum, nec ipſum licet alicui præcij venalitate mercari.

Quæ igitur ad ipſorum cognitionem pertineant, prædeceſſorum noſtrorum aſſiſijs comprehenſa, apertius diffinimus, Latrocinia ſcilicet magna furta, fracturæ domorum, inſultus excogitati, incendia, inciſiones arborum fructiferarum, & vitium, vis mulieribus illata, duella, crimina maieſtatis, arma molita, defenſæ impoſitæ, & contemptæ ab alijs, vel pro alijs ab eiſdem,

eisdem, & generaliter omnia, de quibus conuicti, pœnam sui corporis, vel mutilationem membrorum substinere deberent.

Magnum autem furtum accipimus vltra viginti augustales (etiam si ciuiliter de furto ipso agatur,) vt tamen etiam de quantitate minori coram iustitiario ad corporalem pœnam criminaliter possit accusatio intentari. Cognitionem ciuiliũ etiam causarum (in defectum etiam camerariorum, & baiulorum) ad officium suum pertinere cognoscant.

Defectus verò in camerarijs, & baiulis, tunc esse videtur, videlicet cum post duos menses (à die proclamationis ad ipsos factæ,) causæ eis à superiori commissæ fuerint, nec conquærentibus in rationibus suis satisfecerint, vt tenẽtur, & debent, nisi instructionis desideratæ necessitas terminum exigat largiorem.

Eadem per omnia obseruando in Dominis, de quibus constiterit infra prædictum tempus ad requisitionem superioris, vel mandatum nostrum, hominibus nolle facere iustitiæ complementum.

De feudis etiam, & rebus feudalibus ipsi cognoscant, præter quæstiones de castris, & baronijs, & magnis feudis, quæ in quaternionibus dohanæ nostræ scripta sunt, quæ omnia singulariter cognitioni nostræ curiæ reseruamus.

Iustitiarij non sint de Prouincia, neque incolæ, neq; in ea habentes maiorem partem bonorum, neque dotem, vel parentelam per se, vel filios.
Idem de Assessoribus & Notarijs.
Non assumant familiares de Prouincia, aut incolas in ea.
Non cognoscant de causis criminalibus familiarium assumptorum ante adeptum officium, si sunt de Prouincia vel in ea incolæ.
De causis vero familiarium assumptorum post officium iustitiam ministrent non cognoscant de feudo, & parte feudi. h.d.

Idem const. lib 1 tit. de iustitia. Assess. & actorum Notar. &c. L. II.

IVstitiarij per prouincias statuantur, qui non sint de prouincijs, quas sibi munificentia nostra decreuerit, oriundi, nec in eis habeant incolatum, nec maiorem fortunarum suarum partem statuerint, vt assolet in eisdem, nec ibidem per se, aut filios suos (præsertim acceptis in dotem rebus immobilibus) cõtraxerint parentelas. Assessores etiam, & actorum notarios de decretis sibi prouincijs oriũdos, vel qui in prædicta causa fuerint, eisdem saluberrima prouisione, negamus, & illud adijcimus, vt post assumptum officium, originarios, siue municipes in destinatis sibi prouincijs in familia non assumant; nec ante magistratum susceptum assumptis, de criminibus & offensis contra eos ante suum officium perpetratis, iustitiam audeant ministrare, nec aduersarios eorundem ad querelam ipsorum coram sua præsentia venire compellant. Nullo per hoc præiudicio familiaribus suis conqueri, vel accusare volentibus in causis, quarum cognitio præsenti nostra constitutione differtur, in posterum generando. De criminibus autem violentis, & iniurijs illis post assumptum officium illatis, de quibus ad eos cognitio pertinet, eis, sicut omnibus de iurisdictione sua, iustitiam ministrare procurent. Deinde generaliter prohibemus, vt in ciuilibus causis, præterquam de feudis non quaternatis, seu parte feudorum ipsorum, nec principaliter, nec per appellationem, officium suum aliquatenus interponant.

Iustitiarij discurrant Prouincias, regant Curias, causarum committant audientiam, eas decidant, puniant delicta fragrantia, & procedant contra latrones, & publicos homicidas vt hic. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. qual. iust. se ger. deb. L. III.

IVstitiarij non per Calendas, vt assolent hactenus, sed continue curias, per se, vel per alios iudices suos, quibus nihil aliud, quam audientia quęstionum, debebit committi, regere debeant, causas audiant, & decidant.

Ciuitates, & loca suarum iurisdictionum continua discursione, perquirant; prouincialium dispendijs, ipsos ad remota loca propter iustitiam non vocando, quantum salubriter poterunt, parcituri. Fragrantia maleficia non vlterius protrahant, sed ipsa in locis, in quibus ea perpetrata repererint, punientes maleficos, vt puta famosos latrones, & fures, qui male-

leficia sua nulla nequeunt tergiuersatione celare, publicorum itinerum aggressores, seu quoslibet recentes, & publicos homicidas, per nemora forsitan fugitiuos, vel aliter latitantes, ob conscientiā criminum patratorum, per se, interdum per alios (expensa) etiam, si viderint expedire, de curiæ nostræ pecunia, diligentissimè perquisitos, nullis dilationibus, seu accusationum solemnitatibus expectatis, si deferentes, vel accusantes defuerint, de prouincia, pœna legitimæ seueritatis, extirpent, nec præsumptioni temerariæ, per nos alicuius nostrorum officialium, credatur attribui, id quod officij sui debito, ad plenitudinem suæ authoritatis adiunxerit.

Iustitiarij pro sententijs non exigant, nisi vt infra, non grauent subditos laboribus, & sumptibus.
Notarij actorum recipiant pecunias prouenientes ex officijs iustitiariorum, & faciant apochas de receptis. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. eod. Const. causas alias L. IIII.

NEc illud omittimus quod occasione faciendarum curiæ prouisionū pro sententijs proferendis, partes vltra debitum non aggrauent, nec ipsos per prouincias trahendo post curiam, propter hoc, laborum, & sumptuum vexatione fatigent.

Sed illas prouisiones reputent competentes, quas iudex, & notarius actorū, qui apud eos fuerint, sufficere, pro negociorum qualitate, censebunt.

Prædicti autem actorum notarij, & nō iustitiarij, sicut olim pæcuniam omnem, tam ex prouisionibus, quam vndecunq; ex iustitiariorum officijs prouenturam, ad generale pondus recipiant, & conseruent.

Et de receptis, infra diem receptionis, gratis faciant apodissas, & ipsi recipiant antepocham de solutis.

Iustitiarij regionum nihil recipiant, nisi à non litigantibus esculentum, & poculentum.
Idem de officialibus, & familiaribus eorum.
Idem in Magistratibus inferioribus. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. vt Iustit. & Vni. offi. seu ipso. famil. &c. L. V.

APud iustitiarios regionum, & omnes alios inferiores magistratus, & iudices difficultas, & ordo Cancellariæ, quem specialiter in magna curia nostra seruari mandauimus, nullatenus obseruetur, nisi quo ad hoc, vt nec ipsi, nec officiales, aut familiares eorum aliquid ab impetrantibus, seu litigantibus omninò recipiant, nec esculentum, nec poculentum, etiam infra triduum consumandum.

Quod si contra præsentem constitutionem nostram, aliquid recepisse fuerint, dilucida probatione, conuicti, si quidē pæcuniā, equos, aut quælibet animalia, arma, vel huiusmodi præciosa a litigantibus, aut non litigantibus, vel impetrantibus, præter esculentum, & poculentum, quod infra duos dies consumendum proximos, semel tantum; dum in loco permanserint recepisse sufficiat. Et si à litigantibus, aut impetrantibus esculenta & poculenta, seu ioiectas, aut donationem recepisse, vel promissionem de eis, admisisse probetur, spoliati honoris cingulo, cum infamia eorum, quæ in donatione, vel promissione receperint, tanquam manifesti fures, quadruplum curiæ nostræ componant.

Præsides Prouinciarum cognoscant de feudis non quaternatis, nisi ad sit specialis prouisio Regis, & audito Fisci patrono compilent. processum, & transmittant decidendum ad Regem. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. vt Iustit. hab. cer. aduo. L. VI.

PRæsides prouinciarum de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus, quæ à curia nostra tenent, nisi destitutiones, nobis specialiter mandantibus, factæ sint, suo iure cognoscāt, instituto procuratore pro parte curiæ nostræ, præsentibus fisci patrono, ac procuratore rerum curiæ nostræ, qui in prouincia commorātur, & ipsas vsque ad calculum sententiæ diffinitiuæ perducant, deinde causas instructas, dato parti petitoris peremptorio termino, ad nostram curiam transmissuri.

Propter breuitatem non summatur.

Idem Const. lib. 1. tit. eod. L. VII.

IVstitiarij de cætero non compellant sibi continuo baiulos locorum assistere, cum discreta sint eorum officia, nec vnius exercitium debeat per alium impediri.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. sub tit. nesill. pro pat. Const. Iustitiarios Region. L. VIII.

Cęterum ad hoc vt iustitiarij ipsi cum personis sibi per nostram curiam deputatis, in dispendium rei familiaris, suis laborare dispendijs, non cogantur, per speciales, sacræ nostræ celsitudinis officiales, prout status cuiuslibet pro tempore fuerit, statuimus eisdem in expensis annalibus, & sufficientibus prouideri.

In qualibet prouincia sit vnus Iustitiarius cum vno Iudice, & Notario, & vnus Magister Camerarius. h. d.

Idem const. lib. 1. tit. vt null. offi. cog. L. IX.

OCcupatis nobis circa totius reipublicæ nostrę curas, delitiosum nihil, aut modicum cogitantibus, non sunt laborum additamenta, sed requies, quæ de componendo statu regni nostri Siciliæ, cogitamus, vt pote, cum inter cætera, quæ iuribus nostris paternæ successionis reliquit debitum, vel fortunæ fælicitas acquisitionibus, post modum aggregauit; Regnum Sicilię prę cęteris, velut electum quoddam viridarium inter agros, cura præcipua colere disponamus, ad illud potissimum satagentes, vt eradicatis in totum amaritudinis fructibus, & nociuis, in eo pacis, & iustitiæ robora affluant, & prouide nutriantur, vt sit admirantibus omnibus similitudinis speculum, inuidia principum, & norma regnorum, cum statum pacificum populorum iustitia roboret, & ordo decoret, id ordinatum fore præuidimus, iustitiam ordinare, quam copiose mandauimus regni nostri fidelibus ministrari. Vt non tam ordo, quam copia, sacrum, & prouidum nostræ voluntatis propositum, præconizet. Ad cuius consumationem, cura perspicua laborantes, necessarium duximus, officialium omnium, per quos iustitia colitur, & culta petentibus ministratur, taxare tempus officij, & numerum pręfinire, ne vel confusio numeri pluribus præstet prædę materiam, vel infinitas temporis, crassandi licentiam tribuat longiorem. Statuimus igitur vt per prouincias singulas, quæ certis iustitiariatuum, & camerariatuum terminis limitantur, non plures, quam vnus iustitiarius, & vnus magister came. ordinetur, quorum iuditiarius quilibet iudicem vnum continuum, & notarium vnum actorum habebit.

Non indiget summario.

Carol. I. Rex cap. 39. L. X.

ITem iustitiarij, vel alij pro parte ipsorum, nihil recipiant pro sigillo cuiuscumque litteræ sigillandæ per eos. Et si contra fecerint, restituant illi, a quo ceperint, rem receptam, cum damno, & quadruplum curie. Et propter hoc iustitiarij, & alij officiales custodiant sigilla sua secum, vt se super hoc, excusare non possint.

Iustitiarij discurrant prouincias puniant malefactores, & præsertim repertos in crimine fragranti, non grauent subditos. h. d.

Idem cap. 42. L. XI.

QVod decretam tibi prouinciam frequenter in continua discursione perquiras, Deum, & beneplaciti nostri votum habendo præoculis, vniuersis, & singulis in iurisdictione tua, potissime ecclesijs, & personis miserabilibus, sine fraude, iustitiam ministrare, pupillis, orphanis, & viduis, & prouincialiũ dispẽdijs parcẽdo, ipsos ad remota loca, ꝑ iustitia non vocando, nec trahendo post curiam, per te quantum poteris, cum salubritate procures; Expediendo, quam cito poteris, conquerentes infra terminum sacris constitutionibus comprehensum. Item quod malefactores omnes, ad hoc quod excessus, vel maleficia in prouincia tibi decreta, commissa nulla transeant impunita, iuxta criminum, & excessuum qualitatem, punire intendas. Specialiter autem

autem fragantia maleficia, in longum non protrahas, sed ipsa in locis, in quibus perpetrata reperies, studeas sine dilatione punire.

Iustitiarij, eorumq; officiales, & familiares non emant, aut auferant vinum ab inuitis, neque sigillent vegetes.
Idem in Baronibus, & alijs sequentibus Curiam. h.d.

Idem cap. 49. L. XII.

ITem iustitiarij, stipendiarij, familiares eorum, & alij officiales, vinum non emant, vel auferant ab inuitis, nec vegetes consignent, sed a sponte vendentibus vinum recipiant, soluto prius vini precio, quo melius poterunt conuenire, & quo cõmuniter venditur in terra, in qua morantur, sub pena tanti precij, quanti valet vinum, quod est in vegete sigillatum. Et patronus possit remouere sigillum, remanente vino patrono. Idem etiam statuitur de terrerijs, & quibuscumq; alijs, sequentibus curiam, sub pena vnius vnciæ, si contra factum fuerit, pro qualibet salma vini.

Non indiget summario.

Carol. II. Vicar. Regn. cap. 127. L. XIII.

ITem statuimus, quod iustitiarij, magistri procuratores, & officiales alij maiores in prouincijs, quas ad administrãdum susceperunt, equos, palefridos, mulos, nec per se, nec per suppositas personas, emere valeant; Sed si illis forte indiguerint, ad alias prouincias extra iurisdictionem ipsorum pro emendis transmittant, nisi de prædictis animalibus emendis pro parte curiæ, mandatum receperint speciale.

Non indiget summario.

Idem cap. 129. L. XIV.

ITem statuimus, quod iustitiarij secreti, & alij officiales, pro sigillandis litteris, nihil exigant pro sigillo, sed seruetur forma constitutionis, seu capituli, de nouo in his editi per dominum patrem nostrum. Iustitiarij tamen recipiant a iudicibus, magistris iuratis, pro sigillandis litteris eorum officij, secundum formam subscriptam, videlicet pro qualibet littera iudicis. tar. 12. pro qualibet littera magistri iurati tarenos 12.

Iustitiarij & alij officiales denuncient delicta vt hic, & habito responso consultius inquirant.

Carol. II. Rex cap. 143. L. XV.

SVbiungendo quoque præcipimus, vt Iustitiarij regionum, & officiales cæteri, merum habentes, & mixtum imperium, iudices, & assessores eorum, sub iuramento per eos de officio præstito, & pena periurij, singulis duobus mensibus, nobis in regno agentibus, vel in nostri absentia nostro Vicario, aut magistro iustitiario, seu suo Locumtenenti, & iudicibus Magnæ Curiæ nostræ denunciare in scriptis debeant omnia crimina, in quibus nullus coram eis accusator apparet, quæ in sua iurisdictione commissa dici cognouerint, & ex quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abscissio habet infligi, cum debitis circumstantijs criminum commissorum, qualitate, & conditione illorum, qui exinde infamãtur, & personarum contra quas commissa dicuntur, vt secundum mandatum nostrum, vel nostri vicarij, aut magistri iustitiarij, seu sui Locumtenentis, & iudicum, ad inquisitionem specialem consultius procedatur.

Iustitiarijs, Iudicibus, & Actuarijs duplicatur salarium soluant nonuplum fraudantes Curiam, & duplum aliquid illicitè à priuatis accipientes, & luant pœnas corporales. h.d.

Idem cap. 186. L. XVI.

AD hoc volentes, vt iustitiarij, iudices, & actorum notarij, eorundem, manus seruent, in officiorum suorum exercitio, mundiores, nec vlla eis ad corruptionis lapsum supersit occasio, quia ob paucitatem gagiorum suorum, eis per curiam statutorum hucusque receptionem munerum vetitorum, vel exactionem aliã minus sibi forsitan (cum obliquo tamen iudicio) existimabant illicitam, præsenti edicto robur perpetuum habituro, statuimus, quod eisdem iustitiarijs, iudicibus, & notarijs huiusmodi solita gagia, ex nũc de

fiscali pecunia duplicentur. Et si qui eorum in receptionem, vel exactionem prædictam, seu pecuniæ curiæ subtractionem, deliquerint, pro his quæ fisco subtraxerint, nonupli, pro his vero, quæ illicitè susceperint a priuatis, quadrupli pęna mulctentur, præter corporales pęnas, eis pro nostro arbitrio infligendas.

Iustitiarij cognoscunt de causis ciuilibus habentium electionem fori, & forum eligentium. h.d.

Robertus Rex cap. 205. L. XVII.

QVia nulla legis sanctio, quantumcumq; lata, perpenso consilio, ad humanæ naturæ varietatem sufficit, seu terminationem lucidam eius nodosæ ambiguitatis attingit: eo quod nihil adeo certum, clarumq; statuitur, quin per dubitationem sollicitam, in dubium verteretur, in emergentibus omnibus, vbi nodus se dubitationis ingereret, vel anfractus, necessaria est superioris præsidentis auctoritas, vt per declarationes, opportunum iudicium tollat, ambigualites auferat, altercationes diminuat, & obscura succidat. Sane diebus proximis, astuta, non minus, quam sollicita quorundam excitatio reuocauit in dubium; Si ecclesiæ, ecclesiasticæue personæ, pupilli, viduæ, & miserabiles aliæ, possunt in ciuilibus causis coram Iusticiario regionis aduersarios trahere speciali priuilegio permittente, ex eo præcipue, quod regni constitutio, Iustitiarijs de ciuilibus cognitionem generaliter interdicit. Nos igitur habito super his plurium sapientum, & examinato consilio; quia concorditer, & determinate comperimus, Iustitiarios de causis ipsis cognouisse, & sic sine contradictione aliqua obtentum fore diutius, & diuturnis temporibus obseruatum: ex obtentione, & obseruatione protracta, alijs etiam rationibus non omissis, declarando decernimus, & interpretando constitutionis p̄dictæ tenorē expresſius iudicamus, Iustitiarios regionum de priuatis causis ciuilibus præfatarum personarum, speciali priuilegio permittente, posse cognoscere: cuius declarationis, & interpretationis efficaciam, tam in futuris, quam in pendentibus negocijs, locum præcipimus obtinere.

Volumus igitur, & deuotioni tuæ perpetuo decernendo iubemus, vt prædictarum nostrarum declarationis, & interpretationis decretum, & iudicationis seriem, inquantum ad vestrum spectat officium, vel spectabit imposterum, seruetis tenaciter, & sine transgressionis iniuria, inuiolabiliter teneatis. Vt autem nullus vestrum, qui pro tempore fuerit in hoc ignorantiæ causam valeat allegare, mandando subiungimus, quod quilibet tempore depositionis officij, prædictam declarationis, & interpretationis seriem, vnus assignet alij in pendenti.

Iustitiarij Prouinciarum possunt regere Curiam, etiam in Terris, in quibus sunt deputati Capitanei per Regem, seu Reginam. h.d.

Idem Barrassio de Barrassio Iustit. Prouin. Capitanita. cap. 245. L. XVIII.

VT exercitiū per te in ea, qua prees prouincia, reddendæ iustitiæ, obstantis impedimenti dispendium, ex causa contingente, non sentiat, & alicuius protractionis incommoda præiudicialiter non incurrat; præsentium tibi tenore concedimus, vt si quando te dictam ambulando prouinciarum, tuæ iurisdictioni commissam, ad terras, & loca, in quibus Iustitiarij, & Capitanei per nostram regalem curiam sunt statuti, & ad terras, etiā Sanciæ Reginæ consortis nostræ charissimæ, ac Ducissę filię nostræ, fratrumque nostrorum declinare contigerit, non obstante, quod tuæ iurisdictioni non subsunt, curiam ordinare, & regere valeas, & in singulis, tuæ iurisdictioni subiectis, ministrare iustitiam, prout ad tuum officium dignoscitur pertinere, dummodo præsens nostra concessio, non trahatur ad protractionis indebitæ, vexationes illicitas subiectorum.

Officiales videlicet Iustitiarij, & Capitanei, Iudices, assessores, & Notarij non seruiant per substitutos neq; officia emant, aut vendant, iuramentum præstent iuxta cap. Reg. h.d.

Ioanna Regina cap. 276. L. XIX.

ITem quod prædicti officiales Iustitiarij videlicet Capitanei iudices, & assessores,

res, actorumq; notarij, in officijs, ad quæ sunt deputati, nequaquam faciant, seu facere possint eorum substitutos in officijs ipsis, neq; per eorum substitutos seruiant in officijs memoratis, neque officia sibi commissa, sub quocumque quæsito colore emant, aut vendant, nec vendere, aut emere præsumant, publice, vel occulte: & proinde iuramentum præstent, singulariterque iurent secundum formam capituli Regni quod incipit. Item recipiāt iuramentum &c. eiusdemq; capituli tenor in omnibus obseruetur.

Iustitiarij, Capitanei, Iudices, assessores, actuarij, eorumque familiares, non recipiant munera ab vniuersitatibus, etiam sponte dantibus. Neque etiam esculenta, & poculenta; A particularibus possunt hæc, & non alia munera recipere. h.h.

Eadem Regina cap. 277. *L. XX.*

ITem quod prædicti officiales Iustitię scilicet Capitanei, iudices, actorumq; notarij, stipendiarij & alij officiales eorum, nulla recipiant dona ab vniuersitatibus terrarum, & locorum commissorū eis officiorum, nec etiam expensas, nec esculenta, nec poculenta, etiam à sponte dātibus, nec aliqui recipiant huiusmodi dona, sub eo prætextu, quod non accedant ad terras, & loca ipsorum, neque etiam recipiant a specialibus personis terrarum, & locorum, officiorum eorundem; nisi tantummodo esculenta, quatenus eis per constitutiones, & capitula regni permittitur, & non vltra.

Iustitiarij Prouinciarum possunt morari, & iustitiā ministrare, etiam in Terris Baronum salua eorum iurisdictione in ciuilibus. h.d.

Ead. Regina cap. 281. *L. XXI.*

ITem quia (sicut habetur per capitula regni) iustitiarij tenentur discurrere prouincias, & per singula loca circuire illas, ad purgandum illas malis hominibus, & pro iustitia singulis ministranda. Et vt iustitiarij non habeant occasionē terras & loca demanij, & ecclesiarum (prout consueuerunt modernis temporibus) durioribus extorsionibus, & oneribus aggrauandi.

Prouidet Domina, tam pro honore suo; quam pro debito iustitiæ cum effectu, quod Iustitiarij, & officiales cum eis deputati, possint discurrere prouincias, & perambulare; stare; & commorari per terras, & in terris comitum, & baronum, aliorumque magnatum, ad iustitiam ministrandam in illis, prout tempore claræ memoriæ Domini Regis Roberti extitit hactenus obseruatum: Et quod possint in illis eorum officium exercere, sicut in terris demanij, & ecclesiarum. Salua iurisdictione causarum ciuilium, & alijs, quæ eisdem comitibus, baronibus, eorumque officialibus competere dignoscuntur.

Non indiget summario.

1505. *Ferdin. Cath Rex inter Priuil. Neap. fol. 58. a t. cap. 9.* *L. XXII.*

ITem che V. Cattolica Maestà ordina li gouernatori prouintiali con li auditori, li quali habbiano a fare giustitia in le prouintie, secondo era solito in tempo delli Serenissimi Rè passati, quali Gouernatori siano homini de autorità, & esperientia, & li auditori letterati, & modesti. Placet Regiæ ma.

Gubernatores Prouinciarum non faciant residentiam, in terris Baronum in quibus Barones, aut Baron. Filij resident, nisi vt infra.

Gubernatores Prouinciarum sint Iudices competentes arrendatorum, exceptis casibus vt infra.

1508 *Comes Ripæ Cursiæ Prorex inter Priuil. Neap. fol. 67. at. cap. 23. 25.* *L. XXIII.*

ITem che per alcuni Gouernatori de Prouincie, o loro Tribunali se metteno a stantiare in le terre, & lochi, doue li Baroni, o loro mogliere, ouero figli fanno loro stantie, o residentie, in molto pregiuditio delli Baroni, & interesse, & spesa delli populi. Se supplica V. I. S. che per la espeditione del presente capitulo se degni ordinare, che li prefati Gouernatori, Auditori, o loro officiali, non debbiano stantiare in dette terre, se non di passata, per vna sera, & in le altre terre de Baroni, subsistente vrgentissima causa, non più de doi o tre dì, senza dare grauezza, & dispen-

ſpendio a li poueri populi. Pla. ſuæ I.D. niſi iuſta cauſa ſubſiſtente, & infra.

Item atteſo che per lo paſſato quando ſe ſono fatti arrendamenti per la Regia Corte da alcuni diritti di eſſa, o per capitulo, che haueſſero hauuto li arrendatori con la corte, o per abuſo, li arrendatori ſono ſtati eſenti poſſerſe conuenire auanti li Gouernatori delle prouincie, doue eſſercitano loro arrendamenti, del che ne è reſultato grande intereſſe alli populi, li quali chi per impotentia, chi per difficultà de venire alla Camera della Summaria, ſono ſtati defraudati de conſequire quello li ſe deue, per tanto ſe ſupplica V.I.S. ſe degni per la preſente decretatione ordinare, che tutti, & ſinguli officiali de'detti arrendatori, quali forte in poſterum ſeranno, che li Tribunali delli Gouernatori Prouinciali poſſano conoſcere, tanto in ciuile, come criminale, o miſte, ſenza che ſia rimeſſo alla prefata Camera, dummodo li conuenti non ſiano Napolitani, o habitanti in eſſa. Placet ſuæ I.D. quod de dixis arrendatoribus, & eorum officialibus vltra dictam a Ciuitate Neapolis extantibus, & commorantibus cognoſcant officiales Regij locorum, & prouintiarum, exceptis cauſis concernentibus adminiſtrationes arrendamentorum, quo vero ad præſentes arrendatores, durantibus eorum arrendamentis, quia aliter eſt concordatum, Regia Camera Summariæ expediet prouiſiones ad id oportunas.

In qualibet Prouincia adſit Gubernator cum vno, vel duob. Auditor. & cognoſcat de primis appellationibus interpoſitis a decretis Capitaneorum, & ab ipſo Gubernatore appelletur a S. R. C. vel ad M. C. V. ſaluis iuribus Baronum.

Prag. 7. de off. S. R. C. L. XXIV.

PRo minori noſtrorum litigantium ſubditorum diſpendio, volumus in ſingulis prouincijs noſtri Siciliæ Regni Præſidem vnum, ſeu Gubernatorem deputari, cui peritus iuris Auditor aſſideat, vel vnus, vel duo, prout hactenus fieri conſueuit, qui de primis cauſis in primis a ſententijs prolatis a Capitaneis appellationibus, decreta ſibi in Prouincia, cognoſcat, a quorum ſententijs ſi quis prouocauerit ad Neapol. Conſilium, vel ad Magnam Vicariæ Curiam, prout maluerit, prouocare valeat, ordine ſuperius enarrato, Priuilegijs a nobis Baronibus conceſſis, confirmatiſq; ſemper ſaluis.

Gubernatores Prouinciarum per triennium, Auditores per biennium Capitanei, & Aſſeſſores per vnum annum officia exerceant, & nullatenus confirmentur h. d.

1518. Ioan. Regina. & Carol. filius Prag. 1. de off. Iud. nu. 1. & 2. L. XXV.

DEcet nos, quibus ne dum recti regiminis, & adminiſtrationis iuſtitiæ, verum etia bonę gubernationis, conſeruationis, & defenſionis Regnorum, Terrarum, & dominiorum noſtrorum cura ab alto commiſſa eſt, tales in adminiſtratione iuſtitiæ præficere perſonas, talique modo ordinare exercitium eorum, taleſq; leges, & obſeruantias ipſas, ac Caſtellanis Caſtrorum noſtrorum Capitaneis, militibus tam grauis, quam leuis armaturæ, ac peditibus ponere, Itaque circa recuperationem, & conſeruationem redituum noſtrorum, & alia ad conſeruationem, & defenſionem Regnorum noſtrorum neceſſaria prouidere, quod iuſtitia in ipſis Regnis recte adminiſtretur, & exercitium officiorum noſtrorum inter noſtros ſubditos diſtribuatur, noſtriq; officiales ſyndicentur continue, & milites vtriuſque armaturæ ſint habiles, & apti ad militiam, & ne alijs officijs, ſed ſoli militiæ ſe intromittant, vt omnia ad ſeruitium Dei, & noſtrum beneficium publicum, & rectam adminiſtrationem iuſtitiæ, bonam cuſtodiam, conſeruationem, & defenſionem Regnorum noſtrorum dirigantur, & ſi hoc in omnibus Regnis, & Dominijs noſtris facere debemus, multo magis in dicto noſtro Siciliæ citra Farum Regno, quod præſentia noſtra caret. Ideo tenore præſentis, deque noſtra certa ſcientia, deliberate, & conſulto, ad ordinationem, & reformationem præfatorum, Pragmaticas ſanctiones noſtras infraſcriptas, cunctis temporibus firmiter valituras, facimus, ſtatuimus, & ordinamus, in hunc qui ſequitur modum: Et primo quia intelleximus quod multi Gubernatores, & Auditores Prouinc. Capitanei

nei Ciuitatum, & locorum dicti nostri Siciliæ citra Farum Regni, minis, seductionibus, & alijs exquisitis modis, inducunt Prouincias, Ciuitates, & loca ad pro eis supplicandum, vt confirmẽtur, & continuentur, quod in maximum dedecus Diadematis nostri, & damnum Reipublicæ vertitur: Volentes propterea huic incommodo obuiare, censemus, statuimus, & ordinamus, quatenus de cætero nullus Gubernator, aut Auditor Prouinciarũ, Capitaneus, aut assessor dicti nostri Siciliæ citra Farum Regni, possit confirmari, aut continuari in dictis officijs, etiam ad supplicationem Prouinciæ, Ciuitatum, & locorum, sed tantum faciant officium pro vno anno, Gubernatores pro tribus, Auditores vero Prouinciarum per duos annos, & non vltra.

Tanto tempore Gubernatores, Auditores Prouinciarum, & Capitanei, atque Assessores vacent ab Officijs, quanto tempore ea administrauerint. h. d.

1518. *Iidem ibidem nu. 3.* *L. XXVI.*

ITem quia continuatio officij in vna, & eadem persona in maximum damnum Reipublicæ vertitur, & rationi consonum est, quod non semper vnus, sed multi officijs gaudeant, & officia inter subditos nostros distribuantur, cẽsemus, statuimus, & ordinamus, quod ille, qui habuerit officium in vno anno, vel per biennium, aut triennium, tanto tempore ab ipsis, & alijs similibus officijs vacare debeat, quanto tenuerit, & administrauerit dictum officium, & etiam quod Gubernatores Prouinciarum habeant, & administrent officia per triennium, & non vltra, & currat triennium illis qni habẽt priuilegia à Rege Catholico bonæ memoriæ, à die obitus sui, illis vero, qui habent priuilegia confirmationis nostræ à die datæ priuilegiorum, & de cetero talia officia, sub quauis verborum forma concessa dentur, sic intelligantur concessa.

Gubernatores, Auditores Prouinciarum, Capitanei, atque Assessores administrent officia per tempora infrascripta, non confirmentur, & vacent vt infra h. d. cum l. seq.

1518. *Iid. Prag. 2. de off. Iud. n. 4.* *L. XXVII.*

ITem, quia plerique Capitanei, & alij Regij officiales Ciuitatum, & locorũ Regni minis, seductionibus, & alijs exquisitis modis induxerunt dictas Ciuitates, & loca, ad supplicandum pro ipsorum officiorum confirmatione, & continuatione, in maximum damnum tranquillitatis, & libertatis ipsarum Ciuitatum & Terrarum, statuimus, & ordinamus, quod ab inde nullus Gubernator, Auditor, Capitaneus, vel Assessor dicti Regni possit confirmari in eius officio, nec illud quauis ratione (solito plus) continuare, etiam si pro illis, vel eorum aliquo supplicarint Prouinciæ, Ciuitates, vel alia loca præsentis Regni, sed tantum exerceant officia sua Gubernatores Prouinciarum per triennium, Auditores per biennium, Capitanei Ciuitatum, & Terrarum per annum vnum, ita quod nullo modo possint confirmari, nec prorogari, iuxta continentiam, & tenorem Regiæ Pragmaticæ, alias super hoc editæ.

1518. *Iidem Ibidem nu. 5.* *L. XXVIII.*

ITem, quia experientia cõpertum est, quod continuatio officiorum in eisdẽmet personis est damnosa, & inconueniẽs, eo maxime quia ratio suadet, quod officij administratio per omnes distribui possit, statuimus, quod hi, qui habuerint officium iustitiæ annale, biennale, vel triennale, non possint aliud simile officium exercere, quin prius vacent tantundem temporis, quantum dictum officium exercuerint, iuxta formam Pragmaticæ à præfata Maiestate super hoc editæ.

Gubernatores Prouinciarum non exerceant officia, vltra triennium, quod debet currere vt hic, & resideant personaliter h. d.

1518. *Iidem ibidem num. 6. 7.* *L. XXIX.*

ITem, quod Gubernatores Prouinciarum exerceant, & administrent dicta officia per tres annos & non vltra.

Item, quod illis quibus fuerint Priuilegia de dictis officijs à præfato Rege Catholico fœlicis recordationis concessa, currat tempus dicti triennij à die obitus suæ Maiestatis. Illis vero, qui obtinuerint à dictis Maiestatibus de ipsis officijs

officijs confirmationes, aut nouas concessiones, currat dictum tempus triennale à data confirmationum,& concessionum ipsarum. Verum tamen de cætero huiusmodi officia in forma supradicta censeantur concessa,& non alias,nec alio modo, etiã si sub quauis verborum forma,quantumlibet amplissima,concederentur,& quod dicti Gubernatores teneantur personaliter residere in prouincijs,sibi decretis, & delegatis.

Non indiget summario.

1518. *D. Raimundus de Cardona Prorex Prag. 1. de off. iud. præceden. l. decet. & l. & quia continuatio. sup. eod.*
L. XXX.

EA propter volentes,vt tenemur, Regijs obedire mandatis, vobis omnibus,& cuilibet insolidum mandamus,quatenus, forma præinserta Regiæ Pragmaticæ diligenter attenta, illam ad vnguem obseruetis,obseruarique faciatis,per quos decet iuxta ipsius seriem & tenorem pleniores publicarique, & affigi in locis publicis, solitis, & consuetis, ne quis possit ignorantiam allegare, nec secus agatis, sub indignationibus, & pœnis in eadem contentis.

Non indiget summario.

1518. *Idem Prag. 2. de off. iudic. præced. l. item quia. plerique l. item quia experientia. l. item quod Gubernatores sup. eod. L. XXXI.*

EA propter volentes Regijs (vt tenemur) obedire mandatis: Mandamus Illustr. Magno huius Regni Camerario, eiusque Locumtenenti, Præsidentibus,& Rationalibus Regiæ Cameræ Sũmariæ. Illust. quoque Prothonotario, Vice prothonotario Consiliarijs,&actorũ Magistris Sacri Regij Consilij, Illust. etiam Magno Iustitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ; Gubernatoribus insuper,& Auditoribus Prouinciarum, cæterisque officialibus,assessoribus, Vniuersitatibus,& personis quibuscumque, quarumuis Ciuitatum,Terrarum, & locorum dicti Regni,præsentibus,& futuris,ad quos spectabit,quatenus, seruata forma præinsertarum Regiarum Pragmaticarum, ne aliquid ignorantiæ in futurum possit allegari,publicari faciant in locis publicis,solitis,& consuetis,præsentes,forma,& tenore ipsarum diligenter attenta, illas ad vnguem in omnibus, & per omnia obseruent,ac obseruari faciant, per quos decet, iuxta ipsarum seriem pleniorem, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam præfatarum Maiestatum charam habent, & pœnam ducatorum duorum mille cupiunt euitare.

Gubernatores,& Auditores Prouinciarum sint biennales, absq; spe prorogationis. h. d.

1531. *Caroli. V. Imper. Prag. 3. de off. Iust.*
L. XXXII.

CVmque experientia, quæ rerum extat magistra, comprobatum sit quod inobseruantia dicti iuris dispositionis, causam dederit, vt plurimorum querelæ, Imperiales nostras aures impleuerint,quibus vt decet obuitare cupientes per hanc nostram sacram Regiam sanctionem, ordinamus, & mandamus, quod Gubernatores Prouinciarum, Auditores earundem Regni nostri Siciliæ citra Farum.qui nunc sunt,& pro tempore erunt,vltra biennium in eorum administratione officiorum,permanere non possint,& prouisiones ab inde dictorum officiorum ad biennium, sine spe prorogationis,fieri debeant,declarantes terminum dictorum duorum annorum improrogabilem fore, quo biennio finito à die adeptæ possessionis, pro priuatis reputentur, non obstante, quod in ipsorum commissionibus maior tempus reperiretur appositum.

Gubernatores, & Auditores Prouinciarum, alijq; Officiales. & Commissarij quoruncumq; Tribunaliũ nihil accipiant,vel petant pro expensis. h. d.

1532. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 1. de off. Iust. L. XXXIII.*

ESsendo la volontà della prefata Maestà,che le Città,Terre, & luoghi del presente Regno, tanto Demaniali come de Baroni, & li Sudditi di detta Maestà, siano releuati d'ogni indebita oppressione,

ne, s'ordina per questo & comanda, che li Gouernatori, & Auditori delle Prouincie, & altri officiali, ò Commissarij, tanto delle Prouinciali Audiētie, come di qual si voglia Tribunale, non habbiano da hauere, nè dimandare alle Terre, per doue passaranno ò staranno per cosa alcuna, le spese, nè per vn dì, nè per vna sera, quando vanno per lo detto Regno per le Città, Terre, & luoghi predetti, tāto de Demanio, come de Baroni, & che le Terre non li possano dare dette spese, & quello che contrauenerà, tanto dette Terre, come detti officiali, ogni volta cascarà alla pena di mille docati, & altra à nostro arbitrio reseruata, esigenda, & essequenda senza remissione alcuna.

Gubernatores Prouinciarum sint biēnales, prout Auditores stent sindicatui.
Non faciant expensas subministrari, vt infra.

1532. *Carol. V. Imper. int. Priuileg. Nea. fol. 88. cap. 4 L. XXXIIII.*

ITem se supplica vostra Maestà, le piaccia ordinare, che li gouernatori, & auditori delle prouincie di detto regno, siano pagati, & sodisfatti de loro prouisioni de camera, & non delli prouenti; atteso fanno molte extorsioni, & vsurpationi in le terre predette, per pagarnose de loro prouisioni, & li prouenti saranno della Maestà vostra, & se euitaranno dette extorsioni; & perche quando caualcano per le prouincie ad essi decrete, non solamente voleno dalle terre, & vniuersità stantia, strame, & letto, ma voleno le spese, etiam opulente, per se, & sua comitiua, & portano molta gente con loro, alcuni a loro arbitrio per tutto quello tēpo, che a loro piace, & altri ce vanno per tre dì in ogni parte, doue alloggiano. Per tanto se degni vostra Ces. Mae. ordinare, & commandare à detti gouernatori, & auditori, tanto quelli, che sono al presente, quanto quelli, li quali pro tempore saranno deputati in detti offitij, che poiche V. M. li paga loro prouisioni, che non debbiano pigliare spese in modo alcuno, etiam a sponte offerentibus, & soluentibus, & quando per loro se facesse instantia de volerle essigere, o farsele pagare, le città, terre, castelle, ville, & vniuersità, sindici, & eletti de quelle, & altri offitiali, etiam particolari di dette città, terre, castelli, & ville possano impune denegarcele, etiam auctoritate præsentis cap. & non incorrano in pena spreti mandati, nè in altra qual se voglia pena le fosse imposta, ò che se li imponerà dalli offitiali predetti, Cæs. & Cath. Maiest. quo ad salaria attinet, vt tollātur extorsiones per publicum edictum, ac pragmaticam inuiolabiliter obseruandam ordinarunt, & per præsentes ordinant, vt gubernatores prouintiarum sint biennales, quemadmodum auditores, & in fine biennij vtique stare debeant sindicatui, de expensis autem. Placet Reg. Maiesta. pro vt in præsenti capitulo continetur.

Non indiget summario.

1533. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 3. de off. iust. praeced. l. cumque experientia sup. eod. L. XXXV.*

EA propter volentes, vt tenemur, Cæs. & Cath. Maiestatum obedire mandatis, præcipimus & mandamus vobis omnibus supradictis, & cuilibet vestrum insolidum, quatenus, seruata forma præinsertæ Regiæ pragmaticæ sanctionis, illam ad vnguem, & inuiolabiliter, in omnibus, & per omnia, obseruetis, & exequamini, ac exequi, & obseruari faciatis per quos decet, iuxta ipsius seriem, & continentiam omni dubio & difficultate cessantibus, & contrarium non faciatis, sub ira, & pœnis in præinserta Regia pragmatica contentis, si eas cupitis euitare. In quorum fidem præsentes fieri fecimus, Regio à tergo sigillo impressas, præsentibus præsentanti singulis vicibus remansuris.

Non indiget summario.

1536. *Carol. V Imper. Prag. 5. de off. iudic. L. XXXVI.*

ITem quod Gubernatores prouinciarum, & Capitanei Regij Terrarum Demanialium, singulis sex mensibus, debeant dare notitiā Illustr. Vice Regi per

suas literas de omnibus delinquentibus, per eos banditis, & condemnatis, & de causis propter quas, & de tempore.

Non indiget summario.

1536 *Carol. V. Imper int priuil. Neap fol. 108. c. 1. L. XXXVII.*

IN Primis supplicano vostra Maestà Cesarea, che se degni ordinare alli Gouernatori delle prouincie, debbiano fare residentia in li lochi ordinarij, & soliti, senza dare grauezza alli sudditi, & essequire contra malfattori à spese della corte & non a commandamenti de popoli, con iactura delli poueri sudditi. Quantum ad primum placet. Quantum vero ad alia, seruetur constitutio Regni, &c.

Causæ appellationum à R. A. infra ducatos centum remittantur decidendę per Præsidé, cum consilio doctoris non suspecti h.d.

1540. *Idem Prag. 7. de off. S.C. L. XXXVIII.*

NOi vogliamo, & per la presente vi ordiniamo che da quì auanti non debbiate pigliare, ne far pigliare appellatione alcuna, che venga da nessuna dell'Audientie prouinciali da cento ducati à basso, cioè dell'Audientie di Calabria, Terra d'Otranto Bari, Apruzzo, & Basilicata, & dell'altre prouincie da ducati cinquanta, ma quelle rimettere sempre alli Gouernatori di dette audientie, che procedano nella causa di appellatione, con conseglio di Dottore non suspetto alle parti: Per tanto cosi l'essequirete, & farete essequire, che tal' è nostra volontà, & intentione, non facendo il contrario, se amate la gratia, & seruitio della Maestà Cesarea.

Non indiget summario.

1540. *Idem prag. 3. de Mun. off. L. XXXIX.*

GVbernatores prouinciarum, neque donatiuum hactenus ipsis dari consuetum a ciuitatibus, neque munera cuiuscunque generis, aut qualitatis, etiam rerum comestibilium, à suis Prouincialibus, etiam sponte offerentibus, accipiant neque per eos, neque per interpositas personas, neque eos ad portandum, conducendumq; sibi frumentum, ordea, ligna, paleas, vel alia quæcunque pro suis munitionibus compellant; & cum discurrunt visitando Prouinciam, neminem ad aliud quam ad ea, quæ per Regiam pragmaticam eis accipere licet, adstringant, circa quod dictam pragmaticam, aliasq; obseruantias Regni legitimas mandamus obseruari.

Interdicitur vniuersitatibus dare, Gubernat. & Auditoribus, alijsque offic. Prouinc. recipere aliquid exceptis esculentis, & poculentis h.d.

1547. *D. Pet. de Tolet. Pror. Prag. 4. de off. Iust. L. XL.*

QVamuis per Regias pragmaticas, & signanter per Regiam pragmaticam Cæsareæ Maiestatis, fuerit bene prouisum & consulrum populis huius regni, ne per regios officiales grauarentur in expensis, neque ad indebitas etiam solutiones compellerentur, & alijs indebitis extorsionibus vexarentur. Verum quia ex varijs quærelis, tam vniuersitatum, quam particularium per aliquos gubernatores prouinciarum, auditores, capitaneos Terrarum, assessores, magistros actorum, & alios officiales, tam ad administrationem iustitiæ, quam etiam ad exactionem iurium, & pecuniarum, ad regiam curiam spectantium, dictas regias pragmaticas, non solum, non obseruari, sed etiam exquisitis fraudibus eas circumueniri intellleximus. Et volentes pro obseruantia dictarum Pragmaticarum, vt decet, prouidere tollentes quoscunque abusus, & fraudes, & addendo etiam pęnas contra non obseruantes, irremisibiliter à contrauenientibus exigendas, statuimus, & mandamus, videlicet.

In primis quod gubernatores, & auditores prouinciarum, capitanei, assessores, Magistri actorum, & omnes alij officiales prouinciarum de cętero non audeant directe, vel indirecte, palam vel occulte recipere ab vniuersitatibus nomine donatiui in ingressu, vel digressu, vel durante officio, aliquam pecuniæ quantitatem, argentum, & aurum, sed solum esculentum, & poculentum, quod in

pau-

paucis diebus possit consumi, & iura per mittunt, etiam à volentibus, sub pœnis in dictis Pragmaticis contentis. & vltra volumus quod teneantur quadruplum restituere, videlicet, Simplum Vniuersitati, & triplum Regiæ Curiæ, & quod illi de Vniuersitate, qui interueniunt in dicta donatione, teneantur de proprio tantũ inremissibiliter soluere Regiæ Curiæ.

Gubernatores Prouin. pro iure sigilli, vel aliquo ordine nil accipiant, nisi iuxta solitum tempore Regis Catholici, ita quod non excedant caroleum pro quolibet sigillo, etiam super indulto.
Memorialia expedita non sigillentur, sed subscribantur ab auditore, absque solutione aliqua. h. d.

1547. *Idem ibid. nu. 2.* *L. XLI.*

ITem sub eadem pœna statuimus, & mãdamus, quod iura Sigilli Regij, quę prout intelleximus, exiguntur per Gubernatores Prouinciarum, vel per alios de ordine, seu permissione eorum, non possint de cętero exigi, nisi prout exigebantur, & in casibus quibus exigebantur tẽpore Regis Catholici immortalis memoriæ, & quod solutio pro quolibet sigillo non possit excedere summã vnius carlini argenti, etiam si essent super prouisione Indultus, siue etiam remissionis alicuius poenæ corporalis, ad poenam quadrupli, & quod Memorialia quæ expediuntur in dictis Audientijs, non sigillentur, sed loco sigilli signẽtur manu saltem vnius ex Auditoribus, vt signantur Memorialia quæ expediuntur in Consilio Collaterali, manu Regentis Regiam Cancellariam, absque aliqua solutione pro dicta firma.

Non indiget summario.

1547. *Idem ibid. nu. 5.* *L. XLII.*

ITem quod prædicti officiales, tam morando, quam equitãdo per Prouincias non possint recipere expensas victuum, nec possint capere bestias, neque ad equitandum, vel portandum victualia, seu alia onera, nisi soluto competenti salario, & quod dictæ bestię sint ad dictum vsum destinatæ, & solitæ locari.

Per tres leges prox. præced. non corriguntur Pragmat. alias editæ contra transgressores capiatur informatio, & denuncietur Regi. h. d.

Idem ibid. num 8. *L. XLIII.*

ET quia per præsentem Pragmaticã non est intentionis nostræ in aliquo Pragmaticas Retro Regum, nec Cæsareæ Maiestatis tollere seu corrigere, sed obuiare fraudibus, & contrauentionibus factis dictis Regijs Pragmaticis, & adiungere maiores pænas aduersum contrafacientes ex varijs causis, & coloribus exquisitis in illarum fraudem, quas mandamus inuiolabiliter exigi à contrafacientibus, & pro temporibus nobis beneuisis, cum diligẽtia capi informationem super in obseruatione dictarum Pragmaticarũ, qua informatione habita, & constito de inobseruantia, & ruptura dictarum Regiarum Pragmaticarum, & præsentis nostræ Pragmaticæ, prouidebitur de rigorosa executione poenæ, nullo habito respectu personarum: & vt nemini causetur ignorãtia huiusmodi nostræ Pragmaticæ, eam publicari in locis solitis, & consuetis vniuscuiusque Prouinciæ, mandamus, & quod affigatur in Curijs, seu Tribunalibus vbi ius redditur, & Audientiæ celebrantur:

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcala Prorex Prag. 7. de off. S. C. praced. l. pro minori sup. eod.* *L. XLIIII.*

HAs autem appellationes à sententijs Prouincialium Audientiarum Calabriæ Hydrunti, Barique, Aprutij, & Basilicatæ à ducatis centum infra, aliarum vero à quinquaginta ad earundem Gubernatores, cum Consilio Doctoris partibus non suspecti, remittendas esse volumus, quemadmodum sequenti Regia prouisione sic fieri debere videmus.

Sequitur tenor l. noi vogliamo sup. eod.

R. A. Principatus per annum habet facultatem torquendi, ex processu informatiuo, publicos delinquentes h. d.

1569. *Idem Gubernatori Principatus citra Prag. 41. de off. M. Iust.* *L. XLV.*

ATtalche possiate attendere alla buona, & presta espeditione della Giu-

stitia in questa Regia Audientia, & non si venga à dilatare, per la presente ci contentiamo di concederui si come vi concedemo la preeminentia della gran Corte della Vicaria, per termine di vn'anno, decorrendo dal dì della data della presente, la quale volemo possiate vsare in processu informatiuo contra disrobatori di strade publiche, assassini, & altri famosi delinquenti, con voto, & parere di questi Magnifici Auditori: Per tanto così lo potrete essequire, che tale è nostra volontà, ordinandoui, & commandandoui, per la presente, che à tempo che staranno per complire li detti dodici mesi, ce ne debbiate tenere auisati, attalche ve li possiamo prorogare, & quelli elassi non hauendo detta prorogatione, nō vsarete di detta preeminentia, senza licentia nostra in scriptis obtenta. Non facendo lo contrario, per quanto hauete cara la gratia, & seruitio della predetta Maestà.

Non indiget summario.

1616. Comes de Lemos Iunior Prag. 11. de de off. Iud. nu 32. L. XLVI.

IL detto Preside vogliamo che non possa publicar banni in nome suo solo ma con consulta, & in nome di tutta l'Audientia, però nelle cose di guerra possa farli emanare sotto il nome suo solo, con conseglio del suo Auditore se ne tenerà.

Non indiget summario.

1616. Idem ibid. num. 41. L. XLVII.

LE giornate che vacaranno pro Fisco li Presidi, Auditori, & Fiscali, se paghino per il Mastro de Camera, tassandosi prima per tutto il Tribunale conforme la Pragmatica, non ostante qualsiuoglia ordine in contrario, però ordinamo al Preside, & Fiscale ch'ogni sei mesi, mandi al Secretario del Regno la nota delle quantità che per dette cause sono state spese.

De Auditoribus Regiarum Audient. Prouincial. Tit. XXIX.

Auditores non recipiant aliquid pro decretis, & sententijs, & non retarden: expeditionem, alias Aduocatus, & Prot. Fisci Proregem certioremfaciat h.d.

1555. Cardinal. Seguntinus Prorex Prag. 6. de off. Iustit num. 22. L. I.



ITem quod Auditores prædicti, in Prouincijs pro tempore existētes, non possint petere, neq; accipere pro quibuscūque sententijs, seu decretis per ipsos prę̄standis, aut manus impositione, etiam in causis remissionum inquisitorum aliquod salarium, emolumentorum lucrum, seu candelas, aut sportulas, sed contenti debeant esse de salario eis à Regia Curia stabilito, curetque Aduocatus, & Procurator Fisci, quod propter emolumenta prædicta sublata, non retardentur expeditiones causarum, & si retardari viderint, teneantur Illustriss. & Reuerendiss. Dominum Locūtenentem generalem reddere certiorem.

Auditores resideant in R. A. & non discedant absq; ordine Proregis, nisi in casu vrgenti, cum voto omnium Offic. Tribunalis, & tunc præter commissa nihil expediant, alias causas expediant in tribunali, vt infra. h.c.

1556. Dux de Alcala Prorex Pragm. 7. de off. Iust. L. II.

INtendemo, che molte volte per l'assētia delli Magnifici Auditori di questa Regia Audientia, per andare per la Prouincia, se intertengono l'espeditioni delle cause delli poueri carcerati, & altre, che verteno in questa predetta Audientia, & così anco per espedirnosi cause per ciascuno di detti Auditori nelle lor case, sogliono succedere molti inconuenienti per non ci esser inteso il Magnifico Auocato Fiscale, e per non ci esser presente l'altro Auditore giontamente con il Gouernatore, & altri officiali dell' Audientia: Al che volendo prouedere, per quello cōuiene al seruitio di sua Maestà, & beneficio publico di detti carcerati, & altri, che tengono cause nella Audientia predetta, ci è parso per la presente

te ordinare, & commandare, che in modo alcuno da quà auanti nessuno Auditore debbia partirse dal luogo, doue la Regia Audientia fa residentia, senza commissione, & ordine nostro in scriptis, ò vero quando occorresse alcuno caso de importantia, per il quale bisognasse caualcarci vno Auditore, & serà concluso nel Tribunale di detta audientia, in presentia del detto Gouernatore, Auditori, & altri officiali di quella douerci andare alcuno de gli Auditori predetti, nel qual caso dispẽsiamo. Però volemo, & così ordiniamo, & comandiamo, che il tal Auditore nõ se intrometta in altra causa, che per quella, che serà concluso, che debbia andare, & espedita, & determinata c'haurà la causa predetta, se ne debbia ritornare nel luogho della residentia di detta Audientia, e non espedire causa nissuna fuora del Tribunale di quella, ma in esso determinarla, & espedirla, con interuento, voto, e parere dell'altro Auditore, in presentia de Gouernatore, inteso in tutto il predetto Auuocato Fiscale. E così s'esegua, non fando lo cõtrario per quando s'hà cara la gratia, & seruitio della predetta Maestà.

Gubernatores, Auditores Prouinciarum, & Secretarij nihil recipiant pro sigillo, aut impositione, manuum in decretis, & alijs.

Gubernatores, & Auditores ijdem in Audientia assistunt continuo. & non discurrant separatim, nisi videatur toti Audientiæ, & non accipiant digtas, si missi fuerint ad Curiæ, vel partium instantiam, sed habeant ius decretorum constitutum. & Fisci patrono non soluantur diætæ si missus fuerit vt supra, h.d.

1558. *D. Ioannes Manrique Prorex Prag. 2. de Commiss. nu. 8 9. 10 L. 11.*

CVm Pragm. edita à Rege Ferdinando, confirmando capitula Regni, quibus statutum erat, quod Iustitiarij, vel alij pro ipsis, nihil reciperent pro Sigillo cuiuscunque literæ sigillandæ per eos, & si contrafecissent, restituerent illico illi, à quo receperant, rem receptam, cum damno, & quadruplum Curiæ, eademque sancitum, præterea sit, vt Iudices, Assessores, atque auditores, siue Consiliarij officialium prædictorum, ac etiam generalium nostrorum Locumtenẽtium, vel apud eos deputati, vel deputandi. qui in literis, prouisionibus, mandatis, decretationibus, inhibitorijs, executorijs, vel alijs quibuscumque manus posuerint, vel eas viderint, siue signauerint pro manuũ impositione in eisdem, visione, signatura, quacunque alia causa, nihil recipiant, sed suis stipendijs contenti, neminem concutiant, neque calumniari faciant, alioquin qui contrafecerit, tanquam calumniator, & concussor, condemnetur) quos decet puniri voluerit, atque decreuerit, hanc salutarẽ populis sanctionem, quam pene in dessuetudinem, temporũ in curia, abijsse comperimus, ex situ & serie excitantes, renouantesque statuimus, iubemusque inuiolabiliter, sancteq; & ad vnguem obseruari: Ita quod in Prouincijs nullo modo liceat Gubernatoribus, eorumve Secretarijs, Auditoribus, siue alijs quibuscũq; personis aliquid pro sigillo exigere, aut pro decretis, contrafacientibus easdem pœnas irremissibiliter subituris, quæ per supradictam Pragmaticam constitutæ reperiuntur, & alias nostro arbitrio reseruatas.

Quia vero hactenus in graue populorum damnum irrepsit, vt ab Auditoribus Prouinciarum, qui propter commodiorem iuris administrationem, & populorum ipsam gubernationem, in Prouincijs destinantur, ne ob leuem, inanemq; causam necesse sit Prouincialibus, ex remotis forte Regni partibus, ad supremũ hoc Tribunal multis sumptibus confugere, cum per Prouinciam mittuntur, pro aliquo negotio explicando, præter constitutum eis à Curia salarium, dietę quas pro dicti negotij executione impendũt, vsurpatæ sint, ad quas partes deuenire necesse cogebant, dum in causis expediẽdis tantam negligentiam eo vsque partibus ostenderent, donec de itinere ab eisdem requirerentur. Præterea statuimus atque decernimus, vt post hac prædictis Gubernatoribus, Auditoribus, & Fisci patronis nullę diætæ soluantur, siue ad partium instantiam, siue curiæ missi fuerint, verum, contenti ordinario salario, quod eis à Curia ob ius in decretis, commissisq; sibi Prouincijs dicendum, consti

tutum est, efficiant, ne ex eo, quod tenentur, præmium cõsequantur. quod si quis ex his inuentus fuerit, qui aduersus Pragmaticam, & huius sanctionis prohibitionem, aliquid pro diætis prædictis accepisse probetur, officio priuetur, biennio exulet, & partibus quadruplum exoluat.

Auditores cum Fisco vniantur, non obstante absentia Præsidis impediti. h. d.

1564. *Dux del Alcalà Prorex Prag. 9. de off. Iust. L. IV.*

SEmo informati, che molte volte essendonosi ritrouati impediti di impedimento li Gouernatori, che sono stati in queste Prouincie, non sono entrati Tribunale, & hanno ordinato, che gli Auditori, & Aduocato Fiscale, se ne ritornino, & venghino poi ad altr'hora, dal che se n'è causato intertenimento delle cause de poueri carcerati, allo che volendo prouedere per quello conuiene alla buona, & presta espeditione di giustitia, dicemo, & ordiniamo, che li presenti, & futuri Gouernatori, per alcuno impedimento non potessero venire, ò vscire nel luogo doue si regge il Tribunale della Regia Audientia, non per questo si debbia lasciare di giontarnosi li Magnifici Auditori nel detto Tribunale, nell'hora solita, & ordinaria, & reggere Audientia, ma tutti li dì di negotij si debbiano giuntare nel luogo solito reggersi il Tribunale all'hora solita, & debbita, & non obstante, che il Gouernatore se ritrouasse impedito, & inteso il Regio Fisco, attendano alla espeditione delle cause di carcerati, & altre cose occorrenti in quella di giustitia, atteso con questa ordiniamo à detti Gouernatori non debbiano impedire detti Auditori nelle cause sopradette.

Gubernatores, Auditores Prouinciarum, & Fiscales non discedant à R. A. etiam quod habeant literas commissionales à S. C. vel R. C. vel M. C. absque licentia Proregis, nisi in casu vrgenti si fuerit visum toti Aud. & tunc non expediant aliquid præter commissa, & certioretur Prorex de dicessu, & causa.
Si duo Auditores habuerint licentiam discedendi, vnus prius, & post illius reditum alius discedat.
Prior sit iuxta conuentionem inter eos, vel declarationem Præsidis.
Discedens relinquat processus h. d.

1616. *Comes de Lemos Iunior Prorex Prag. 11. de off. Iud. in princ. & nu. 1. 2. L. V.*

PErche tanto per l'Illustri nostri predecessori, quanto per noi in tempo del nostro gouerno sono stati espediti molti ordini, & prouisioni, vtili, & necessarie per la bona administratione della giustitia, quiete de sudditi, & buon gouerno del regno & molti di essi per non esser stati esseguiti, come conueniua, per non esser venuti à notitia, non solo de popoli, ma ne anco alle volte dell'istessi ministri, à quali spettaua il darli l'essecutioni, così per la mutatione di essi, come per l'ignoranza, che causa ordinariamente il corso del tẽpo, oltre che de alcune di dette prouisioni essendono fatte in casi particolari, è stato dubitato se douessero hauer forza di lege vniuersale, dalche è nata la inosseruanza di esse, & di più molte di quelle per l'esperienza s'è visto che tengono bisogno, ò de restrittione, ò dechiaratione. Per tanto desiderandomo, che ordini fatti con tanta vigilanza, & prudenza con vtile grande della Republica, habbiano puntualmente la loro esequutione publicandosi, & imprimendosi nella forma consueta. Hauemo fatto riconoscer tutti, & publicarli di nuouo, per beneficio, & vtile vniuersale. Per tanto con voto, & parere del Regio Collateral Conseglio appresso di noi assistente, ordiniamo, & commandiamo, in vigore della presente Pragmatica, omni tempore valitura, che da qua auanti si debbiano osseruare da tutti, & qual si uoglia persone di qualunque stato, grado, & conditione, sublato quouis abusu, & volendomo che habbiano forza de leggi perpetue, & vniuersali, & che li transgressori incorrano nelle pene contente in essi ordini, & non si possano escusare, sotto pretesto d'ignoranza, ò de altro qualsiuoglia colore, che tal è nostra volontà.

1 Conoscendosi per esperienza l'inconueniente grande che porta con se l'vscir del proprio tribunale delle Regie Audienze, che sogliono fare l'Auditori, e Fiscali di esse, così per l'impedimento, che de ordinario ne nasce all'espeditione delli negotij, come per la vessatione che si causa alli popoli per l'allogiamenti, & altre spese, vi

vi corrono. Per tanto vogliamo, & comandiamo, che in ciò si osseruino inuiolabilmente li ordini altre volte dati, cioè che nessuno Auditore, ò Fiscale di dette Audienze debbia far assenza dal suo Tribunale, senza espresso ordine nostro, etiam che hauessero da vscire per commissione del Sacro Regio Conseglio, & Regia Camera della Summaria, ò gran Corte della Vicaria, & che l'istesso debbia osseruare il Preside della prouintia, verum occorrendo negotio tanto vrgente che non si possa aspettare detto ordine, ci cõtentiamo che communicandosi il caso con tutto lo Tribunale, & concludendosi che conuenga non espettarlo, possa il ministro à chi è commesso vscir fuora per detta causa tantum, con che ci debbia subito la Regia Audientia dar auiso del caso, & delle ragioni che l'han mossa ad inuiare detto Auditore, ò Fiscale, acciò che da noi si possa prouedere come conuiene. Ordinando che quello che contrauenerà al presente nostro ordine incorra ipso iure senz' altra nostra dechiaratione, nella pena della suspensione del officio per sei mesi, & di più debbia perdere le giornate per esso vacate, cosi ad instanza del Fisco, come anco de parti, dalle quali non li possa dimandare ne riceuere etiam à sponte dantibus, & quel che hauesse riceuuto per dette giornate debbia restituirlo.

2 Et perche alle volte suole accadere che in vno istesso tempo dui Auditori habbiano licenza da noi de vscir fuora del Tribunale, & se l'vno, & l'altro vsasse della licenza giontamente veneria à restar l'Audientia con vno solo Auditore, & si impediria il corso delli negotij, & espeditione di essi. Per tanto ordinamo che esca prima l'vno, & al ritorno suo poi esca l'altro, & non conuenendo tra loro qual di essi debbia vscir prima ò poi, il Preside debbia ordinare in questo, quello, che li parerà, che conuenga, considerando la qualità, & vrgentia delli negotij, con le circonstantie, che ci concorrono. quando parte l'Auditore per seruitio impostoli debbia lasciar tutti li processi, & informationi, che si trouassero in suo potere al mastro d' atti di detta Regia Audientia, perche si possa in quelle cause procedere, durante la sua assenza per altro à chi se commetteranno.

Propter breuitatem non summatur.

Idem ibid. nu. 25. 26. L. VI.

QVando nelle cause ciuili, ò criminali che se agitano nelle Regie Audientie, si essamineranno alcuni testimonij per l'Auditori, ò Fiscali nelli istessi luochi, doue reside la Regia Audiẽtia nel tribunale, ò nelle loro case, si ordina che non debbiano pigliar pagamento alcuno.

Ne tampoco possano essigere deritto alcuno per le relationi che faranno à Noi cosi delli negotij ciuili, come criminali, ne anco per li decreti che alcuno gaudeat guidatico vel Indultu non obstante qual si voglia consuetudine che vi fusse in contrario.

Vbi Auditores vel Fiscales mittuntur non agant aliquid præter commissa, nisi in casu, qui non pateretur dilationem, tunc scribant R. A. & expetedt responsum. h. d.

Idem ibid. n. 28. L. VII.

QVando alcuno dell'Auditori, ò Fiscali vscirà dal Tribunale per alcun negotio, non se debbia intromettere in altro, che in quello, che li è stato commesso, & per il quale è vscito, però quando occorresse alcun caso graue, nel luogo doue si ritrouasse l'istesso Auditore ò Fiscale, & detto caso non suffrisse dilatione, vogliamo, che possa prouceder quello che sarà necessario per presentaneo remedio del caso non procedendo ad altro atto; con che subito dia auiso del tutto alle Audientie, dalle quali hauerà da aspettar l'ordine di quel, che hauerà da fare, però se il negotio, ancorche graue, patisse dilation, vogliamo, che non faccia altro, che auisar al tribunale, & aspettar la resolutione,



De

De secretarijs R. Audien. Prouin & Notar. Cameræ. Tit. XXX.

Non indiget summario.

Carol. I. Rex cap. 54. L. I.



ITem caueāt notarij cameræ, quod in quaternis rationum iustitiarij, quos curiæ, seu successoribus assignabūt, nō ponāt in residuo pecuniarū, aliquid aliud, quod ipsi iustitiarij, vel alij, de mandato eorum, ab vniuersitatibus, vel singularibus personis soluentibus, receperunt. Et si contra fecerint capite puniantur.

Notarij Cam. ad cautelam Curiæ conficiant instrumenta & consignent gratis eorum notas vt infra.

Idem cap. 52. L. II.

ITem vt prædictorum notariorum cameræ fraudibus, omnis prouisionis genere, occurratur quando prædicti iustitiarij aliquibus committunt aliqua curiæ seruitia exequenda, pro quibus aliqua expediat fieri ad cautelam curiæ instrumenta: prædicti notarij, tempore commissionis, notas, & formas ipsorum instrumentorum officialibus ipsis gratis assignent, secundum quas, ipsa fieri debeant instrumenta, vt ea non possint postmodum cauillari, & occasione cauillationis huiusmodi ab ipsis officialibus aliquid extorqueri: Et si quid extorserint, primo, partibus restitutis extortis, & toto damno, in quadruplum, quantitatis extortæ curiæ, teneantur.

Secretarij, & Actuarij R. A. non exigant plusquam exigebatur tempore Regis Cath. h. d.

1547. D. Pet. de Tolet. Pror. Prag. 4. de off. iust. nu. 7. L. III.

ITem quod secretarij. & Magistri actorum non audeant petere, nec accipere à partibus pro scripturis, & prouisionibus, vltra illud, quod soluebatur, & exigebatur tempore Regis Catholici, sub pœna priuationis officiorum, & restitutionis in quadruplum, quocumque sublato abusu.

Non indiget summario.

1555. Cardinal. Segunt. Prorex Prag. 6. eod. nu. 29. L. IV.

ITem circa exactionem solutionis sigilli seruetur R. nouella Prag. desuper promulgata in anno 1547. inconcusse.

De Actuar. & Scrib. Regiar. Audient. Prouincial. Tit. XXXI.

Loquitur de dirictib. actuarior. R. A. Prouin.

1508. Comes Ripa Cursia Prorex inter Priuil. Neap. fol. 68 a t. cap. 30. & 32 L. I.



ET casu quo legitimè citati remittantur, pro citatione, & litteris remissorijs soluātur tantummodo grana decem. Et infra.

Item li Baroni, & terre demaniali supplicano vostra S. Illustrissima, che quando accascano casi, che le audientie, & tribunali delli Gouernatori predetti, debbiano, & possano citare, & inhibire, non debbiano pigliare immoderato salario per le remissioni, scritture, & altri atti, che ce accascano fare, ma se ne debbiano fare pagare in tutto grana diece, & non vltra, per dette remissioni, & atti. Et quando se trattasse de compositione, non se debbiano componere quelle medesime persone, per vna medesima causa, si non per vna volta. Et quando altramente se contrauenesse per li officiali, & mastri d'atti, siano agramente puniti, & castigati, vt supra, & che siano tenuti a tutti interessi della parte. Placet suæ Illustrisimæ Dominationi, quod super supplicatis seruetur decretatio facta in præcedenti trigesimo Capitulo.

Actuarij R. A. eligant Notarios fideles, & idoneos de voluntate præsidis, auditorum & fiscalis h. d.

Cardi-

1555. *Cardinal. Segunt. Prorex Prag. 6. de offic iust. in prin. & nu. 1. L. II.*

PRo bona administratione iustitiæ, & beneficio subditorum Regiæ Maiestatis, instante Aduocato Fiscali ipsarum Prouinciarum, cum deliberatione Sacri Regij Collateralis pœnes nos assistentis Consilij, ordinauimus, & fieri mandauimus quædam Capitula tenoris sequētis, videlicet.

In primis magister actorum principalis, qui alios substitutos in dicto officio annuatim eligit, & eligere debet apud dictam Regiam Audientiam, diligenter curet eligere, pro dicto officio ministrando, Notarios fide dignos, capaces & expertos, cum notitia, & voluntate Gubernatoris, & Auditorum, & Aduocati Fisci, & si contrarium fecerint, Gubernator, Auditores, & Aduocatus Fisci pro tempore existentes, in prouincijs possint, & debeant substitutos ipsos a dicti officij administratione remouere, & priuare, & alios idoneos eligere.

Actuarij R. A. conficiant libros, registra, & notamenta, & consignent successoribus h.d.

Idem ibid. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. L. III.

ITem quod Magister actorum qui pro tempore deputatus fuerit, & extiterit apud dictam Audientiam, teneatur facere Quinternum generalem de omnibus quærelis, & accusationibus criminalibus, annotando in margine, si est capta informatio.

Item librum, seu quinternum de accusationibus pœnarum, & aliarum rerum ad Fiscum, & eandem Audientiam spectantium.

Item Librum per alphabetum, omniū inquisitorum in ipsa Audientia in præteritum, & sequatur in futurum, vt quando opus erit perquisitionem fieri alicuius inquisiti, seu carcerati, possit facile inueniri, si aliter fuit inquisitus in ipsa Audientia.

Item Librum omnium contumacium criminalium, & alium ciuilium.

Item Librum carceratorum, cum annotatione diei, & causæ carceris, & liberationis, & omnium actorum substantialium iudicij, qui vulgo dicitur trullium.

Item Librum omnium prouentuum, qui fieri contigerit in dicta Audientia.

Item quod ad omnem requisitionem Aduocati fisci, Magister actorum ipse facere teneatur iuridicum notamentum omnium processuum, & informationum, & signantet spectantium ad Fiscum, & de illo dare copiam dicto Fisci Aduocato, & deinde singulis hebdomadis illud curet.

Item quod adueniente tempore permutationis Magistrorum actorum, teneatur incontinenti per inuentarium consignare omnes Libros, processus, fascicula, & acta quæcumque, in eius manus peruenta, durante sua administratione, tam de spectātibus partibus priuatis, quā Fisco, Magistro actorum successori, cum interuentu Aduocati Fisci, & Magistri Cameræ, ita tamen, quod si ambo resident in prouincijs, ambo interueniant, alias, ad sit vnus.

Non indiget summario.

Idem ibid. nu. 15. L. IV.

ITem quod teneantur Actuarij, & eorum Scribæ statim ligare omnes processus, & informationes, illos, illasque numerare, & registrare, & in capite cuiuslibet folij, siue paginæ, numerum scribere pro interesse, partium, & Fisci.

Actuarij R. A. obseruent pandectam h.d.

Idem ibid nu. 31. L. V.

ITem quod in solutionibus actorum in dicta Audientia, seruari debeat, atque seruetur per Actorū Magistros pręsentes, & futuros Pandecta solutionum Magnæ Curiæ Vicariæ, & pro vt ibi extitit laudabiliter obseruatum, cum ipsius obseruantias aliæ Regni huius Curiæ debeant obseruare, in quo diligenter Gubernator, Auditores, & Aduocatus Fisci aduertant pro subleuationibus subditorum, sub poenis ibidem statutis.

Obseruentur quatuor leges proxim. præced. h.d.

Idem ibid in fin. L. VI.

QVali ordini preinserti, & determinationi, volemo che se habbiano à osseruare inuiolabilmente, e senza cõtraditione alcuna, sotto la pena di priuatione di loro officij, e di altre à nostro arbitrio reseruate, & acciò che sia noto à tutti, & che nõ si faccia aggrauio vltra debitum, le farete publicare nelle Terre demaniali di queste Prouincie, e in altri luoghi, che meglio vi parerà, che d'hora auanti non possano allegare costume alcuno, quantunque antico (ilqual tenemo per abuso) per euitar la pena, & così esseguirete, & farete essequire, & non altramente, per quanto se hà cara la gratia della prefata Maestà, & sotto la pena predetta.

Contumaces, vel inquisiti, vel inhabiles non possunt esse Actuarij, & Scribæ R.A.
Antequam Actuarij & scribæ admittantur ostendãt fidem M.C. & Curiæ patriæ factam præuia perquisitione h.d.

1616. Comes de Lemos Iunior Prorex Prag. 11. de off. iudi. nu. 24. L. VII.

NEll'essercitio delle Mastro d'atti e delle dette R.A. non se debbiano ammettere persone inhabili, nè cõtumaci, nè inquisiti, & perciò prima di essere ammessi volemo che presentino alle dette R.A. le perquisitioni della Vicaria & fede delle Corti delle loro patrie, qualmente non sono contumaci nè inquisiti, & il medesmo s'osserui nell'ammettere li Scriuani.

In Archiuio conseruentur processus, & scripturæ tribunalis R.A.
Fiscalis curet quod actuarij finito tempore consignẽt per inuẽtarium omnes processus, & scripturas successoribus, qui faciant apochas de receptis, quibus non ostensis veteres actuarij non admittantur ad aliud officium actuariatus. h.d.

Idem ibid nu. 5. L. VIII.

ESsendosi ordinato per l'Illustri nostri predecessori, & per noi, che in tutte le R.A. di questo Regno se tengano in ordine li Archiuij per conseruar li processi, & altre scritture del tribunale, e doue non ci sono, se facciano di nuouo à spese delli padroni, & possessori delle Mastro d'attie, & che il Fiscale, ogn'vno nella sua Prouincia habbia pensiero farlo esseguire. Vogliamo che l'istesso Fiscale, habbia ancora pensiero, che quando li Mastro d'atti finiranno il tempo della loro administratione debbiano consegnar per inuentario lucido, & chiaro al successore tutti li processi, e scritture pertinẽti al loro officio, il qual se ne debbia far fare la debbita riceuuta sotto pena di galera à nostro arbitrio. Ordinando de più che nessuno Mastro d'atti che ha essercitato possa esser ammesso ad essercitar altra noua mastro d'attia se non mostrarà prima al Gouernatore del luogo, nel qual vorrà essercitare la riceuuta del suo predecessore, per l'altro officio, che ha essercitato.

Non indiget summario.

Idem ibid. n. 35. L. IX.

QVando andarà per la Prouintia il Preside, ò alcuno Auditore ò Fiscale, etiam per commissioni del Collaterale ò di altri tribunali, non si possano seruire d'altro Attuario, ò scriuano, se nõ di quelli della R.A.

De Barigell. & socijs, Alguzerijs, seru. & Porter. Reg. A. & Familiaribus Iustitiarior. Prou. Tit. XXXII.

Familiares Iustit. Prouin. neminem capiant absque mandato, aut afficiant iniuria, nec ab aliquo auferant aut accipiant infrascripta, & habeant hospicia & lectos à Magistris Iuratis seu Baiulis.
Idẽ statuitur de alijs familiaribus, & stipẽdiarijs quo ad extorsiones victualium. h.d.

Carol. I. Rex cap. 48. L. I.

ITem stipendiarij, cum iusticiarijs commorantes, vel alij familiares eorum, sine mandato iustitiarij speciali, occasione delationis armorum, vel quacunq; alia, nullos capiant de personis. Nec alicui aliquam iniuriam inferant, res nullas ab eis auferant, nec etiam paleam, fænũ, vel ligna in locis inhabitationis recondita,

ta, nec animalia, nec lectos accipiant, nec domos singularum personarum, eis inuitis, ad aliquid sibi inferendum, ingrediantur: sed contenti hospicijs, sibi per locorũ baiulos, seu magistros iuratos assignandis cum lectis, per eorum manus recipiãt, qui baiuli sint solliciti circa celerem assignationem hospiciorũ, & lectorũ, & in discessu ipsorum sine precio, & difficultate restituant hospitibus eorum, nullas extorsiones, vel oppressiones inferant; victualia, & necessaria omnia, tam pro personis, quam pro equis eorum, emant precio prius per eos soluto, quo in terra, vbi hospitantur, communiter distrahuntur, & prout melius possunt, sine comminatione, & concussione, cum venditoribus conuenire. Et si cõtra fecerint pro captione personarum, & pro iniurijs illatis in personas, priuentur equis, & armis; pro victualibus vero per violentiam, cum comminatione & concussione, ablatis amittant qualibet vice vnciam auri vnam. Idem etiam statuitur de alijs stipendiarijs, & familiaribus, quantum ad extorsiones victualium, quæ poena per nostram curiam exigatur.

Non indiget Summario.

1555. *Card. Seguntinus Prorex Prag. 6. de off. Iust. nu. 24. L. II.*

ITem quòd statuatur certus numerus Alguzeroirũ, siue Nuntiorum cum præsentia, & interuentu Aduocati Fisci pro eius interesse, qui sciant legere, & scribere, vt relationes propria manu in citationibus facere possint, iuxta formam Reg. nouellæ pragm.

Barigellus, seu Capitaneus fratrum iuratorum cum socijs deseruiant, qui non sint eiusdẽ famuli, & absentẽtur coram Aduoc. Fisci, & Magistro Cam. h. d.

Idem ibidem num. 26. L. III.

ITem ꝙ Capitaneus fratrum iuratorũ, & viginti quatuor fratres iurati, qui stipendia, seu salaria cõsequuntur à Reg. Audientia, omnes teneantur deseruire continuò, ita ꝙ nullus officialis retineat aliquẽ ipsorum nec aliquis ex eorum famulis, in illis habeat deseruire, prout diebus non longe decursis fuit dictę R. Audientię pariter ordinatum, & vt nõ possit fieri aliqua fraus, debeant absentari, cum interuentu, & præsentia Aduocati fisci, & magistri Cameræ.

Barigellus cum socijs diù, noctuq; deseruiant in persequutione bannitorum, & seruitijs R. A. Neminẽ concutiant, & nihil accipiant, etiam à sponte dantibus. h. d

Idem ibid. nu. 27. L. IV.

ITem ꝙ Barigellus teneatur: cum omnibus eius socijs, deficiente nemine, diu, noctuq; deseruire, circa persequutionem forascitorum, & adsistere seruitijs ipsius R. Audientiæ: Ita ꝙ cum discurrere contigerit per terras, & loca Prouinciarum, cum diligentia per nemora, & loca habitata perquirant, neminem grauando, suisq; stipendijs militando, nihil à populis accipiẽdo, etiam spontè dantibus, sed contenti sint salario eis à Reg. Curia stabilito.

Barigellus quolibet mense det monstram sociorum coram Gubernatore, & Aduocato Fisci, ac Perceptore, quibus notificet licentiandos. h. d.

Idem ibid. nu. 28. L. V.

ITem ꝙ mense quolibet dictus Barigellus debeat dare numerum, & monstrã omnium eius sociorum in presentia Gubernatoris, & Aduocati Fisci, ac perceptoris, prout tenet in commissis, qui teneantur illos allestire, & signare, tam homines, quam equos cum apparentibus signis, pro interesse Reg. fisci, & inhabiles, aut non idoneos homines, vel equos reijcere, prout seruatur in M. C. Vicariæ & per officiales Scribæ portionis: Nec non dictus Barigellus teneatur: quando absentat, vel licentiat aliquem ex socijs, notificare Aduocato fiscali, ac perceptori, vt possint videre signa, & attendere, ne fiat fraus Reg. fisco tempore solutionis.

Capitaneus Campaneę seruiat personaliter h. d.

1556. *Dux Alua Prorex Pragm. 3. de composit. L. VI.*

DA parte del Magnifico Giouan Cola Carauita, Auocato Fiscale di questa Prouincia, n'è stato presentato Memoriale con alcuni capi, tra li quali ci sono gl'-

infrascritti, videlicet. Et infra.

Item supplica l'Eccellentia vostra sia seruita ordinare che'l Capitanio di Campagna serua di persona, e non dia il carico, e peso suo ad alcuno soldato di sua compagnia, come fà, e che attenda con diligentia com'è obligato, perche dal non attenderci, & l'Audientia disquitarsene sopra di lui, nasce il cumulo di fuor'vsciti, e danno di sudditi, vt Deus &c. & infra.

E circa il secondo capo, vi dicemo che se'l prefato Capitanio de Campagna non resiederà à seruir di persona, come è obligato, non li debbiate fare pagar sua prouisione: Per tanto cosi l'esseguirete, che tal'è nostra volontà, & intentione, non fando lo contrario se amate la gratia, e seruitio della prefata Maestà, la presente resti al presentante.

Socij Capitan Campaneæ, per eundem absententur cum presentia Præsidis, & Fiscalis, & coram eis, & Scriba Portionis detur monstra possunt deleri à libro per Capitan. si ille grauat Præses iustitiam faciat. h. d.

1616. *Comes de Lemos Iunior Prag. 11. de off. Iud. nu. 6.* *L. VII.*

ITem commandamo, che li soldati di Campagna si debbiano assentar per il Capitanio di Campagna, però il Preside, & Fiscale debbiano riconoscere la persona del soldato per veder s'è atta all'essercitio & s'è contumace, ò delinquente, nel qual caso non se assenterà altrimente, & di più volemo, che nelle mastre, che si hanno da dar di detta compagnia, ci interuenga il Preside, & il Fiscale, e lo Scriuano di Ratione, & in quanto al borrare lo possa fare solo il Capitanio, però quando il soldato allegasse alcuna cosa, per la quale apparesse, che il Capitanio le facesse aggrauio notorio, possa il Preside trattandolo con l'Audientia, prohibir, che non si borri.

Non indiget summario.

Idem ibid. nu. 21. 29. *L. VIII.*

QVando il Capitan di Campagna de l'Audientie andarà ad accompagnar il Preside, ò l'Auditor, ò Fiscale, che và per alcun negotio debbia lasciar numero competente de soldati di sua Compagnia, acciò possano assistere al Tribunale per le cose, che potessero occorre, & infra

Li Auditori, Preside, & Fiscali nõ si seruano in conto alcuno di soldati di Cãpagna, ò altri seruienti dell'Aud. per seruitij proprii, ma quelli lascino attendere al seruitio, al quale son obligati, e destinati.

De Carcerarijs Reg. Audientiæ Prouinc. Tit. XXXIII.

Ad custodiam captiuorum in R. A. determinetur numerus infrascriptus seruientium, qui nihil extorqueant, & carceratos, quo opus erit, transferant. h. d.

Carol. I. Rex cap. 58. *L. I.*



PRouisum est pro meliori, & salubriori custodia captiuorum, & quod homines regni, & cuius libet officialis, sicut hactenus, in eorum custodia non grauentur, precipue pauperes, quos ex præmissis, onus huiusmodi attingebant. Quod in quolibet iustitiariatus regni, debeant deputari per iustitiarium seruientes in numero infrascripto, videlicet. In iustitiariatu Aprucij seruientes vx. In iustitiariatu Terre laboris seruientes xv. Et in quolibet alio Iustitiariatu regni seruientes decem, qui seruientes morentur continue cum Iustitiario regionum, & ad captiuorum custodiam deputentur. & a curia salarium habeant, prout erit per curiam taxatum. Et prædicti seruientes occasione ipsius custodiæ captiuorum, nullam hominibus, in personis, rebus, vel animalibus eorum, inferant molestiam, vel grauamen. Et quando captiuus aliquis esset ad nostram curiã transmittendus, de loco ad locum, vniuersitates locorum, seu personæ singulares, propterea non grauentur, sed aliqui de ipsis seruientibus ad captiuorum custodiam deputati, iuxta prouisionem iustitiarij, ducant, & transferant, sub ipsorum custodia, captiuos eosdem. Et si contra fecerint, nostro arbitrio poniantur.

Non

Non indiget summario.

1546 *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 4. de off. Iust. n. 4. L. II*

ITem quod pro excarceratione carceratorum nihil debeat solui, palam, vel occulte, nisi prout soluebatur tempore Cath. Maiest. & soluitur in M.C. Vicariæ, etiam quod dicti carcerati per plures dies & menses extiterint in carceribus, omni concussione cessante.

Pro quolibet iuste capto, & pernoctante soluantur grana decem. h. d.

1555. *Cardin. de Granuel. Prorex Prag. 6. de off. Iust. n. 30. L. III.*

ITem, quia audiuimus, fuisse aliquando extorcos carlenos decem pro quolibet carcerato capto per barigellum, seu eius socios, quod quidem, si verum est, est iniustum, & punibile, & ne relinqueretur inultum, propterea fuit ordinatum, quod non exigantur, nisi grana decem pro quolibet iuste capto, & carcerato, & in carcere pernoctante.

Non indiget summario.

1616. *Comes de Lemos Prorex Prag. 11. de off. Iud. nu 44 L. IIII.*

CHe tutte le Reg. Audientie nel pagamento del Portello, & ius de carcere, debbiano far osseruare la Pandetta, che forsi ci sarà, & non essendoci Pandetta, debbiano osseruare quella della Gran Corte della Vicaria.

De Capitaneis Reg. eorumq; Assessoribus, Notarijs, et seruient. Tit. XXXIV.

Non indiget summario.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit in quibus cau. petit. trigef. L. I.

CIrca tamen compilationes Neapolis & straticotos Salerni .s. & Messanæ, quibus cognoscere licet de criminibus, de speciali & antiqua prerogatiua, & regni nostri obseruatione dignoscitur esse concessum ordinatione constitutionis præsentis nihil volumus innouari.

Iustitiarij. Capitanei, & Straticoti habentes merum & mixtum imperium, eorumq; Iudices, & Notarij conficiant distincte quaternum actorum omnium. ordinariorum, & extraordinariorum.
Quaternum prouentuum.
Quaternum apodixarum. de receptione prouentuũ omnino faciendarum.
Quaternum literarum exequutorialium, & commissionum.
Quaternum inquisitionum, & processuum.
Quaternum actorum residuorum consignatorum à prædecessoribus. & factorum ab ipsis.
Idem seruent Secreti, Portulani, & alij Official. h. d.

1317. *Robertus Rex cap. 257. L. II.*

NOuis morbis, nouis occurri remedijs expedit: vt precipue aliquorum officialium auara proteruitas fideles, & nos, in iuribus eorum, & nostris, non verens offendere, in suis prauis elidatur conatibus, & qui quotidie in leges committunt, pęnis continuis legis, seu principis animatę legis in terris, iuxta sanctiones legitime puniantur. Idcirco, non derogando constitutionibus, statutis, quibuscunq, ordinationibus, bonis ritibus, & consuetudinibus hucusq; seruatis, nisi quantum his reperirentur aduersæ, nec eas minuendo, sed illis addendo, in sua vtpote remanentibus firmitate, infrascripta duximus statuenda, videlicet, quod officiales regni nostri, Iustitiarij singuli, capitanei quoq; stratigoti habentes merum, & mixtum imperium, videlicet præsentes, & futuri, eorum quilibet iudex, & actorum notarius, per curiam sibi dati, & notarius cameræ, prout ad eorum cuiuslibet spectat officium, vt infra distinguuntur, quaternum actorum omnium ordinariorum, & extra ordinariorũ. Quaternum quotidiani inrroitus, & exitus cuiuscumq; pecuniæ, siue rerum, tam collectarum, quam prouentuum, cum expressione dierum. Quaternum quoq;, vbi sunt conscripti tenores apodissarum, quas fecerunt de receptione rerũ, & pecuniarũ prædictarum cum velimus, vt de receptione huiusmodi prouentuum, & aliarum rerum, fideliter faciant apodissas soluentibus, remoto errore, seu consuetudine praua abolita. Quas equidem apodissas, si omise-

omiserint facere, sicut si subtraxerint illa, quæ receperint, & de quibus apodissas, sicut præcipimus, non fecerint, in nonuplũ teneantur. Quaternum mandatorum publicorum, & priuatorum ipsorum, etiam executionum factarum per ipsos. Quaternum de commissionibus, & mandatis factis per eos personis, & commissarijs quibuscunq; auctoritate sui officij, vel mandatorum curiæ. Quaternum inquisitionũ, & processuum ex officio faciendorum per eos in iurisdictione sua, vt de eis fiat collatio debita cum quaterno introitus, si à notatis in ipsa inquisitione receperunt aliquid ad opus curiæ. Quaternum de residuis actis, & mandatis pendentibus, etiam assignatis sibi a prædecessoribus suis, dum sunt in officio, & officij administratione durante conscribant, componant, seu conficiant, conscribi, seu componi, & confici faciant, sicut successiue negocia habent præ manibus, de quibus fieri habent, & debent quaterni prędicti: & quaternos eosdem conficere, seu conscribere, & componere post eorum depositionem officij non expectent. Hoc quidem est ab experto cõpertum, vt fraudis suspicione non careat, si id quod habetur in recenti memoria, in prolixum tempus faciendum, per præsumptam maliciam, proteletur: dum cõtingit persępe demi, aut defraudari iura subiectorum, & curiæ frequenter etiam occultari. Notarij actorum de actis ordinarijs, & extraordinarijs, de tenoribus apodissarum cuiuscunq; pecuniæ, siue rerum, quas scripserint, executionum quorumcunque mandatorum curiæ, vel aliorum quocunque modo acta respicientium, vel ad acta spectantium, inquisitionum etiam, & processuum faciendorum, ex officio, sicut prædicitur quaternos conficiant, & conscribant. Quaternos cæteros prædistinctos notarij camerę, vel alij, qui ad hoc per Iustitiarios, capitaneos, stratigotos, & officiales alios statuuntur, componant: quia sic spectare ad eorum officium declaramus. Idem præcipimus obseruari per secretos, magistros portulanos, & officiales alios, quocunq, nomine censeantur, de quaternis, apodissis, cautelis, monumentis quibuslibet, quæ fieri debent per eos, & eorũ singulos, prout ad officium vniuscuiusq; spectat, eorum.

Prædicti finito officio reddant rationem. Iidem mittant quaternum introitus & exitus prouentuum ad Archiuium Regium, infra tempus hic prefixũ. & non omittant scribere aliquod mandatum hica le. h. d.

Idem ibid. n. L. III.

POst depositum autem officium debitã rationem cum pecunia, rebusq; alijs residuis ponant cum quaternis prædictis, & alijs scripturis, & cautelis debitis infra dies quindecim à die ingressus successorũ vel finiti temporis, numerandos, non expectato fine temporis sindicationis eorũ, coram nobis, per procuratores idoneos, sub sigillo eorum, in archiuio pręsentandis, finito suæ sindicationis tempore, personaliter compareant in archiuio iam dicto ad præstandum in forma debita consuetum sacramentum de ratione ipsa ponenda legaliter, vt est moris, aut per procuratores sufficienter instructos, si fuerint iusto impedimento detenti, inter alia potestatem habentes in animam eorũ sacramentum pręstandi, & comparendi, primo in camera nostra, & deinde finaliter corã nobis, ac de satisfaciende de omnibus, in quibus per rationem ipsam debitores apparebunt, & quod officiales seu procuratores missi huiusmodi, aut ordinati, & facтis integram satisfactionem de liquido inueniendo per rationem ipsam in Camera nostra faciant, & ante rationem ipsam completam, disputatam, & positam, absq, speciali ipsius curię licentia: non recedãt; quod si secus fieret, pęnam vnciarum auri quinquaginta à Iusticiarijs, & capitaneis, & stratigotis triginta, iudicibus vigintiquinq; ab actorũ notarijs quindecim, & totidem à notarijs cameræ curiæ nostrę applicandam si, & quoties deficient in præmissis, aut aliquo præmissorum, quod ad cuiuslibet eorum spectat officium, infra quindecim dies alios, ab illis, qui in eam inciderint, per vos volumus, protinus, & irremisibiliter extorqueri: & ratio ipsa pro non posita, & non asignata in eorum dispendium habeatur pena vnciarum vigintiquinq; similiter plectantur, qui durante

officio

officio cum ratione ordinaria semestris temporis infra primos quindecim dies sequentis septimi mensis per procuratores sufficientes non miserint: vel cũ missi non compleuerint componere, aut sine prædicta licentia de archiuio recesserint, infra alios quindecim dies exigenda per vos, sicut in proximo est expressum, & pro nõ missa, nec assignata ipsa ratio in sui præiudicium habeatur.

Quaternum quotidiani introitus, & exitus quarumcunq; pæcuniarum, siue rerum collectarum, compositionum, atq; prouentuum, sicut prædicitur, nobis ad archiuũ mittere, singulis tribus mensibus, teneantur, videlicet infra dies primos quindecim quarti mensis sequentis, sub pęna prædicta, infra alios dies sequentes quindecim exigenda, sicut præfetur, toties quoties fuerit contrauentum, vbi vero à tempore amotionis ab officio trimestre tempus nõ esset completum, mittant similiter vt supra pro eo tempore quo fuerint in officio commorat: & si aliquod mandatum fiscale in quaterno mandatorũ omiserint scribere, pro quolibet mandato omisso, pęnã vnciarũ auri duarum ab omittentibus exigere protinus studeatis, grauiori pęna reseruata in eos, ratione mandati omissi, si mandatum omissum de re magna & non leui esset: vel alias in omittendo mandatum huiusmodi fraudulenter processerũt, iuxta nostrum arbitrium infligenda, & exigenda ab eis.

Prædicti postquam eis fuit consignatum mandatum fiscale rescribant, quod illud receperunt, inserentes formam illius in literis responsiuis; si recusauerint credatur Nuntio referenti intimasse. h. d.

Idem ibidem num. 17. L. IV.

VOlumus ẽt qũod de receptione cuiuscunq; mandati fiscalis per curiã sibi directi, officialis quicunq; cum inserta forma mandati rescribere debeat: ad pęnam vnciarum duarum exigendam vt supra: & si negauerit facere responsales, de assignatione mandati sibi facti, credatur nuncio iurato, qui portauit mandatũ: & ipsa pęna protinus exigatur.

Si oriatur discordia inter prædictos circa præparationem, scriptionem, ordinationem, sigillationem, & assignationem actorum, & quaternorum prædictorum seruentur infrascripta. h. d.

Idem ibid. nu. 18. 19. L. V.

POrro si forsitan in præparatione, scriptione, ordinatione, sigillatione, & assignatione actorum, & quaternorum inter Iusticiarios, & capitaneos, seu stratigotos, & iudices, actorum, vel cameræ notarios, eueniret discordia, durante eorum officio, sub pœna prædicta vnciarum auri quinquaginta, Iusticiarijs, capitaneis, vel stratigotis triginta, iudicibus xxv. actorũ notarijs xv; & totidem notarijs cameræ, causã discordiæ infra dies quindecim, post ipsã exortam discordiam vobis debeant intimare, vt secundum terminationem, quam inde feceritis, & rescripseritis, sint concordes. Si vero orta fuerit post eorum amotionem, aut super actorum, aut quaternorum eorundem amissione discordes extiterint teneantur nihilominus Iusticiarij, capitanei, seu stratigoti, sub sigillo suo, ac sigillo eorum alterius si sic deuenerint ad concordiam, aut si vterq; discors fuerit sub suo tãntum sigillo, acta eadem, & quaternos, prout sunt, tunc præsentare, & nobis in rationum auditorio assignare; Sed si iudex, & actorum notarius concordes fuerint in præmissis, solo Iusticiario, capitaneo, vel stratigoto discordante, protestentur publice coram eo, quomodo per ipsos non remanet, & protestationem huiusmodi nobis infra idem tempus significent, & si imposterum apparet discordiam ipsam, ex causa, vel causis rationabilibus, processisse: vos, audita ea, vel eis, faciatis exinde, quod est iustum. Si vero eam calumniosã reperietis, motor talis discordiæ pœnę sub iaceat supra contentæ, ac maiori pro nostro arbitrio infligendę ab eo, infra dies quindecim, sicut in simili prænarratur exigendæ.

Officialis finito tempore assignet successori ordinationem prædictam, cum actis, & carceratis infra tempus hic præfixum, & nuncietur Regi assignatio cum tempore. h. d.

Idem ibid. n. 20. 21. 22. L. VI.

OFficialis amotus ordinationem huiusmodi cum alijs mandatis, actis, pendentibus, residuis, captiuis, & causis deten-

detentionis eorum, per speciale scriptum, sub sigillo suo, infra dies quindecim, postquam successor ingressus fuerit prouinciã, officium ministrando, assignare procuret suo in officio successori, sub eadem pęna, exigenda vt supra. Et successor transumptum sub sigillo suo infra primos octo sequentes dies, ad tardius, sub simili pęna similiter exigenda, exhibeat successori, protestatione pręmissa per prædecessorem amotum si fortasse successor recipere nollet eã, per quam constet per eum non stetisse successori assignasse pręmissa: de qua protestatione, & requisitione cõfici faciat publicum instrumentum, in archiuio infra prædictos dies quindecim assignandum. Adijcimus insuper, vt idem successor, ad eandem penam, exigendam vt supra, diẽ ingressus sui ad officium, in prouincia sibi decreta, nobis infra xv. dies, per suas litteras speciales studeat intimare, & vtrum infra ipsum tempus, vel ne prædecessor eius assignauerit ei residua & pendentia, vt est dictum.

gernetur l. Nouis. l. Quaternum. l. Volumus. l. Porro. & l. Officia l. is amotus supra eod. h. d.

1317. *Idem ibid sub n. 31.* *L. VII.*

VOlentes itaq; quod præscriptæ nostræ ordinationes, capitula, seu statuta tenaciter obseruentur, & vt circa eorum obseruantiam, nullam possitis ignorantiam, vel supinam excusationem prætendere, illa vobis denudanda, & aperienda prouidimus, vt superius continetur, & fidelitati vestræ mandamus expresse, quatenus ordinationes, capitula, seu statuta nostra prædicta, prout, & in quantum in his tangimini, & ad vos spectat quemlibet. s. sui officij tempore, efficaciter obseruare curetis, ac faciatis, & per iudices, actorum, cameræq; notarios, vobiscum per curiam in prædicto officio pro tempore deputandos, de quibus capitulis, & statutis eisdem, vt illorum etiam ignorãtiam forte prætendere non possint, copiam detis, faciatis tenaciter, & inuiolabiliter obseruari. Scituti pro certo, quod ille, seu illi vestrum, dictorumq; iudicum, & notariorum, qui premissa, quatenus. s. ad eorum quemlibet, vt pręedicitur, pertinent, obseruare contempserint statutis pęnis huiusmodi subiacebunt: quas ab eis, si in illis inciderint, ex nunc prout ex tũc mandamus & volumus, absq; remissionis gratia, extorqueri. Pręsentes autem litteras, statim post amotionem vestram ab eodem officio, successoris vestris dare studeatis in pendenti, deinde ad successores alios successiuis traditionibus alterutrum deriuãdas & per eos efficaciter obseruandas. Data Neapoli per magistros rationales magnæ curiæ nostræ. Anno Domini 1317. die xx. Septembris. j. indictionis, regnorum nostrorum. anno ix.

Quæ debent concurrere in iustitiarijs Prouinciarũ & Capitaneis Terrarum hic ponuntur.
Iudices, & assessores eorum non sint, qui non studuerint ante creationem per quinquennium, & fuerint reperti habilis,
Actuarij eorum pariter sint habiles. h. d.

Ioanna Regina cap. 273. L. VIII.

VT status reipublicæ regni reformetur circa obseruationem iustitiæ, ante omnia aduertendum est super creatione officialium. (quod Domina Regina, cum curiosa, & maxima diligẽtia prouidet) Quod iustitiarij prouinciarum, & capitanei terrarum sint homines fideles, Deum timentes, & honorem Dominę diligentes, qui seruent mundas manus, & soliti sint in officijs exercendis, actis retro temporibus, alijsque agendis, manus mundas habere, & seruare. Et sint homines conditionis talis, quod magno non sint suffulti præsidio, & fauore. Et respectum non habeant, nisi ad Deum, reginalemq; honorem, & conscientiam eorum, & ipsam non lædant. Sed penitus seruent illæsam. Et idem intelligatur de iudicibus, & actorum notarijs secundum eorũ conditiones. Et nihilominus, vt officialibus ipsis creandis ad sit materia bene regendi, & in iustitia gubernandi subiectos, vtque eis propter abusum pręteritorum temporum, præcessorum ipsorum fortassis imitantibus vestigia, excedendi iustitiæ limites desit materia, pariter, & facultas & ne ex iuris ignorantiæ nubilo, excusationes prætendere valeant commissorum,

missorum, freniq; temperies in eorum processibus, & excessibus adhibita videatur, condita sunt capitula infrascripta modica, quasi nulla statuentia noua, sed solum rememorantia, & reformantia iura antiqua, & capitula, quæ per abusum malorum officialium, minime fuerũt obseruata modernis temporibus, videlicet. Quod de cætero ordinentur iudices, & assessores, qui saltim studuerint p annos quinq; cõstitutiones, & capitula regni, & antequã ipsis, de officijs prouidetur per prothonotariũ, seu eius locumtenentẽ, & aliquos de consilio examinentur. Et vbi reperiuntur sufficientes prouideatur eis de officijs, vbi vero reperti fuerint nõ sufficientes, remittantur ad studium: vt cum erunt periti, prouideatur eis de officijs. Et idem intelligatur de actorum notarijs, attenta facultate ipsorum.

Iustitiarij, Capitanei, Iudices, & actuarij sint annales. h.d.

Eadem cap.283. L. IX.

ITem quod prædicti officiales Iustitiarij scilicet & Capitanei: iudices: assessores actorum: cameręque notarij: qui vno anno habuerint: & exercuerint officia huiusmodi: non possint nec debeant in sequẽti anno officia ipsa obtinere & exercere in eadem prouincia seu terra vel alia ad hoc vt super reddendis rationibus officiorum: cesset omnis confusio: faciliusque haberi possint: & officiales ijdem absque excusatione aliqua valeant sindicari.

Iustitiarij, & Capitanei de receptione prouentuum faciant antapochas distinctas. h.d.

Ead. cap.287. L.X.

ITẽ quod dicti Iustitiarij & Capitanei non possint de facili diminuere & defraudare quantitates pecuniæ quas recipiunt tam ab vniuersitatibus: quam a singularibus personis: & causas: & species pro speciebus solutionis ipsius pecuniæ cõmutare teneantur: & debeant a singulis vniuersitatibus & personis alijs soluẽtibus fieri facere & recipere singulis vicibus, Antapochas publicas: seu priuatas sub sigillis saltem ipsorum soluentium continentes quantitatem solutę pecunię & causam seu causas solutionis pecuniarum ipsarum quas Antapochas tempore positionis rationis ipsorum, cum cautelis eorum alijs producere teneantur.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 55. L XI.

ITem quod Capitaneus Ciuitatis Neapolis nõ possit cognoscere, nec se aliquatenus intromittere debeat de causis mere ciuilibus: cum non debeat, neque possit.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 302. L. XII.

ITem quod curia Capitanei ciuitatis nostræ Neap. non possit cognoscere de causis ciuilibus, nec super tenoribus instrumentorum: sed tantum habeat cognoscere de causis criminalibus, iuxta antiqunm ordinem antiquitus obseruatum.

Non indiget summario.

1459. Ferdinand. I. Rex inter priuil. Neap. fol.10 à ter. cap.21. & fol.11. cap.21. L XIII.

ITem supplica la detta vniuersità alla V. Maestà, che lo capitanio de Napoli presente, & futuro, & sua corte, non possa conoscere delle cause ciuile, nec super præsentatione instrumentorum, excepto in criminalibus tantum, secondo se contiene in lo priuilegio di essa Regina Gioanna seconda, olim concesso alla detta vniuersità de Napoli, non ostante, che habbia per lo tempo passato vsurpato, & voluto conoscere delle dette cause, contra lo rito, & osseruantia antica. Placet Regiæ. Maie. Et infra.

Item supplica la detta vniuersità alla pręfata V. Maestà, che attento, che molte vniuersità de questo Regno habbiano petito & petano non volere officiale Napolitano in le loro terre & vniuersità,

sic similiter, & e contra supplica la detta vniuersità de Napoli, che alcuno cittadino ò incola delle dette terre, & vniuersità vt supra, qualunque se intenda, & sia, publice, vel occulte, vllo vnquam' tempore, non debbia hauere, nè tenere per se, nè per altro, per loro parte alcuno officio, ò beneficio nella detta Città de Napoli & suo distretto. Placet Regiæ Maiestati quo ad officia & beneficia ipsius ciuitatis.

Officiales Actuarij & familiares eorum nihil recipiant ab Vniuersitatibus, neque esculenta, & poculenta, & iura prandiorum.
Non grauent subiectos angarijs, & perangarijs, non auferant equitaturas, sed eas conducant soluto logherio consueto.
Non recipiant aliquid pro sigillo, neq; pro sentētijs.
Literas Regias celeriter exequantur.
Nō recipiant aliquid pro impositione manuum, neq; pro visura.
Fideles soluentes tributa non teneantur officialibus ad aliquid angarium, vel perangarium. h.d.

1469. *Idem prag. 5. de Actua. L. XIV.*

SVscepti à Deo regiminis, nos cura sollicitat, vt vtilitatibus subiectorū, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione sollicite prouidere curemus: Quia, dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus. Cum igitur antiquis legibus, mandatisq; Principum, cautum sit, quod si quando contingat Prouinciarum Iudices, & Officiales eorum, circuire Prouinciam, vel de ciuitatē ad ciuitatem venire, neque expensis, neque alio dispendio debeant grauare subiectos, sed ex deputatis sibi a Fisco annonis, siue stipendijs expensas facere, neque vero consuetudines innouare, aut quærere, quas forte aliqui prædictorum iudicum in proprium lucrum iniuste adiuerint. Mali enim mores malæque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine conualidantur: Indeque Regni huius capitulis per retro Reges prædecessores nostros statutum fuit, quod iustitiarij, Iudices, & actorum Notarij, Camerarij, stipendiarij, & alij familiares, & eorum officiales, ab vniuersitatibus terrarum nihil recipiant in pecunia, prætijs, seu alijs quibuscunq; rebus, nec etiam esculēta, & poculenta: fælicisque memoriæ Alphonsus Rex genitor noster colendissimus in generali parlamento Neapoli celebrato, substulit propterea, & prorsus cessare, statuit, prandia, & iura prandiorum, quę iustitiarij, officiales alij sibi per Vniuersitates terrarum præstari faciebant: eisdēque legibus, & mandatis Principum similiter statutum fuit, prouinciarum iudices, eorumque officiales, de ciuitate ad ciuitatē venientes, minime debere angarijs grauare subiectos; nā & fideles, qui tributa præstant, imperialibus, antiquisque. ll. ad operas aliquas non tenentur, nec aliquod angarium, vel per angarium officialibus præstare vel exhibere, similiterque prædecessorum nostrorum Regni huius capitulis mandatur, iustitiarijs, quod pro suis, vel aliorum de familia sua arnesijs deferendis, vel equitaturis, eorū equitaturas non auferant, vel auferri patiantur, & si forte aliquando equitatura aliqua sit sibi, vel eis necessaria, eam conducant, vel conduci faciāt pro suis & suorum seruitijs, soluto prius loghetio consueto: nec non eisdem capitulis prouisum fuit, quod iustitiarij, vel alij pro parte ipsorum nihil recipiant pro sigillo cuiuscunque literæ sigillandæ per eos. Et quando literæ Regiæ sibi diriguntur pro vtilitate Principum, siue de assicuratione vassallorum, executionibus sententiarum, seu alijs quibuscumq; de causis mādatum regium celeriter exequātur. Nec recipiant aliquid pro literis sigillandis; & si contrafecerint, restituant illico illi, a quo receperunt rem captam cum damno, & quadruplum curiæ: & propter hoc iustitiarij, & alij officiales custodiāt sigilla sua secum, vt propter hoc se excusare non possint. Insuper capitulis Regni prædicti statutum fuit, quod victores, sententias redimere non cogantur, nec aliquid nomine compositionis pro parte curiæ, nec pro subscriptionibus, seu scripturis sententiarum, à iustitiarijs, Iudicibus, seu actorum Notarijs exigatur; cum iustitia vendi non debeat & tales suis salarijs debeant esse contenti. Nos hæc omnia, & singula propterea innouantes, & omnem vetu-

vetustatem, in his officialium antea iam deperditam, siue diminutam reparantes, Tenore præsentium, de certa nostra sciẽtia, & cum nostri Consilij matura delibe ratione, statuimus, mandamus, atque iubemus, præmissa omnia & singula huiusmodi. ll. mandatisque Principum Regnique capitulis, vt præmittitur, statuta, decreta, atque disposita perpetuo, & inuiolabiliter vbique in dicto nostro Regno, eiusque Prouincijs, ciuitatibus terris & locis per nostros Vice Reges, Gubernatores, Iustitiarios, Capitaneos, Iudices, Auditores, Consiliarios, actorumque Notarios, Camerarios, siue nostros Cameræ stipendiarios, & familiares, eorundem nostrorum officialium officiales quoscumque, quibusuis officio & iurisdictione fungantur, & quacumque dominatione notentur, quarumuis prouinciarum, seu partium Regni prædicti, ciuitatum, terrarum, locorum, & cuiuslibet ipsorum Locumtenentes præsentes, & successiue futuros, prout ad vnumquemque ipsorum præmissa, & singula præmissorũ spectauerint quo quomodo sub pœnis quidem à iure, Regni quæ huius constitutionibus, & capitulis iniunctis, atque statutis: quibus contrafacientes irremissibiliter puniri decernimus, & per quos decet volumus atque mandamus, & cumquilibet qui sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator & concussor iuris sententia condemnetur: statuimus similiter, mandamus, atque iubemus, quod iudices assessores, atque auditores, siue consiliarij officialium prædictorum, ac etiam nostrorum generalium Locumtenentiũ vel apud eos deputati, siue deputandi, qui in literis, prouisionibus, mandatis, decretationibus, inhibitorijs, executorijs, vel alijs quibuscumque manus posuerint, vel eas viderint, siue signauerint, pro manus impositione in eisdem, visione, signatura, & quacumque alia causa, nihil recipiant, sed suis stipendijs contenti, neminem concutiant, neque calumniam faciant; alioquin qui contrafecerit, tanquã calumniator, & concussor, condẽnari per quos decet & puniri volumus, atque decernimus.

Non indiget summario.

1486. *Idem inter Priuil. Neap fol. 18. cap. 1. L. XV.*

ITem che la corte del capitanio della città di Napoli non possa conoscere delle cause ciuili, ne sopra lo tenore de instrumenti, ma tantum habbia à conoscere delle cause criminali, iuxta lo antico ordine antiquitus osseruato. Placet Regiæ Maiestati.

Officiales & Capitanei, non recipiant munera neq; eis dentur ab Vniuersitatibus. h.d.

1490. *Idem Prag. 2. de Commiss. L. XVI.*

CVm multa sint, quæ Reges, & Principes summa diligentia, & cura prouidere oporteat, vt Regna, & Imperia, quibus diuinitus præsunt recte gubernẽtur, illud nobis præcipue curandum esse videtur, vt eorũ subditi ab oppressionibus, & indebitis grauaminibus releuentur. Cum itaque nuper ad nostram notitiam peruenerit, officiales, & Capitaneos administrationi iustitiæ per nos ordinatos, vltra prouisionem, & salarium eis taxatum, varijs modis, vel lucri, vel donatiui nomine, à vassallis nostris pecuniam extorquere, & interdum plures personę, ac ciues, vt gratiam, & fauorem ipsorum officialium adipiscantur, eisdem dona, & pecunias ex publico procurant; nè subditi nostri prædicti, extorsionibus, & indebitis solutionibus iam dictis continuæ grauentur, & officiales ipsi, qui pro tempore fuerint prouisioni tantummodo ipsis ordinatæ vel taxandæ, contenti remaneant, & acquiescant, remoti penitus ab omni spe alicuius alterius lucri, vel donatiui, sed in ipsa administratione iustitię semper intenti, & solliciti sint nec non etiam Vniuersitates, Terræ, Castra, loca, ciues, & homines in illis habitantes, & incolatum ducentes, non possint nec valeant amicitias, & suffragia, & fauores ipsorum officialium, sibi, hac ratione, vendicare, & acquirere, cum erogatione bonorum, & rerum Vniuersitatum; pauperum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, neque dictis suffragijs

fauoribus, & amicitijs, vti possint eaq; in eorum priuata commoda, & ad proprios vsus cõuertere, cum derogatione iustitiæ, & administrationis ipsius, quinimo, vt illa recte, bene, & diligẽter vt decet omnibus æque, & sine exceptione aliquã, ministretur, volumus, & præsentium tenore, nostra ex certa scientia proprio motu, & deliberate, & consulto, ordinamus atq; decernimus quod deinceps in futurum, & in perpetuum, officiales, & Capitanei prædicti per nos ordinandi, & deputandi, seu iam deputati in administratione iustitiæ, prouisione solummodo ipsorum ordinata, vel alias taxanda per nos, contenti remanere debeant, eamq; tantummodo consequantur, & illam habeant indiminute in terminis solitis, & consuetis, iuxta nostras ordinationes, & Prag. nec vltra prouisionem prædictam, directe, vel indirecte aliquid lucri, vel donatiui ab vniuersitatibus accipere debeant, nec ipsę Vniuersitates, ciues, & habitantes, eadem donatiua, & lucra procurare debeãt, seu habeant. Quinimmo ab hoc omnino abstineant, & cauere debeant, declarantes expresse, de eadẽ certa nostra scientia, quod si quis officialium prædictorum, præsenti nostræ ordinationi, dispositioni, & Pragmaticæ contrauenerit, ab officio, & administratione Iustitiæ, ipso facto suspendatur, pœnamque vnciarum quinquaginta incurrat, Ciuitates autem, Terræ, Castra, & loca, ac Vniuersitates, priuati ciues, & habitantes, subeant pœnam vnciarum centum irremissibiliter exigendarum, & Fisco applicandarum, & facultatem etiam pęnas ipsas augendi, & commutandi, prout nobis melius visum fuerit, & placebit, iuxta demerita contrauenientis reseruamus.

Non indiget Summario.

1496. *Federicus Rex inter Priuil. Neap. fol. 24. cap. 25. L. XIII.*

ITem supplicano, che nissuna persona di qualsiuoglia Città, Terra, ò Castello, doue li Napolitani per priuilegij ad essi concessi, non possono essercitare officio, possa essere officiale in Nap. in alcuno officio, à tale se osserui la equalità. P. R. M.

Non indiget summario.

1505 *Ferdinad. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 44. a ter. cap. 39 & 40. L. XVIII*

ITem si supplica, che in le terre demaniali di questo vostro Regno, se deputino, & mutino ogni anno li officiali, acciò che li populi siano ben gouernati, & se ministri la giustitia, che dandose in perpetua gouernatione, o per più anni, la giustitia non haueria cosi il suo loco, & mutandosi li suddìti ne conseqeriano maggiore beneficio. Placet potentissimo Regi.

Item perche alcune città, & terre di questo vostro Regno, hãno priuilegij che li Napolitani non possano essere officiali in esse terre supplicano che V. Cath. M. si degni concedere che detti cittadini Napolitani, possano essere officiali in qual si uoglia loco del regno, non obstante tali priuilegij, & casu quo a V. Cath. M. piacesse in tutto à dette terre farli osseruare detti priuilegij, se supplica che in tale casu detti priuilegiati, nõ possano essere officiali modo aliquo in questa Città di Napoli, & perche molte terre, tanto di questo regno, quãto delli altri regni di V. M. per priuilegij godeno molte franchitie in questa città, si supplica che eodem modo li cittadini Napolitani siano Franchi in esse terre priuilegiate. Placet Ser. D. Regi.

Obseruentur priuilegia terrarum demanialium, quoad cognitionem primarum causarum spectantem ad Capitan. Regios. h. d.

1536. *Carol. V. Imper. inter Priuil. Neap. fol. 105. cap. 26. L. XIX.*

ITem atteso, le terre demaniali del regno teneno priuilegij in amplissima forma, di essere cognosciute, & sententiate in le primo cause per li capitanei, & ordinarij di dette terre, qui pro tempore fuerint, & detti priuilegij, licet siano notorij, & che per quelli, ne la gran corte della Vicaria, ne li gouernatori delle prouintie, ne meno qualsiuoglia altro tribunale de V. M. etiam maggiore, hanno possuto, ne ponno intromettersi alla cognitione de dette cause, nihilominus la prefata gran corte, gouernatori, & auditori de prouintie, indifferenter citano li prefati essenti,

tanto

tanto in ciuilibus, come in criminalibus, astringendo li citati in criminalibus, che habbiano da comparere personaliter, ad allegare detti priuilegij & altramente nõ ne hanno raggione, & comparendo li deteneno, & carcerano de persona, finche se declara sopra le declinatorie de fori, & di detti priuilegij, & non comparendo, li fanno contumaci, li condannano, & procedeno alla catura personale, & essecutione detta condannono, & alias li bannisconno, & forgiudicano, talmente, che per indirectum si pregiudica à detti priuilegij, in assai pregiudicio, danno, & interesse di dette terre demaniali, & di parte citate. Per tanto si supplica à V. M. si degni prouedere, & penaliter ordinare, che detta Grã Corte, Gouernatori, & Auditori Prouintiali, & altri tribunali de V. M. debbiano admettere le predette parte citate ad allegare, & mostrare detti priuilegi, per loro procuratori, etiam in criminalibus, etiam in quibus se veneria ad imponere pena sanguinis de morte naturale, & vltimo supplicio, non obstante la preheminentia della gran corte della vicaria, & fatta la discussione per le dette persone legitime, & procuratori sopra detti priuilegij, & declinatorie de fori, se habbia quella ragione, che si deuertà hauere, de douerse remettere la causa, ò non remettere, à finche pendente detta discussione nõ siano per la detta gran corte, ò altri tribunali le dette parti citate, indebitamente carcerate, & interessate, lo che oltra sia per la osseruantia di detti priuilegij, se hauerà da V. M. à gratia singularissima; Placet Cæs. & Cath. M. sua priuilegia obseruari quemadmodum ius, & ratio postulat citra vllam vexationem indebitã &c.

Capitanei Terrarum in Prouincia Terre Laboris procedant iuris ordine seruato, & cum voto Iudicis, seu consultoris in scriptis. h. d.

1610. Comes de Beneuento Prorex Prag. 15. de Officialib. L. XX.

A Nostra notitia è peruenuto, come la maggior parte delli Capitanei, & altri officiali delle Città, Terre, e luoghi della Prouincia di Terra di Lauore ch'amministrano giustitia nelle cause de' loro sudditi, non procedono iuris ordine seruato, ma via facti, senza il voto, & parere del Consultore loro ordinario, dalche ne nascono molti inconueniẽti, & volendomo per la buona administratione della giustitia, & beneficio publico in ciò prouedere, come si conuiene, ne hà parso farui la presente, per la quale vi dicemo, & ordinamo che subito al riceuere della presente debbiate prouedere, & dar ordine à tutti li Capitanei, & altri officiali, tanto Regij, come de Baroni di tutte le città, terre, & luochi della prouincia di Terra di Lauore, che da hoggi auanti in tutte le cause tanto ciuili, come criminali, verteno nelle loro corti non debbiano procedere via facti, ma iuris ordine seruato, & con il voto, & parere del loro Giudice, & Consultore ordinario in scriptis, sotto pena à chi contrauenerà di ducati mille, & altra pena etiam corporale à nostro arbitrio reseruata.

Si decedit Capitaneus, Iudex, vel Assessor Regius, R. A. nunciet Proregi, & interim exerceat eligendus vt infra, qui debet stare sindicatui. h. d.

1616. Comes de Lemos Iunior Prag. 11. de offic. Iud. nu. 15. L. XXI.

QVando occorrerà la morte d'alcuno Capitanio, ò Giudice, & Assessore Regio in alcuna Prouiucia del Regno, il Preside, & in sua assenza l'Audientia ce ne debbia dare incontinente auiso, & tratanto se sarà morto lo Capitanio, volemo, che il Giudice esserciti l'vno, & l'altro officio, fin'ad altro ordine nostro, & se per il contrario morirà il Giudice, possa il Capitanio assumersi vn Consultore ordinario, delli luoghi conuicini, il quale debbia dare pleggiaria di stare à sindicato, & in essetto darlo pro rata temporis de sua administratione.

De Magistris Camerarijs Tit. XXXV.

Magistri Camerarij cognoscunt de causis ciuilibus exceptis feudalibus.
De causis inter Baiulos, & Gabellotos.
De appellationibus à sententijs Baiulorum.
Ordinant assisas cum consilio Baiulorum. h. d. cum l. seq.

Guil.

Guil. Rex Const. lib. 1. tit. de discr. cogn. cau. alias de off. M. Camer. L. I.



OFficiorum periculosa cõfusio priuatorum iura, qui iustitiam sitiunt, plerunq; confundit. Sane cum prædecessorum nostrorum discreta prouisio ad hæc diligenter intenderit, vt publicarum personarum officia segregaret. Prouisionem ipsorum effectu debito, prosequentes.

Statuimus, magistros camerarios qui à curia nostra officium camerariatus in credentiam recipiunt, vel conducunt, de causis ciuilibus, præterquam de feudalibus, pro sua iurisdictione, ad requisitionem baiulorum, vel in defectu ipsorum, tantum posse cognoscere, & ipsas rationabiliter diffinire. causas, quas inter baiulos, & gabellotos, suæ iurisdictioni subiectos, oriri sæpe contingit per ipsos audiri volumus, & sententialiter terminari. Appellationes etiam, quas in causis ciuilibus, in præsentia baiulorum, à sententijs iudicum, ordine iudiciario cognoscentium, ad ipsorum audientiam, prout assolet, contigerit interponi, ipsos suscipere volumus, & susceptis eisdem, ad confirmationem vel infirmationem sententiarum earum, prout viderint de iure, procedant, à quibus ad nos, & nõ ad iustitiarium, sicut olim, prouocationes volumus interponi.

Idem ibidem. L. II.

MAgistros camerarios regionum assisias rerum venalium, per singulas ciuitates, & loca volumus ordinare, cum consilio baiulorum, aliorumq; nostrorum fidelium loci, quos ad hoc viderint opportunos.

In Prouincia Calabriæ à Porta Roseti Mag. Camer. exerceant officium Secreti. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de Offi. Secr. L. III.

PRæsenti lege decernimus, vt officiũ, quod per regias constitutiones, & nostras, dohanæ, de secretis, & questorum magister hactenus exercebat, à porta roseti citra, magistri camerarij exerceant in futurum.

Magistri Camerarij cognoscant cum Iustitiarijs, vsq; ad sententiam exclusiuè de causis motis contra Fiscum, audito eius Aduocato, & dato procuratore, & processum instructum transmittant ad Regem. h. d.

Idem Constit. lib. 1. tit. de quest. int. fisc. & priu. L. IIII.

QVæstiones omnes inter fiscum nostrum, & priuatos, mouendas, tam personales, quam reales, quæ nõ sint de feudis, vel rebus feudalibus, cognitiones, atq; iudicia magistri camerarij accipiant, & ipsas, adiunctis iusticiarijs, cũ contra fiscum agitur, & præsente fisci patrono, & instituto prouido, & fideli procuratore, pro parte curiæ nostræ, vsq; ad sententias examinatas, dato parti alteri peremptorio termino, & per nuncium & literas suas ad curiam nostram mittant.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. V.

CÆterum ad hoc vt ipsi magistri camerarij cum personis sibi per nostram curiam deputatis in dispendium rei familiaris, suis laborare stipendijs, non cogantur, per speciales sacros nostræ mansuetudinis apices, prout status cuiuslibet pro tẽpore fuerit, statuimus eisdem, in expensis annalibus, & sufficientibus, prouideri.

Iustitiarij Regionum impartiantur consilium, & auxilium M. Camerarijs, Baiulis, & alijs officialibus requirentibus. h. d.

Federic. Imper. Constit. lib. 1. sub tit. ne pat. pro fil. L. VI.

IVsticiarios regiorum, prout prædecessorum nostrorum Regum Siciliæ, constitutionibus est indictum, sollicitos esse volumus, & deuotos; Vt magistris camerarijs, baiulis, & alijs officialibus, cum per eos extiterint requisiti, consilium, & auxilium, prout ad iurisdictionem suam pertinet, debeant impartiri.

De

De Reg. Baiulis, et Camerarijs, eorumq; Iudicibus, Notarijs, & Seru. Tit. XXXVI.

Camerarij, Baiuli, iurent, & quod non amore, odio, prece, precio, aut timore, absq; exceptione personarum iustitiam ministrabunt; secundum Const. Reg. in earum defectum, secundum consuetudin. eiusdem, & in earum defectum secundum iura comunia, Longobardorum, & Romanorum, prout litigantium qualitas exegerit; & curabunt esse illæsa iura Curiæ. h. d.

Gulielm. Rex Constit. lib. I. tit. de præstan. sacra. Baiul. L. I.



PVritatem, quã nos ipsi sectamur ab officialibus nostris, in iudicijs maxime præstolamur. Et vt in pęnam eorum qui contrafecerint, vultionis diuinę iudicium, nostræ indignationis aculeis, aggregemus præsenti lege sancimus, vt omnes Camerarij & Baiuli, priusquam in gabellam, vel credentiam Baiulationes nostras, administrandas susceperint, tactis corporaliter sacrosãctis Euangelio in publico, corporalia subeant sacramenta, quod pure, & sine fraude: non amore, non odio, non prece, non precio, non timore, omnibus conquerentibus, absq; personarum exceptione, prompto zelo iustitiam ministrare curabunt. Secundum Const. nostras, & in defectu earum, secundum consuetudines approbatas, ac demum secundum iura communia Longobarda, vz. & Romana, prout quęlitas litigantium exegerit, iudicabunt curiæ nostræ demania, & iura quelibet illæsa seruabunt, & ipsa non negligent, nec ea in alios vllo alienationis, vel locationis titulo transferent nec per se occupabunt, aut occupari permictant, sed occupata, & detenta ab ab alijs nostræ curiæ nuntiabunt.

Baiuli iurent, quod exigent quoque prouentus in eorum Curia faciendos.
Et à partibus non accipiant aliquid nisi pro sententijs iuxta taxam. Faciant iurare gabellotos suos, quod nil accipient vltra taxam, h. d.

Idem ibid. L. II.

ILlud etiam in sacramento Baiulorum expressum inserendum esse volumus, vt pœnas, seu mulctas, nostris constit. cõprehensas, ab his, qui in eas inciderint, prout ad eorum officium, seu cognitionẽ causæ pertinere noscuntur, nulli omnino honori, & gratiæ deferentes, & sine diminutione requirant, & recipiant requisitis, nec à partibus, præter subscriptiones sententiarũ, infrascripta quantitate taxatas, non plus recipient, nisi quod est nostra Constitutione prouisum. Et iurare prædicta faciant Gabellotos suos, quod nil vltra veterem formam, & noua statuta requirent, vel ab alijs extorquebunt, nisi quod eis Constitutio Regni, & nostra permiserit.

Magistri Camerarij in singulis præsidentibus creati, non vendant officia baiulationum, sed concedant viris probis, prudentioribus, & ditioribus, qui sint de demanio. h. d.

Idem Const. lib. I. tit. de præstan. sacram. Baiul. L. III.

MAgistri Camerarij, qui per quorũlibet Pręsidatuũ Regiones amodo statuentur, non vendant Baiulationum officia, quæ ad administrandam iustitiam pertinent in audiendis, & diffiniendis quęstionibus, quarum ad eos cognitio ex iurisdictione mixto Imperio partium, seu veteribus legibus, & nostris Cõstitutionibus demandatur. Sed Baiulationes easdem commictant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generosioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio ministrabit, qui sint de Demanio nostro tantum.

Magistri Camerarij statuant in quolibet loco vnum Baiulum. Verum vbi parua fuerint municipia, in pluribus statuant vnum Baiulum, Iudicem, & Notarium, qui non sint municipes, vel oriundi locorum iurisdictionis baiuli.
Litigantes non auocentur de loco incolatus. h. d.

Idem ibid. L. IIII.

PEr loca quælibet vnum tantummodo statuant, non plures, adeo vt, nec societatis occultæ velamine prædictæ Baiulationis officium à pluribus administrari permictant. Ex paruis autem Ciuitatibus, locis,

locis, & municipijs, in quorũ singulis Baiulus vnus, Iudex, atq; notarius non sunt necessarij, vt sine magno curiæ nostræ dispẽdio creari valeant, plura volumus insimul combinari, vnius Baiuli, Iudicis, & Notarij, qui non sint de ipsorum locorũ aliquo municipes, vel etiam oriundi, iurisdictione regenda, vt tamen nõ de vno loco ad aliũ auocent litigantes, sed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipsorũ sedeant, & ibidem, pro ut causarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes, petentibus iustitiam subministrent.

Magistri Camer. recognoscant processus Baiulorũ. suppleant. & emendent eorum defectus prouinciam discurrentes h. d.

Idem ibid. L. V.

BAiulorum processus per singulas ciuitates & loca frequenti discussione, perlustrent, defectus ipsorum, quos frequens, & diligens inquisitio reuelabit, suppleant, & emendent.

Magistri Camerarij singuli habeant Assessorem vnũ continuum, & Notarium de creatis à Rege, dentur stipendia à Curia prædictis, atq; Baiulis, Iudicib. & Notarijs. h. d.

Idem ibid. L. VI.

QVorum singuli; Iudicem vnum de fidelioribus, & prudentioribus loci, de creatis à nobis, aut creandis ab eis, continuum adijciant Assessorẽ, & Notarium vnum actorum, similiter fidelem, & cautum, ex his, qui à nobis Tabellionatus officium susceperunt, qui tam pro se per curiam nostram expensas statutas accipient, quam prædictis Baiulis, Iudicibus, atq; Notarijs per loca quælibet ordinatis, ordinata stipendia ministrabũt.

Magistri Camerarij compellant Baiulos, Iudices, & Notarios ad exercendum eorum officia per capturam pignorum, per mulctam, & tandem, per capturam personarum, & faciant eosdem coram ipsis iurare. h. d.

Idem ibid. L. VII.

COncedimus etiam magistris camerarijs supradictis, Baiulos, iudices, atque Notarios, quod si in non recipiendis officijs forsitan inuenerint pertinaces, pignoribus captis, vel per impositiones, & exactiones mulctarum, prout melius viderint expedire, & demum, si contumacia clarior, & pertinacia durior prædictorum exegerit, per captionem personarum, ad præsentiam nostram nobis in Regno morantibus, alioquin ad Regionum iustitiarios sub fida custodia mittendorum, ipsos ad subeunda prædicta munera coercere.

A quibus etiam Baulis iudicibus, & Notarijs in publico Sacramentum recipient, secundum formam veteribus legibus, & nostris constitutionibus comprehensam.

Baiuli Regij cognoscunt de causis ciuilibus, non feudalibus, de furtis minimis, & de alijs offensis. pro quibus non imponitur pœna corporis aut abscissionis membri. h. d.

Idem Const. lib. 5. tit de cogn. cau. cor. Baiul. L. VIII.

LOcorum Baiuli, qui a magistris Camerarijs, & a curia nostra quandoq; In credentiam vel in ex talium Baiulatione recipiunt, ciuiles causas omnes. reales videlicet, & personales, quæ super rebus, feudalibus minime mouentur, ad iurisdictionem, suam nouerint pertinere.
Super minimis etiam furtis, & alijs offensis, de quibus cõprobati pœnam sui corporis, vel ablationem membrorum incurrere non deberent, Audiẽtiam suam impartiri debebunt.

Baiuli exigant pœnas integras assisiarum circa res venales, & operas locatas impositarum, & contemptarum.
Habeant pondera & mensuras, & assisiat per se & iudices scriptas mense quolibet recognoscendas.
Exigant quoque pœnas bannorum contemptorum, quas possint cum consilio iudicum non vltra vnciam imponere.
Exigant etiam pœnas indictas litigantibus, coram ipsius irreuerenter loquentibus. quæ non excedãt augustalem. h. d.

Federi. Imper. const. lib. 1. tit. de off Baiul. L. IX.

AD officium baiulorum precipuè volumus pertinere contẽptas assisiarum pœnas super ponderibus & mensuris

ris à venditoribus rerum, & locatoribus operarum exigere, ac irremisibiliter extorquere, quas si in totum, vel in partem dimiserunt, de bonis suis proculdubio Fisco nostro persoluent.

Habebunt autem apud se baiuli prædicti mensuras, pondera, & assisias scriptas per se ipsos, & Iudices suos, mense quolibet, cum summa diligentia perquirendas, ne diù crassari valeant, per ipsorum negligentiam transgressores.

Pœnas bannorum etiam ab eisdem de Consilio Iudicum, & aliorum nostrorum regni fidelium, non vltra vnciam imponendas exigant, & sine remissione recipere non omittant.

De quorum bannorum numero fore censemus pœnas per ipsos partibus coram se litigantibus indicendas, quæ forsan irreuerenter ad ipsos, vel inuicem insolenter in Iudicio litigabunt, quæ tamen pęnę quantitatem Augustalis vnius per vices singulas non excedant.

Baiuli iurent prout Magistri Camer. & iurent præterea exigere irremisibiliter prouentus. h. d.

Idem Constit. lib. 1. tit. de Sacram. præstan. à Baiul. L. V.

BAiuli locorum, & Iudices publice super iustitia ministranda sacramenta præstabunt, quæ præstanda per magistros camerarios præmissa constitutio nostra decreuit.

Illud tamen sacramento baiulorum expresse prouidimus inserendum, vt pęnas, & mulctas veteribus legibus, & nostris constit. comprehensas ab his, qui in eas inciderint, prout ad ipsorum iurisdictionem, & cognitionem causæ pertinere noscuntur, nulli omnino gratiæ, & honori pœnitus deferentes sine diminutione requirāt, & recipiant requisitas.

Tres tantum in locis quibuslibet sint Baiuli, & sint de demanio. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de num. Baiul. L. XI.

SÆpe contingit, quod multitudo officialium, qui de facili conueniri non possunt, litigātibus in ipsorum rationibus impedimentum inducat.

Statuimus igitur vt tres tantummodo Baiuli & non plures, in locis quibuslibet statuantur, & ipsos etiam de demanio, & homines demanij esse præcipimus.

Clerici non admittantur ad officium Baiulationis.
Iudices non sint Baiuli, alias puniantur.
Baiulationum officia incipiant à Kl. Septemb. h. d.

Idem Constit. lib. 1. tit. vt cler. vel Iud. non sint Baiul. L. XII.

CLerici quoq;, quos à forensibus negotijs ipse ordo clericalis excludit, ad administrationes baiulorum, vel ipsorū officia nullatenus admictantur.

Quod etiam ab Iudices extendentes, ipsos à baiulationibus, & baiulorum consortijs, priuatis, & publicis remouemus, eosdem etiam publicatione bonorum suorum si contrafecerint condemnantes.

Et baiulationes omnes vbiq; per Regnum à Klend. Septemb. inchoari præcipimus, siue in extalium, siue ad credētiam collocentur.

Antiquatis iudicibus, creatis per inuasorem Regni, sint duo, vel tres, vel quinque ad cōtractus, & vnus ad causas decidendas cum Baiulo in singulis locis.
Iudex cum Baiulo iudicent secundum Constitutiones, & iura, & consuetudines approbatas absque sordibus, & non recipiant nisi semel esculentum, & poculentum à partibus, & non aliud.
Accipere tamen possint trigesimam post sententiam, vel transactionem Baiulus, iudex, & Notar.
Verum in causa possessorij accipiant sexagesimam, & in causa petitorij aliam sexagesim.
Eandem partem habeant iudices pro compositionibus maleficiorum.
In quasi possessionis iudicio seruetur idem quod in iudicio possessionis, & prædicta iura exigantur statim per capturam pignorum. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. de ordin. iudic. L. XIII.

CVm circa iustitiæ tramites imperialis clementia oculos suæ prouisionis aduertit, & sui regiminis extollit fastigium, armando legum munimine Imperatoriam Maiestatem, & subiectorum grauamina, & oppressiones releuat, qui sola, post Deum, magnificentia Principis lenitate respirant. discreta itaq; vicissitudine temporum, dum post bellorum strepitus, obtenta victoria, succederet quies pacis, ad hoc se nostri numinis principalis ingenij erexit prouisio, vt paci iustitiam sociaret,

Ad quod itaque dum perpensæ delibe rationis cōsilio vacaremus, distincta post modum moderatione præscripsimus, quot, & quales baiuli iudices, atque Notarij per Vrbes singulas iustitiam ministrarent, videlicet vt his, quos dudum in uasorum Regni nostri per diuersas Prouincias concreauit iniquitias, pœnitus antiquatis, & ipsorum loco, demandato nostro, duobus, aut tribus, aut quinque in locis aliquibus, qui contractibus tunc intersint, & vno tantummodo, qui vnà cū Baiulo causas examinent, & decidant viris prouidis, & fidelibus substitutis, in noui Regis victoria, nouella iustitiæ propago consurgat: qui iuxta tenorem nostrarum const. & iura, & consuetudines approbatas, causas audiant, auditas examinent, & à gratiarum ac munerum sordibus abstinentes de puræ, conscientiæ gremio gratuitas sententias proferant, non venales: nihil omnino præter esculenta, & poculenta, semel tantum in causis, per se, vel per alios à litigatoribus capientes, sed de munificentiæ nostræ gratia salarium à curia nostra recipiant, prout vnicuique prædictorum in locis singulis per nostram Excellentiam est prouisum,

Statuimus etiam, vt trigesimam partem quantitatis in petitione deductę, vel æstimationis petitæ rei sub sacramento partiū, & taxatione iudicum ex vtraque parte litigantium, post diffinitiuę senten tiæ calculum, vel causas transactione, vel amicabili compositione decisas, pro iudicaturis suis, & subscriptionibus cōsequantur, & statim oblato libello, & parti por recto in pecunia, vel in pignore pro Curia nostra, & pro se, demum; lite sententia, vel transactione finita, trigesimam inter ipsos æqualiter diuidendam Baiulus, iudex atque notarius pro scriptionibus, & subscriptionibus suis consequantur.

Baiulus recipiat trigesimam in omnibus causis à victo per sententiam, vel ab vtraque parte secuta transactione. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. In quib. reb. pet. triges. L. XIV.

COnstitutionum prædecessorum nostrorum defectum necessario supplemento supplentes, quæ in certis tantum quæstionibus, & personis commodato videlicet, mutuo & deposito, baiulos trigesimam recipere statuebant, nec de alio aliquo, sanctiones ipsis non modicā malignandi materiam offerebant, Statuimus vt de causis alijs, tam mobilium, quam immobilium, & quaruncunq; rerum quæ non cadunt in nomen contractuum prædictorū, si personali qualibet, vel alia actione reali petuntur trigesimam tantū quantitatis, vel æstimationis rei petitæ baiuli ipsi exigant & recipiant à damnato cum causa per sententiam decidetur, sicut Iudicibus nouella nostri numinis constitutio introduxit.

Si vero causa transactionis remedio decidatur, tunc ab vtraque parte litigātium recipiant trigesimam supradictam.

Baiulus autem contra prædicta, vel aliquod supradictorū veniens, quæ in nostri Regni assisijs continentur, præter periurij pœnam in articulis iurisiurandi contentam, de quo diuina sententia condemnatur, duas libras auri purissimi ærario nostro se nouerit illaturum.

Si Baiulus, iudex, & Notarius habent salarium à Cu. non habeant trigesimas.

Verum trigesimę cum prouentibus ponantur in arca, cum tribus clauibus diuersis, detinendis vt infra.

Et de pecunia recondita in arca, subministrentur expensæ prædictis. h.d.

Idem Const. lib. 1. tit. de salar. Baiul. L. XV.

CVm iuxta prouidum, & salubre consilium antiquorum, viam præcidere cupiditatibus cupientes, de Camera nostra salaria Baiulis, Iudicibus atq; notarijs, exhibenda, non iniusta recompensatione, prouidimus, vt obuentiones omnes quę de trigesimis, pęnis legitimis, seu iudicialibus mulctis, aut quibuslibet similibus ab aliquibus nostris fidelibus inferuntur, & baiulis, seu Iudicibus ipsis obueniunt, integre nostris erarijs applicentur, de quibus omnibus magistri camerarij per singulos menses cum baiulis diligentem rationem expurgent, & relictis sibi pro se iudice, atq; notario pro rata temporis statutis expensis, quod supererit pro curia nostra seruetur. Et vt cuiuslibet peculatus

via

via cuilibet pręcludatur, & modus; Prouidimus, vt obuentiones prædictę, sub infrascripta forma, per pręfatos baiulum,iudicem, & notarium recipiantur, & receptæ seruentur, videlicet in scrineo vno, tres claues diuersas, & foramen obliquū ad immissionem auri, habente, quarum pręedictorum quilibet vnam apud se retineat, vbi percepta pecunia reponatur, quæ non, nisi in pręsentia magistri camerarij, per omnes pręedictos, aut ipsorum aliquē valeat aperiri.

M. Camerarij contra Baiulos, Iudices, & Notarios adhibeant diligentiam infrascriptam, & procedant vt infra h. d.

Idem ibidem. L. XVI.

PEr singulos etiam menses quatuor à magistro camerario de baiulis,iudicibus, atq;notarijs,eorūq; processibus inquiretur, & demū,anno pfecto,per generales inquisitores à nostra curia destinatos exactissima fiet inquisitio contra eos.Qui autem inuenti fuerint per magistrum camerarium supradictum, vel inquisitores culpabiles. Videlicet,quod odio, vel amore, pręce vel præcio aliquibus, petētibus iustitiam facere denegassent, aut per fraudem, infra statutum tempus, iustitiam facere detractassent,vel quod suæ iurisdictioni subiectos,per uenales sententias aut similibus alijs grauaminibus manifestis,oppresserint, vt remissa inquisitione ad magnam curiam nostram de periurio manus mutilatione,mulctentur. Et si durante officio per camerarios in manifesta desidia inuenti fuerint,non dolo,tertia parte mobilium puniantur.

Nonnulla, quæ spectant ad officium Baiulorum, & Iudicum,hic ponuntur. h. d.

Idem ibidem. L. XVII.

ET ad officium suum baiuli, & iudices prædicti pertinere cognoscant, male factores in ipsis maleficijs depræhensos, & forbannitos,sine licentia curiæ redeuntes, & scienter receptatores eorum, capere de personis,iustitiarijs assignandos. Ab alijs autem malefactoribus, in terra præsentibus, fideiussores recipiant, si eos dare potuerint, præterquam in criminibus exceptis.

Aut si ipsos dare non potuerint, eos personaliter capiant iustitiarijs similiter assignandos.

Non indiget Summario.

Idem Const.lib.1.tit.de Feri. L. XVIII.

BAiulos,& omnes iudices, ac actorum notarios à mane vsque ad vesperas, præter necessarias horas commestionis,& somni, sui copiam omnibus præstare præcipimus, officij sui partes petentibus omnibus prębituros.Exceptis diebus natiuitatis Domini, Paschalibus, atq; Dominicis,ac Beatæ Virginis,& Apostolorum festiuitatibus dedicatis, in quibus, & iudices alij, qui annales erunt, se de audiendis,& decidendis questionibus nullatenus intromittant.

Baiuli cum personis sibi deputatis habeant ex personas sufficientes statutas à Cur.h.d.

Idem ibidem. L. XIX.

CÆterum ad hoc vt ipsi baiuli, cum personis sibi per nostram curiam deputatis, in dispendium rei familiaris suis laborare dispendijs non cogantur, per speciales,& sacros nostræ mansuetudinis apices; prout status cuiuslibet pro tempore fuerit,statuemus eisdem in expensis annalibus & sufficientibus prouideri.

Coram Baiulis per Iudices examinentur, & decidātur causæ sublatis Admezatoribus, salua facultate compromittēdi in casibus à iure permissis. h.d.

Idem Constitut. lib. 1.tit.de Iud. per Imper. cels. L. XX.

CVm noua nostri nominis sanctione statutum sit, vt iudices de quęstionibus cognoscentes, per nostram celsitudinem debeant promoueri. Iunctos etiam ad mezatores,qui per priuatorum consensus ad decidendas quęstiones in prędictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, & circunstantibus eligebantur hucusq;, qui nullam aliam iurisdictionem habebāt, nisi quæ ab eligentibus conferebatur eisdem, in posterum eligi prohibemus.Sed per iu-

dices tantum à nobis statutos, coram baiulis causas omnes examinari volumus, & per sententiam terminari, à quorum sententijs appellationes non ad compares, vel adiunctos, vt dictum est, sed ad celsitudinem nostram, vel officiales nostræ cameræ, iustitiarios, magistros iustitiarios sicut in reliquis regni partibus, deferantur. Arbitris super rebus, de quibus potest de iure in arbitros compromitti, propterea non negandis.

Baiuli faciant restitui extorta per Gabellotos, Foresterios, Platearios, Portionarios, seu Passagerios, eosq; puniant M. Camerarij. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de summa cogni. cont. Gabellot. L. XXI.

AVctoritatē etiā baiulis impartimur, vt ad quærelas nostrorum fidelium, summaria cognitione præmissa, super exactiones restitui faciant, & rapinas, quas Gabelloti, foresterij, platearij, portionarij, seu passagerij, cōtra veterem formam, aut contra noua nostræ curiæ statuta in fideles nostros exercent. Super exactionis, & rapinæ pæna à magistris camerarijs, qui prædictos officiales instituerint infligenda.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. Vt null. offi. cog. aliq. Const. occupatis. L. XXII.

IN ciuitatibus singulis vnum tantummodo baiulum, & iudicem vnum, qui causarum cognitionibus præsint, iuxta p̄missa nostræ mansuetudinis formam, per magistrum camerariū, & tres iudices, qui gesta conficiant, per nostram excellentiā volumus ordinari. Ciuitatibus Neapolis, Messanæ, & Capuæ tantum exceptis, in quibus propter contractuum multitudinē, quinq; iudices, & octo notarij creabuntur; ita q̄ nullus magister, iudex aliquatenus sit in regno. Horum officialium omnium tempora, præter notarios, qui vbiq; terrarum perpetui statuantur, anni circulo præcipimus terminari, nisi, vel eminens administrationis industria, vel substituendi defectus, nobis aliquando, quibus solum ordinationem iustitiariorum, vbicumque fuerimus, reseruamus, temporis spatium de necessitate persuaserit, prorogandum.

Iudices Baiulorum sint idonei, & examinati, atque approbati.
Iudicent coram Baiulis in Prætorio secundū Const. iura communia, & consuetudines, quæ non aduersantur Constitutionib. h. d.

Idem const. lib. 1. sub tit. Vt null. off. L. XXIII.

IVdices vbiq; locorum, remotis perpetuis hactenus ordinariis, vt est dictum, annui viri illustres, & fideles, & iurisperiti; si vnquam in regno reperiantur idonei, decernantur. Quod si competitores habeant forsitan promouendi, de vtriusque meritis, testimonio suorum conciuium, & examinatione sollicita, doceatur, ita quod in officiali promouendo discretio, & in remoto iustitia conseruetur. & infra.

Iudices secundum formam constitutionum nostrarum, & iura communia, & consuetudines approbatas, quę constitutionibus non resistunt, de purissima consciētia, causas audiant, vt tamen ipsas, nec alibi, quam apud baiulos ciuitatum, in curiæ nostræ prætorio, vbi consueuerunt iura decerni, vel apud aliū, qui iurisdictioni præest, discutiant, & audiant quæstiones, quod enim iudicibus supradictis ordinarijs iurisdictiones concedimus infra annum, non sic accipi volumus, vt apud ipsorum prætoria, ex litigantium forte consensu, quæstiones accipiant, sed in præsentia officialium, & baiulorum nostrorum, ipsas examinent, & fine debito studeant terminare.

Non indiget summario.

Idem const. lib. 1. tit. de Apparito. const. in Ciuilibus. L. XXIIII.

APparitori autem pro qualibet citatione, infra ciuitatem, aut locum facienda, granum auri ab actore præbeatur, extra ciuitatem autem pro quolibet miliari granum vnum.

Non indiget summario.

Idem const. lib. 2. tit. de solu. pro scrip. sent. L. XXV.

Pro

PRo scripturis, & scriptoribus sententiarum, recipiant baiulus, iudex, & notarius, centesimam partem estimationis rei in litem deductæ pro iuribus eorum, æquis inter eos portionibus diuidendam, & suis vtilitatibus applicandam, quam ab actore, vel reo recipient, qui sententiam ipsam ad sui cautelam voluerit in scriptis habere.

Salarium autem prædictum inter eas expensas computari censemus, quas præstandas fore præscripsimus à victo victori.

Quolibet anno vniuersitates eligant iudices idoneos confirmandos à Rege, qui sint annales. h.d.

Carol. II. Rex cap. 173. L. XXVI.

ELectionem insuper iudicum, quos diui principes esse decreuerunt annales, vniuersitates, & homines, quibus iudicaturæ præsunt officio, absolutam, & liberam habere volentes; iniquum, & inter iniquum reputantes, vt per iudicaturam perpetuam, quoddam quasi dominium quis sibi vendicet in compares, & continuos, iudices; & perpetuos, aut ad beneplacitum factos per nos, aut quoscunque prædecessores nostros Reges Siciliæ in quibuscumq; terris dicti regni remouemus, atq; cassamus, viribus vacuantes literas indultas, priuilegia facta eis, & eorum cuilibet, sub quacumq; forma verborum, qualemcunq; ipsis perpetuam, vel ad beneplacitum iurisdictionem cõtinentes concessam, sub interminatione infamiæ perpetuæ ipso facto illis, qui contrafecerint infligendæ, omnisq; penæ, statutæ in eos, qui auctoritate propria dignitatem, & iurisditionem vsurpant. Edicimus vt nullus de cetero in dicto regno nostro iudicem se perpetuũ nominet, aut faciat nominari, mandantes vniuersitatibus singulis, vt talibus iudicibus in nullo intendãt, aut pareant, sed mense Septembris anni cuiuslibet, in consueto numero pro anno illo, libere iudices sibi idoneos eligant, per curiam nostram ad annale iudicationis officium confirmandos.

Baiuli, & iudices non obstante lapsu anni expectent aduentum successorum. h.d. cum l.seq.

Robert. Rex cap. 235. L. XXVII.

ORdinata iusticia persæpe negligitur, & iuris obseruantia per actus nonnunquam contrarios impugnatur. Sanè habet insinuatio facta nobis, quod indictione anni finita, dum de nouorum baiuli, & iudicum electione tractatur, plerũq; ipsa differtur electio, & confirmatio ponitur in suspenso. Quo fit vt baiulus, nouiq; iudices, de causis, & litibus, pro eorum creatione non facta, cognoscere differant, & ad realis executionis exercitium non procedant. Presentis igitur nostræ ordinationis edicto præcipimus, quod, & veteris iuris sanctio prouidere videtur, vt indictione completa, antequam baiulus, & iudices noui creentur, & eorum incipiant officia exercere, baiulus, iudicesque priores, vsque ad successorum aduentum eorum, vt hactenus exercebant officia, sine aliqua procrastinatione procedant. Ne mora negocijs damnum afferat, & dilatio celeriter petendæ iustitiæ impedimenta producat. Si quis autem contra hæc fecerit, vel venire presumpserit, ad penam sex vnciarum auri teneri volumus, fisci nostri compendijs applicandam. In cuius rei testimonium presentis ordinationis nostrę scriptum exinde fieri, & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri.

Idem ibidem L. XXVIII.

SCire vos volumus, quod nuper edictũ fecimus tenoris, & continentie subsequentis.

sequitur tenor l.prox.præced.& deinde.

Quo circa vobis tenore presentium cõmittimus, & mandamus expresse, quatenus tu presentem ordinationem ipsam, per singulas terras, & loca iurisdictionis tuæ, etiam si capitaneos habeant, diuulges publice, & ex more per competentia officia facias, prout expediens fuerit, diuulgari, & deinde, tam tu præsens, quam vos alij successiue futuri seruetis illam tenaciter, & faciatis ab alijs vestrę iurisdictioni subiectis subiectis, inuiolabiliter obseruari. Dantes vobis illam alterutrum in pendẽti.

Baiulus non imponit pœnam vltra Augustalem, neque vltra quantitatem petitam infra Augustalem: & illa accusetur & exigatur vt infra. h.d.

1477

1477. *Prag.1.de off.Baiul. L.XXIX.*

DEcernentes pęnam in causis ciuilibus coram dicto Baiulo mouendis, non posse excedere quantitatem sortis petitæ, vsq; ad quantitatem augustalis, etiã si quantitas petita excederet dictum augustalem, reseruato tamen in arbitrio creditoris, si pro minori pœna accusare voluerit, vt hactenus extitit consuetũ, quam pœnam, vt supra dictum est, exigere non possit, nisi postquam creditori satisfactum fuerit. Et si contrafecerit, supradictæ pœnę quinque vnciarum subiaceat.

Baiulus iuret, & conficiat librum vt infra h. d.

Prag. eod. L. XXX.

DEbeatque dictus Baiulus, ad pęnam 25. vnciarum si contrafecerit, in introitu officij in nostra Camera Summarię comparere, & sacramentum subire de bene, & iuste exercendo officium suum omni dolo, & fraude cessantibus ibidemque tunc pręsentare debeat librum ligatum, cum chartis per numerum signatis, & in principio cuiuslibet chartę sculptum Signo Ciuitatis nostræ Neapolis, cum inscriptione tituli in principio dicti libri tali. Hic est liber mei talis Baiuli, talis anni præsentatus in eadem Camera, in numero tot chartarum, in quo describetur omnia & singula agenda durante tempore dicti anni per me vel officiales meos, sicq; debeant Baiuli, & officiales prædicti in dicto libro ordinate scribere de die in diem petitiones, denunciationes, accusationes, citationes, iuramenta, & dicta testium, sententias, condemnationes, declarationes, & omnia, & singula acta quæ per eos fieri contigerit ad pęnam supradictam quoties contrafactum apparuerit.

Neapoli Baiulus sit persona Egregia, cum qua Nobiles Neap. non pudeat residere.

Prag. ead. L.XXXI.

ET quia vera relatione præcepimus ꝙ nobiles Iudicesque in Ciuitate Neapolitana cũ dictis Baiulis sedere cõsueuerũt, & interuenire recusant, propter vilitatem personarum, quæ ad dictum officium deputãtur. Volumus, & mãdamus in dicto officio deputari personas egregias, cũ quibus nobiles Neapolitanos, qui Iudices deputabũtur nõ pudeat interuenire. & infra.

Et publicata fuerũt capitula, leges, & cõstitutiones in Sacro Regio Consilio penultimo Octobris, anno Domini 1477.

Et eodem die in Magna Curia Vicarię & die 2. mensis Nouembris eiusdem anni fuerunt bandita per Sedilia dictæ Ciuitatis Neapolitanæ, notificando Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Terrarum Dominis, Baronibus, & Vniuersitatibus, vt ad pęnam confiscationis omniũ bonorum seruare debeãt, ad vnguẽ prout cantant. Subscripti sunt propria manu Illustris. Regij Cons. & Iud. & vtriusque Iuris Doctores videlicet. Dux Esculi manu propria. Lucas Tozolus Vice Prothonotarius, vtriusque Iuris Doctor, Regius Consiliarius. Ioannes Baptista de Bentiuolijs vtriusque iuris Doctor, Regius Cõsiliarius, Bernardinus de Bernardinis Amerinus miles Regens Magnam Curiam Vicariæ, Nicolaus Antonius de Montibus vtriusq; Iuris Doctor, Angelus de Ricijs vtriusq; Iuris Doctor, Regius Consiliar. Ioannes Antonius Carrafa vtriusque iuris Doctor. Iacobus Protonobilissimus vtriusque iuris Doctor, Regius Consiliar. Andreas Mariconda vtriusque iuris Doctor, Regius Consil. Paulus Marchesius vtriusq; iuris Doctor, Regius Cõsiliarius. Petrus Trocta vtriusq; iuris Doctor, Reg. Consil. Nicolaus Antonius Orilia vtriusque Iuris Doctor Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Ioannes Andreas de Zoffo vtriusq; iuris Doctor Iudex Mag. Curiæ Vicariæ. Frãcisc. de Mastrilli vtriusq; iuris Doctor Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Stephanus de Gaeta vtriusque iuris Doctor. Leo de Sturionibus vtriusque iuris Doctor Iudex Magnæ Curiæ Vic. Paris de Puteo vtriusque iuris Doctor. Colutius Mangionus Legum Doctor.

De

De Baronibus, ac eorum Capitaneis, Iudicibus, Actuarijs, & Servientibus Tit. XXXVII.

Non indiget Summario.

Federic. Imper. Const. lib. 1. tit. de Ordin. iudi L. I.

DE quæstionibus quas inter homines Prælatorum, Comitum, & Baronum in Terris nostri Demanij, prout assolet habitantes moueri cõtigerit, de quibus idẽ Prælati, Comites, & Barones iurisdictionem, aut curam habere noscuntur; volumus vt iudex per nostram Curiam pro tempore constitutus ad Curiam Prælatorum, siue nobilium se conferat requisitus causas ipsorum audiat, & debito fine decidat tam trigesima, quam pœna legitima, siue mulcta per officium iudicis inferenda inter Curiam nostram Prelatos, & nobiles supradictos, quorum vassalli litigantes extiterint æqualiter diuidẽdis.

Non indiget summario.

Idem ibid. L. II.

CAeterum si contigerit ex litigantibus alterum hominẽ esse demanij, tunc trigesima tota, nec non & pœna, quam vassallum nostri demanij debere pati contigerit, ad Baiulum nostri demanij redigentur: Pœna vero qua vassallus alterius puniretur, prout in superioribus dictum est, inter Fiscum nostrum, & Dominum condemnati, proportionabiliter diuidetur.

CItationis literę, tam per Iustitiarium, quam per Baiulum transmittendæ, ipsi eidem, qui citandus fuerat, si eius copia haberi poterit, sub publicæ personæ testimonio duorũ, vel trium testium assignétur. Quod si, vbi sit qui citádus fuerit, ignoretur, vel inuentus haberi ad se aditũ non permittat, sufficere volumus, quod denunciatio domi fiat, in qua vxor eius, vel filij, vel alia specialis familia commoretur, recepto à familiaribus iuramento, quod citationem, quamprimum poterũt, ad notitiam citati perducant. Si vero domus non aperiatur citare volenti, literas citatorias in limine domus poni iubemus, sub testimonio supradicto, & ex tunc triginta, vel quadraginta dierum tempus, quod in se literæ contineant, continuum numeretur.

Is, cui commissa est intimatio, potest per se, & per alium, cui commiserit intimare.
Intimans facit relationem.
Et quæ habentur in lege præsenti, ac prox. præced. habent locum in ciuilibus, & criminalibus. h. d.

Idem ibid. L. V.

QVæ omnia per eum, cui fuerit commissa citatio volumus expediri, & seriatim citanti rescribi. Illa in posterum dubietate se mota, quod is, cui facienda citatio extiterit demandata, mandatum ipsum, tam per se, quam per alium fide dignum, cui specialiter hoc commiserit, exequatur. Cum hic, non vt Iudex causæ, sed vt quilibet Minister alius ad faciendum aliquid assumatur, nec causæ cognitionem hoc contineat, quod mandatur, vt per libellum non valeat expediri. Quæ omnia volumus in posterum obtinere. Siuè ciuiliter quis, siuè criminaliter impetatur.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. de Apparito. & corsalar. L. VI.

IN ciuilibus causis baiulos, & iudices Regni nostri formam huiusmodi volumus obseruare, videlicet quod ad petitionem agere volentis, baiulus reum futurum citari faciat per apparitores suos, qui iurent de veritate dicenda, de quibus vnum, aut duos, tres, aut plures prout qualitas loci exiget, habere debebit.

Non indiget Summario.

Idem ibid. L. VII.

ET erit quælibet citatio baiuli peremptoria, continens terminum tertij diei in Ciuitate, computatis die citationis, & die quo sisti debebit in iudicio, extra ciuitatem vero, si citandus in eadem prouincia fuerit, quarti, aut quinti, aut demum octaui. Extra Prouinciam vero mensis vnius, prædictis diebus similiter computatis. His, quæ per sacras nostri nominis sanctiones in citationibus Mag. Iustitiarij Curiæ nostræ, vel Iustic. regionum ediximus, in suo robore duraturis.

Non indiget summario.

Rit. 112. L. VIII.

ITem, quod litera citatoria, vel alia per ipsas Curias, siue alteram ipsarum non committatur, nisi habenti officium publicum.

Prop-

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 114. L. IX.

ITem litera citatoria, vel alia per ipsam Curiam non commi&ctatur nisi habenti officium publicum.

Citatio debet expediri, & exequutioni demandari die non feriato, & quoad ferias attenditur locus, in quo fit actus intimationis h. d.

Rit. 116. L. X.

ITem seruat dicta Curia, quod citatio debet fieri die non feriato, vt compareat die non feriato, vt si Curia ipsa regeretur in vno loco, puta Neap. & quodam die quidam citaretur in aliquo alio loco, puta Salerni, ibi dicto die essent feriæ, puta, quia vbi celebraretur à Clero, & Populo aliquod festum, & eodem die in loco, vbi Curia prędicta resideret, & regeretur, puta forte Neapoli, non essent feriæ, tunc citatio non valeret, quia attenditur locus factæ citationis, & ita practicatum est multoties, & obtentum per dictam Curiam ad præsens.

Data citationis, & commissionis potest fieri die feriata in honorem Dei: Verum actus iuridicus debet expediri die non feriato.

Et quoad diem feriatam attenditur consuetudo loci vbi fit citatio, vel alius actus. h. d.

Rit. 117. L. XI.

ITem prælibata Cur. solet seruare hanc practicam, quod data commissionis cuiuslibet, vel data citationis cuiuscumq; potest fieri sub quocumq; die, etiam feriato, die etiam Paschali, & ea quæ occurrunt in dicta commissione, vel citatione, si sit actus iuridicus, debent fieri die non feriato: puta debet quis citari die non feriato. Et attenditur vtrum, sit feriata, vel non, consuetudo loci in Regno, in quo loco fuit facta citatio, vel ille alius actus, quando tamen committuntur citationes apertæ, sicut quando quis debet citari, qui sit in loco, vbi Curia regitur, & eius loci pertinentijs, tunc dies datæ talis citationis debet esse iuridicus, secundum consuetudinem dictæ Curiæ in ipsa Curia diutius obseruatum.

Dies, qua fuit facta citatio non computatur in termino, præfixo in citatione; h. d.

Rit. 119. L. VIII.

OBseruat ipsa Curia, & omnes aliæ huius Regni, quod vbi quis citatur, vt quinto decimo die, vel alio quocumq; post citationem compareat in dicta Curia, non computatur in illis quindecim diebus illa dies, qua fuit facta citatio. i. qua fuit citatus.

Citatio post impetrationem, infra sex menses debet esse intimata, cum condemnatione prout hic declaratur.

Rit. 121. L. XIII.

ITem si quis impetrat citationem ab ipsa Curia, non potest eam tenere semper, & non facere citare eum, contra quem impetrauit, sed debet curare dictus impetrans, quod citetur aduersarius suus, & in criminali banniatur, & condemnetur, & in ciuili, vt condemnetur infra sex mẽses, si est propè locũ, vbi Curia regitur per vnam diætam, si verò est infra duas diætas, tunc infra octo menses, si verò vltra duas diætas vsq; ad quatuor inclusiuè, tunc infra decem menses, si verò vltra quatuor infrà annum. Aliqui dicunt infrà sex menses in omnibus prædictis casibus vbiq; per Regnum, alias citatio euanescit, & sic determinatum fuit in causa Domini Iacobi Barilis.

Infra sex menses citatio impetrata intimetur, & condemnatio subsequatur, alias citatio euanescit, aliqui volunt requiri tempora maiora, in aliquibus casibus; potest teneri vtraq; opinio. h. d.

Rit. 122. L. XIV.

ITem, seruat ipsa Curia, quod si aliquis impetrat citationem ciuilem, vel criminalem ab ipsa Curia, non potest eam tenerę à die datæ citationis, nisi per sex menses, vndè infra tempus sex mensium debet facere citari reum, & assignari responsale in actis, & accusari primam contumaciam, & facere condẽmnari in ciuilibus ad tertiam, vel in criminalibus banniri, & condemnari; dico banniri, & condemnari secundum Constitutionem Re-

gni,

gni, & facta fuit hæc obseruantia, quia quidam impetrabant citationes, & eas tenebant longo tempore, antequam facerent citari, & quandoq; faciebant citari reum, & assignato responsali in actis Curiæ, & accusata prima contumacia, non curabant ad vlteriora procedere. Vnde infra istos menses debent hæc omnia facere, seu curare quod fiant, & computantur à die datæ dictæ citationis (vt dictum est) & hoc scilicet de sex mensibus, concedũt omnes antiqui literati, & Procuratores, ac scriptores dictæ Curiæ, quorum aliqui dicunt, quod non prædicti sex menses sed dantur alia tempora, secundum hanc opinionem; modo tene quamuis, quandoq; seruatur vna, quandoq; alia de prædictis duabus opinionibus: concordant tamen prima cum vltima opinione, quod dentur illa tempora limitata.

Terminus in citatione debet prefigi secundum distantiam locorum.
Dies, quo fit citatio non computatur in termino.
In vltima die termini, debet accusari prima contumacia, alias expirat citatio.
Citatus non comparens potest condemnari ad tertiam mobilium partem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. h. d.

Rit. 123. L. XII.

ITem seruat dicta Curia in citatione dare terminum secundum distantiam locorum, vt de iure est, hoc modo, quatenus ex dicta Reginali, nostraq; parte citetis eundem, vt decima die post citationem in dicta Curia se presentet, &c. Dies quo fit citatio, non computatur in termino, vnde si die primo Augusti citatur quis vt decimo post citationem, compareat; die vndecima eiusdem mensis debet accusari prima contumacia, alias spirat citatio, & deinde potest, si non compareat, ipse reus condemnari, potest tamen in ciuili ad tertiam partem, vel in criminali condemnari ad candẽ tertiam partem, & banniri die quinto decimo eiusdem mensis, & ab inde in antea, & hoc fuit de facto in eadem Cur. die 14. Aug. 15. indict.

Non indiget summario.

Rit. 177. L. XVI.

ITem quod quæcũq; citationes in processibus factæ nunquã ponuntur in processibus sed in fascio citationum, & hæc duo semper fuerunt, & seruata ad præsens seruantur per dictam curiam.

Ponitur qualiter sit facienda citatio in ciuilib.

Prag. 2. de ordi. Iud. L. XVII.

QVilibet agere volens aduersarium, Iudicis commissione præcedente, citari faciat personaliter, vel ad habitationis domum per citatorias literas, continentes ipsius citationis caussam, de qua citatione per relationem Nuncij constet, cum subscriptione duorum testium, qui præsentes dictæ citationi fuerint, si fiat in loco vbi copia haberi possit: Alibi autem sufficiat coram duobus non aliter se subscribentibus, dummtamen Nuncius in relatione mentionem faciat de eorum nominibus, ad pœnam tarenorum decem à Nuncio exigendam, & citatio aliter facta non valeat, nisi reus comparuerit, quo casu habeatur pro sollemniter citato, non tamen præsens forma citationis requiratur in casibus, in quibus de iuris dispositione, citatio per edictum, vel per proclama admittitur.

Porterij S R, C. faciant relationem citationi vt hic.

Ferd. Cathol. Rex Prag. 28. de off. S. R. C. L. XVIII.

ITem quod Porterij Regij teneantur eadem, vel sequenti die referre Magistro actorum intimationes, per eos partibus factas, referendo horam intimationis factæ, & nomina personarum, quibus est facta intimatio, quando personaliter non reperientur principales, si causa per Procuratores agitabitur: Et si forte fiet in domo, exprimatur nomen personæ cui fuerit facta, & per Magistros Actorum debeat in actis dicta relatio conseruari ad pœnam priuationis officij.

Non indiget summario.

1559. Dux de Alcalà Prorex Pragm. ead. L. XIX.

Ex-

EXtat etiam aliud Capitulum, Hostiariorum pertinens ad officium, in Pragmatica Catholicæ Maiestatis, sub his verbis descriptum.

Sequitur tenor l. prox. præced.

Citationes per R. Tribunalia, ad instantiam priuilegium habentium de trahendo ad forum, cum expressione speciei priuilegij expediantur, & impetrentur contra eos, qui degunt in partibus, & non aliter. h. d.

1605. Comes de Beneuento Prorex Prag. 8. de citatio. L. XX.

PEr questa fidelissima Città di Napoli, Baronaggio, & Regno, nel parlamento generale, concluso nel presente anno 1605. ci è stato fatto intendere, che molte volte succede, che quelli, che habitano nell' vltime parte del Regno, per indirectum sono forzati de non sequitare le loro giustitie, & di pagare quel, che non deueno, mentre sono conuenuti in la gran Corte della Vicaria ad instantia di persone, che hanno priuilegio di trahere li Rei nel loro foro, poi che vi corre più spesa in mādare in questa Città à dimandare la remissione dessa causa nel foro loro, che di pagare quello che ingiustamente se li dimanda, & altre volte sono condennati in contumacia, & se li notifica prima la sentenza, che la petitione, & perciò supplicatoci fussemo seruiti ordinare à tutti Regij Tribunali, per euitare tale fraudi, che non spediscano prouisioni, cum inserta forma nouæ petitionis, ad instantia di qualsiuoglia persona, contro forastieri, se non ad instantia de persone priuilegiate, & in questo caso nella prouisione s'esprima la spetie del priuilegio, & se consta per scritture prodotte, ò per assertione delle parti; con ordinar'anco, che quando costasse, che la persona ch'esprime il priuilegio, non l'habbia, debbia subito refare alle parti tutto l'interesse, & spese, che p tal causa hauerāno fatte, oltre le pene del mandato dalle leggi stabilite. Per il che volendo noi in ciò prouedere d'oportuno remedio, acciò s'euitino tali inconuenienti, per publico beneficio delli sudditi della Maiestà sua, & per dar'anco sodisfattione à detta fidelissima Città, Baronaggio, & regno, ci è parso con voto, & parere del Regio Collaterale Conseglio, appresso di noi assistente, fare la presente Pragmatica omni futuro tempore valitura, per la quale ordinamo, statuimo, & cōmandamo, che da quà auanti nissuno delli Regij Tribunali, debbia espedire prouisione alcuna, cum inserta forma nouæ petitionis, ad instantia di qualsiuoglia persona, contro forastieri, se non solamente ad instantia di persone priuilegiate, nel quale caso volemo, & con questa espressamente commandamo, che nella prouisione se spedirà, si debbia esprimere la spetie del priuilegio, & si quel che s'esprime cōsta per scritture prodotte, ò per assertione della parte, & in caso che constasse, che la persona, che dice tenere priuilegio, veramente non l'hauesse, incorra nella pena d'onze vintecinque da essequirse inremissibilmente cōtro li contrauanienti, oltre che volemo, & con questa declaramo, che le prouisioni, che si espedissero contro la forma, & tenore della presente nostra Prammatica, & ordinatione, siano nulle, & inualide, & di quelle non se ne debbia hauere raggione alcuna. Ordinando, & commandando à tutti, & singoli Officiali, & Tribunali, che debbiano tenere particolar pensiero dell'osseruanza della presente nostra Prāmatica, & essequire contro li transgressori per la detta pena, & acciò sia noto à tutti, ordinamo, che della presente se ne affigga copia autentica in Valuis delli Regij Tribunali di questa predetta Città.

De citationis ciuilis reconsignatione, et cōtumaciarum accusatione. Tit. LXXXIII.

Reconsignatio citationis potest fieri Actuario, vel Scribæ, si dies est feriata, scribitur, quod præsentata fuit apud acta, & non in iudicio, quod die feriata esse non potest. Accusatur prima contumacia die vltima termini, si non sit feriata, coram Actuario, vel Scriba, etiam si Curia non regatur. Si est feriata, accusatur prima die sequenti, non feriata. Prima contumacia sic accusatur, Tali die, Tali indict. Tali mense Talis in' iudicio, præsens, & apud acta accusauit contumaciam dicti talis vocati in dicta Curia, & non comparentis. h. d. cum l. seq.

Rit. 82. L. I.

Item

Tem seruat ipsa Curia, vt si die, quo debet assignari responsale, ne spiret citatio, puta dicto vndecimo die, & ipso die vndecimo sit festū, & per ipsam Curiam celebratur, sufficit si assignetur Magistro Actorum, vel alicui ex subactarijs, quod ibi scribat, præsentatum die illo festiuo, non tamen dicit ipse Notarius, quod præsentatum fuit in iudicio, sed apud acta tantum, quia tali die non potest esse iudicium, & ita diù seruauit ipsa Curia, & seruat ad præsens, quia quando potest esse iudicium, die non feriata scilicet, die primo, quo prima contumacia accusatur. licet Curia (vt hic dicitur) non regatur, dicitur die tali, talis presens in iudicio, & apud acta accusauit contumaciam dicti talis in dicta Curia vocati, & non comparentis, & hoc semper seruauit, & seruat ipsa Curia, & primo die iuridico debet accusari contumacia prima, licet Curia non regatur, quia siuè regatur Curia, siuè non regatur dummodo non sit dies feriatus, in omni casu accusatur, & accusari potest prima contumacia presente Magistro Actorum, vel aliquibus Subactarijs, licet non sit presens Regens, vel alius officialis, vel alius ex Iudicibus.

Ritus 95. L. II.

ITem seruat ipsa Curia, quod illa dies, qua debuit accusari cōtumacia prima, si fuerit dies feriata, etiam Paschalis, debet assignari nihilominus ipso die responsale Magistro actorum, vel alicui ex subactarijs, de voluntate Magistri actorum prædicti, & in ipso responsali scribitur præsentata, scilicet die illo festiuo, quo fuit presentatum ipsum responsale, & primo die iuridico accusatur prima cōtumacia, & proceditur ad vlteriora, iustitia mediante, & potest accusari prima contumacia, etiam si Curia non regitur, dummodo coram Magistro actorum, vel aliquibus ex Subactarijs in Curia existenti, vel existentibus, & nota, quod quando dies est feriatus, assignatur prædictum responsale, & fit presentata in eo, non dicitur quod fuit presentatum in iudicio, sed apud acta tantum, quia non est iudicium tali die, sed acta semper sunt, & ita obseruat ipsa Curia, quando tali die fierent, quo iudicium esse non potest, sed quando accusatur prima contumacia, scilicet hora, qua accusatur, si non regatur, dicitur tali die, tali indict. & talis mensis, talis in iudicio presens, & apud acta dictæ Curiæ accusauit contumaciam d. talis vocati in dicta Curia, & non comparentis, & ita seruatur, & dum esset quæstio de hoc tempore fælicis memoriæ, & recolendæ Domini Caroli Ducis Calabriæ, fuit facta terminatio per Iudices ipsius Curiæ (vt dictū est) præsente Magistro Lancea, dictæ Curiæ actorum Magistro, tunc subactario, seu scriptore in eadem Curia &c. & ipse retulit.

Triduum intermedium primæ, & vltimę contumaciæ expectatur in primis citationibus, non in citationibus post litem contestatam, vtdū citatione fideiussorum, & citatione ad publicandum, sed vltima die termini accusatur contumacia, & die sequenti fit condemnatio, quæ necessario debet præcedere actum in contumaciam faciendum.
Condemnatio fit ad quatuor vncias, vel ad partem tertiam mobilium, si est maior, quam pœna quatuor vnciarum. h. d.

Rit. 97. L. III.

ITem seruat ipsa Curia in primis citationibus expectare triduum, & eius elapsum, antequam condemnet, vel aliquem banniat, in alijs autem citationibus, quæ in processu causæ fiunt lite contestata, vt quando citantur fideiussores, vel quando citatur quis ad publicandum, & similibus, nunquam expectatur triduū, sed condemnatur hoc modo, si hodie debet comparere accusatur hodie contra eum contumacia, & cras condemnabitur ad pænam vnciarum quatuor, seu ad tertiam partem bonorum ipsius mobiliū, si dicta tertia maior pars dictæ pænæ existat, & facta dicta condemnatione per interloquutoriam fit dictus actus oportet.n. de necessitate, vt primo fiat condemnatio, adhoc, vt fiat actus in contumaciam.

Non indiget summario.

Rit. 113. L. IV.

ITem quod omnes citationes, postquam accusata est prima contumacia, in ca-

Tt psono

pſono magno communi dictæ Curiæ ponantur, & conſeruentur, & quod nullus audeat abindè ipſas recipere, niſi ſit Procurator in ea, vel eum tangat, & quod ea recepta ſcribatur, & annotetur in quinterno, ſeu manuali in prædicto capſono exiſtenti.

Actor, ſeu Accuſator vltima die termini accuſat primam contumaciam contra citatum, & elapſo triduo accuſat vltimam contumaciam, & facit condemnari ciuiliter citatum ad tertiam partem mobilium, criminaliter vero citatum, ad tertiam partem mobilium, ac facit eum banniri.

Et econ verſo ſi vltima die termini actor, ſeu accuſator non comparet, citatus contra aduerſarium accuſat primam contumaciam, & elapſo triduo, accuſat vltimam contumaciam, & facit eum condemnari ad ſextam partem mobilium, & ad expenſas.

Si vero in termino comparet actor, vel accuſator, & accuſat primam contumaciam, & recedit, & infra triduum, vel durante citatione comparet citatus, ſcribitur eius comparitio, & non accuſat contumaciam, ſed die ſequenti licentiabitur, & aduerſarius condemnabitur ad tarenos tres in ciuilibus, in criminalibus ad tarenos ſex, & decretum non legitur. h. d.

Rit. 218. *L. V.*

ITem ſeruat ipſa Curia ab eo tempore, cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, hanc practicam in iſtis caſibus. Si facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter, vt die, puta, ſexto Martij compareat in dicta Curia, & dicto die ſexto non compareo, ſed comparet citatus ipſe ciuiliter, vel criminaliter, & accuſat eodem die contumaciam contra me, deinde elapſo triduo condemnabor ad ſui petitionem ad ſextam partem bonorum meorum mobilium ſcilicet quando citatus fuit aliquis extra locum, & partem eius, vbi Curia regitur, ſi ipſe citatus venit cum literis reſponſalibus citatis, quia citatio debet ſemper vtriq; parti conſimilis aſſignari: vbi verò non comparet citatus ipſe die ſexto prædicto accuſatur contra eum contumacia dicto die, & elapſo triduo condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobiliũ, & exbannitur. Et notà, quod in caſibus prædictis, vbi ego accuſator, vel actor condemnabor ad ſextam partem mobilium, cõdemnor etiam tunc ad ſui petitionem, ad expenſas taxandas per Curiam; vbi vero ego in præmiſſis terminis comparui dicto die ſexto, & accuſaui contumaciam contra eum, quem ciuiliter feci citari, & ipſe ciuiliter comparuit infra triduum, vel quandocumq; durante citatione, ſcribatur comparitio ſua quomodo eſt paratus procedere in dicta cauſa ad vlteriora, quatenus de iure fuerit, non tamen aliquam contumaciam accuſat contra me, & ſequenti die, & quandocumq; durante citatione licentiabitur, & ego condemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expenſas, licentiabitur autem tunc, quando condemnabor, & talis condemnatio ſcribitur in actis, ſed non legitur, & idem in proximo caſu ſeruabitur in criminali, excepto, quia condemnabor ad tarenos ſex tantũmodo, & non ad expenſas etiam, vt dictum eſt, non ſic in caſu præcedenti.

Non indiget ſummario.

Rit. 221. *L. XI.*

ITem ſi datus terminus incidit in diem feriatum, contumacia partis non comparentis accuſatur præcedenti, & ſequenti die.

Non indiget ſummario.

Rit. 224. *L. VII.*

ITem nota, quod vbicumq; contumacia debet vno die accuſari, ſi illo die ſunt aliquæ feriæ, intellige de ſequenti die iuridico, immediatè ſequenti, & ſi plures dies eſſent feriati etiam intellige de primo ſequenti, & fit mentio, quo modo tali die non fuit accuſata contumacia propter feſtum tale, quo die dicta Curia recta non fuit, & ſi fuerint plura feſta, fit mentio in ipſo actu de omnibus feſtis, puta feſto Sancti Ioannis, & Sancti Petri.

Prima contumacia debet accuſari vltima die termini hora, qua ſolet regi Curia, etiam quod non regatur, ſi dies eſt iuridica, alias citatio circunducitur. h. d.

Rit. 225. *L. VIII.*

Item

ITem nota, quod tales primæ contumaciæ accusantur die, quo non regitur Curia, dummodo non sit dies feriata, sed dies talis, quo potuisset regi Curia, si voluisset regi: sed dubitatio est in Curia, ecce ego debui hodie accusare primam contumaciam contra Titium, quo hodierno die non fuerunt feriæ, sed fuit dies iuridicus, non tamen fuit recta Curia, ego non accusaui contumaciam dicto die hodierno, sed cras volo accusare, quando Curia regitur, quæro an admitar, vel spiret citatio, quia, quamuis, quando non tenetur Curia, non possit accusari contumacia, tamen de consuetudine Regni est, quod accusatur, & Notarius actorum scribit præsentationem & accusationem contumaciæ, dummodo sit dies, quo potuisset regi ipsa Curia, si voluisset regi, quia fortè fuit impedita ex alijs solutiò debet accusari prima contumacia die termini, qui non est feriatus, licet Curia non regatur, alias spirat citatio, & debet talis contumacia accusari hora, qua solet regi Curia.

Vltima contumacia potest accusari infra vnum, vel duos menses, numerandos post lapsum triduum, si interim comparet citatus, facit vocari aduersarium, & contra eum accusat contumaciam, & facit eundem condemnari, & ipse licentiabitur. Si accusatio contumaciæ cadit in diem feriatam, illa accusatur sequenti immediata iuridica. h. d.

Rit. 226. L. IX.

ITem nota, quod si feci te citari ciuiliter, vel criminaliter, & accusaui contra te contumaciam, & elapso triduo, post vltimum tempus, puta vno mense, vel duobus, quia nec feceram te adhuc condemnari, vel banniri, quia possum stare certo tempore, prout continetur in quadam alia obseruantia, tu compares in Curia, & facis me vocari, & accusas contumaciam contra me, die prima sequenti potes licentiari, & ego condemnor, quod nota si accusatio contumaciæ cadit in diem feriatam, accusatur sequenti.

Prima contumacia accusatur vltima die termini, non feriati, etiam quod Curia non regatur.

Rit. 227. L. X.

ITem nota quod in omni casu de mundo, vbi expedit, quod accusetur prima contumacia, semper ipsa prima contumacia potest accusari, etiamsi Curia non regatur, dummodo non sit dies feriatus, sed talis, quod illo die regi potuisset, si Curia voluisset. Et ita seruatur.

De Citati in iudicio ciuili excusatione. Tit. LXXXIV.

Non indiget Summario.

Feder. Imper. Constit. lib. 1. tit. de lit. citat. Const. edictorum. L. I.



IN termino autem peremptorio citatus cõparere tenebitur, per se, vel per alium, si ciuilis est quæstio, legitime in principali causa defendi, aut pro ipso excusatio legitime allegata probari, propter quam in termino prædicto sibi dato, non potuerit in curia præsentari.

De condemnatione in contumaciam, & primo decreto. Tit. LXXXV.

Non indiget summario.

Fed. Imp. Const. lib. 1. tit. de assig. lit. citat. Const. citat. literæ præced. ten. l. citationis lit. sup. de citat. in iud. ciu. L. I.



PRædictis autem modis, vel quolibet prædictorũ citatus si per se non compareat, nec ab alio legitime defendatur, vel pro ipso legitima excusatio proponatur, à iudicibus contumax reputetur.

Pro contumacia ciuili, vel criminali imponitur pœna tertiæ, partis mobilium. Per Baiulos in ciuilibus imponitur pœna Augustalis pro quolibet mense h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de pœn. contum. in ciuil. L. II.

Pœnam nouem vnciarum auri, & tertiæ, quæ cōtra cōtumaces hactenus in iudicijs obtinebat, à nostra republica pro scribentes: Contumacem, cuiuscunque conditionis sit, conuentum ciuiliter, vel criminaliter accusatum, tertia parte bonorum mobilium, nostro ærario inferenda, in posterum mulctari censemus. Sic enim & iudiciorum vigor augebitur, & personarum competens discretio inducetur. Plerunq; etenim contigebat, aliquem vilem, & pauperem in predictis nouē vncijs condemnari, q non tantum aliquando, & alquādo amplius, non habebat, in quo mulcta prædicta nedum fines modestiæ, sed seueritatis etiam terminos excedebat. Contingebat interdum nobilem aliquem, & in facultatibus opulentum, pœnam ipsum eludere, dum nihil fere diminui de patrimonio prouidebat; sed quota detracta mobilium, æqualem, pro qualitatibus personarum, contumacibus pænam imponit.

Ciuilibus autē in causis, coram baiulis agitandis, citatus cōtumax, pro quamlibet contumacia, & per quem libet mēsem, quo in ipsa durauerit, augustalem vnum curiæ nostræ persoluat.

Contumax patitur mulctam tertiæ partis mobiliū, & missionem in possessionem bonorum, pro mensura debiti declarati, si est conuentus ciuili, & personali actione; si possidet bona hæreditaria, & feudalia patitur prius missionem in possessionem hæreditariorum. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. eod. L. III.

Contumacem ciuili, & personali actione conuentum, ex noua constitutione nostra, in tertiam mobilium partem mulctatum, antiqui iuris regulis inhærentes, ante litem contestatam, missionem in bonis, pro mensura debiti declarati, quod ab ipso exigitur, pati cēsemus. Si tamen contumax hæreditariarum rerum, & feudalium possessor extiterit, in possessionem hæreditariarū primitus, deinde feudalium actorem inducendum esse censemus.

Declaratio debiti pro cuius mensura est facienda missio in possionem incontumaciam, est facienda vt infra.

Idem Const. lib. 1. tit. de fid. nobil & ignob. super decl. deb. fac. L. IV.

Quæstiones iurisperitorum, super declatione debiti facienda, competenti moderamine decidētes, sancimus. Si quando declaratio debiti, pro cuius mensura missio in possessionem bonorum contumacis est facienda, petatur, mixtam considerationē haberi volumus personarum, necnon Etiam, & quantitatis in iudicio declarandæ.

Nam si quidē comes fuerit, qui quantitatem ipsam debeat declarare, sacramento ipsius comitis tantum, vsq; ad quantitatem centū vnciarum auri credatur. Baroni autem de quinquaginta vncijs. Simplici militi de vigintiquinq;.

Burgensi autem bonæ opinionis, & diuiti de libra auri vna. Alijs autem vsq; ad tres vncias iurantibus tantum, nulla alia in posterum probatione quæsita, volumus esse credendum. Vltra autem prædictas singulas quantitates ab actoribus, communis iuris probatio exigatur, per authentica instrumenta, videlicet per testes fide dignos, & omni exceptione maiores.

Conuentus actione reali, & contumax patitur mulctam tertiæ partis bonorum, ac missionem in possessionem causa custodiæ.
Elapso anno actor perpetuus possessor efficitur.
Contumax verò post litem contestatam, si de causa liquet, patitur, quod petitor efficiatur rei petitæ perpetuus possessor.
Si non liquet, proceditur, vt in personalibus, ad decisionem causæ h. d.

Idē Const. lib. 1. tit. de resign. possess. &c. L. V.

Rei vendicatione conuentus, lite nondum in iudicio contestata, si contumax fuerit, præter prædictā pœnā tertiæ partis mobilium, curiæ nostræ debitam: Item missionem in possessionem rei petitæ, aduersario assignandam, causa custodiæ, patietur ita, videlicet, vt, anno trāsacto, actor verus, & perpetuus possessor, per lapsum temporis spacium, efficiatur. Lite vero cōtestata super actione reali, si de causa non liquet, rei petitæ possessio petitori vera, & perpetua assignetur. Cæterum si de causa non liquet,

quet, pro ut in personalibus cautum est, iudex ad decisionem causæ, prout viderit, de iure procedat.

Contumax in reali, vel personali, si passus est missionem in possessionem in feudalibus, non recuperat id, quod pro seruitio R. Curiæ solutum est, neq; recuperat feudalium possessionem, nisi soluta mulcta. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de contu. conuen. real. &c. L. VI.

SIue reali, siue personali actione conuentus, & contumax reputatus, si infra legitima tempora possessionem rerum feudalium, ob causam contumaciæ assignatam, recuperare voluerit, tantũ minus nomine fructuum a possessore requirat, quantum pro seruitio, quod curiæ nostræ de re possessa debetur, possessor exoluit. Ad hoc .n. vt seruitiorum nostrorum exactio non frustretur, ab illis feudorum seruitia debita volumus exigi, qui feuda ipsa quolibet titulo detinere noscuntur. Illud nihilominus præsenti coniungimus sanctioni, quod possessionem citatus contumax nullo modo recuperet assignatam, nisi prius Augustali, vel Augustalibus, debitis Curię nostræ, solutis pro contumacia iam contracta, & si quid de his Baiulus citato dimiserit, de proprio suo Curiæ nostræ componat.

Omnes de vtriusq; Siciliæ Regno contumaces, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, subiaceant pœnis Constitutionum, sublatis omnibus Priuilegijs, & consuetudinibus aduersantibus. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de priuil. eor. qui citat. &c. L. VII.

PRiuilegia quibusdam locis a nobis, vel prædecessoribus nostris indulta, nec non consuetudines, in locis ipsis obtentas, veluti Messanæ, Neap. Auersæ, Salerni, vel alijs quibuscumque, per quæ citati à Curia nostra, vel à Iustitiarijs regionum, super causis, quæ ad eorũ iurisdictionem spectare noscuntur, se hactenus tuebantur ne loca ipsa tenerentur exire ad iustitiam faciendam, ac propterea, citationibus spretis, pœnam contumaciæ euitabant, & sic licentius maleficia committebant, præsenti Constitutione, irrita, & inania esse censemus; sed omni omnino discretione submota, quicumque, & vndecumq; fuerit, à iudice competenti citatus, si contumax sit in ciuilibus, vel in criminalibus causis, pœnis subiaceat, nostris Constitutionibus introductis.

Quando Vniuersitas contrahit contumaciam, vel condemnatur ciuiliter, vel criminaliter, etiam diffinitiue, vbi non adsunt bona Vniuersitatis super quibus possit fieri executio, imponitur collecta pro modo facultatum, tam pro debito, quam pro pœna. Pro pœna contumaciæ soluit medium Augustalem pro foculari. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de contu. alic. Vniuer. L. VIII.

DVbitationem iuris peritorum, non tam benigna, quam necessaria legum interpretatione, tollentes, statuimus. Si quando vniuersitas aliqua regni nostri, personaliter, & ciuiliter conuenta, & citata, contumax apparuerit, nec inueniatur commune eius aliquid, quod propter ipsius contumaciam ab aduersario valeat possideri.

Vel super quo diffinitiua sententia valeat executioni mandari.

Singulos de vniuersitate prædicta ad collectam compellendos esse iubemus, qui in collecta ipsa conferant pro modo facultatum suarum, vt sic ex eo, quod ex collecta ipsa redactum in commune fuerit, interlocutoriæ, vel diffinitiuæ sententiæ satisfiat. Circa pęnam etiam contumaciæ, curię nostrę debitam, hanc formam in vniuersitatibus volumus obseruari. Vt contumacia ab vniuersitate contracta, pro dinumeratione cuiuslibet focularis dimidius augustalis nostrę curiæ debeatur, ita vз. vt si mille focularia ipsa vniuersitas habeat, quingentos augustales pro pęna contumaciæ vniuersitas tota fisco nostro persoluat. Quæ quantitas inter habitatores loci ipsius, pro modo facultatum proportionaliter diuidetur, sicut in collectis alijs hactenus fieri consueuit, quod etiam in criminalibus causis locum habere censemus, tam circa contumaciæ pęnam, quam et circa diffinitiuas sententias proferendas

in

in causis, ex quibus, condemnatis pœcuniaria pena, ex earum qualitatibus, vel ex nostro iudicio irrogatur.

Iure Francorum sublato, tam Francus, quam Romanus, & Lombardus ad imparia non iudicentur, & pro contumacia, ante litem contestatam patiatur pœnam tertiæ partis mobilium: post litem contestatam patiatur missionem in possessionem, & venditionem bonorum, aut perpetuæ possessionis iacturam, vel decisionem principalis causæ appellatione remota. h. d.

Idem Const. lib. 2. tit. de iur. franc. iudi. subla. L. IX.

SPeciale quoddam francorum ius, immo, vt proprius loquamur, iniuriam, quæ in iudicijs, tam ciuilibus, quam criminalibus hactenus obtinebat, de medio tollere cupientes. Præsentis nostræ sanctionis programmate, cunctis regni nostri fidelibus volumus esse notum, Quod nos, qui singulorum iura, iustitiæ libra pensamus, in iudicijs aliquam discretionem haberi non volumus personarum, sed æqualitatem, siue sit Francus, siue Romanus, aut Longobardus, qui agit, seu qui conuenitur, iustitiam sibi volumus ministrari. Cauillationes, & captiones antiquas, iure Francorum vigentes, & momenta temporum, quæ inter francos litigantes in iudicijs hactenus seruabãtur, necnon quasdam alias subtiles obseruationes, tam in ciuilibus, quam criminalibus causis submouemus. Pæna etiam, per quam Francus ante litem contestatam contumax bonis mobilibus omnibus priuabatur, in pænam tertiæ partis mobilium, nostra constitutione contentam, nolumus esse transfusam.

Si sunt plures citati, & vnus condemnatur, aut comparet, cæteri, qui tunc non condemnantur, citandi sunt de nouo, alias condemnari non possunt. Qui comparet potest accusare contumaciam contra actorem, vel accusatorem, & facere eum condemnari ad tarenos tres in ciuilibus, & ad tarenos sex in criminalibus. h. d.

Rit. 207. L. X.

ITem seruat ipsa curia, ꝙ si in vna citatione sunt multi, quotquot sint citati, & pars actrix, vel accusatrix fecit vnum condemnari tantum, vel banniri, & condemnari semel, vt fit contra contumaces, non potest demum alios condemnari, seu condemnari facere, vel banniri, alijs diebus, sine noua citatione, & processu. Et similiter si vnus eorum citatorum venerit, tanquam obediens, & die, quo venit, fecit scribere comparitionem suam, & sequenti die iuridica fecit condemnare actorem in tribus tarenis, vel accusatorem in sex, & licentiatus recessit, vt fit semper, omnes alij citati in ipsa citatione sunt licentiati, & non possunt banniri, neq; condemnari sine noua citatione.

Primo die post ferias nullus condemnatur, aut bannitur. h. d.

Rit. 208. L. XI.

ITem seruat in ipsa curia, ꝙ primo die iuridico, quo curia regitur, post quascumq; ferias. s. messium, vel vindemiarũ, vel natalis, vel resurrectionis, vel carnis præuij, nullus condemnatur, neq; bannitur, in causa, in quo, factis omnibus actis potuisset illa die condemnari, vel banniri, & hoc fit de æquitate potius quam de iure.

Citatus comparens non licentiatur, nisi faciat condemnari actorem, vel accusatorem. h. d.

Rit. 210. L. XII.

ITem seruat ipsa curia quod numquam aliquis licentiatur a dicta curia, nisi primo faciat condemnari aduersarium suum ad pœnam, in obseruantia, quæ sequitur, stabilita.

Contumax in ciuilibus patitur missionem in possessionem ex primo decreto, aut dationem termini, probatorij ad electionem actoris. Iuste impeditus excusatur à contumacia, & restituitur. h. d.

Prag 3. de Ordi. Iudi. L. XIII.

RElatione citationis, vt supra facta, si reus conuentus in termino negligens in comparendo fuerit, & actor eius contumaciam in dicto termino accusauerit, triduo post dictam accusationẽ elapso, contumax habeatur, procedatur que ad primi decreti interpositionem, vel ad dationem termini ad probandum, ad electionem actoris, qui si viam primi decreti ele-

ti elegerit, sine alia citatione in possessionem bonorum conuenti ponatur, pro mensura debiti, per Iudicem declarandi, & partem petentem liquidandi, ante ipsius decreti interpositionem, ex primo decreto, possit tamen contumax contumaciam purgare infra tres menses continuos à die interpositi decreti per restitutionem expensarum, & per præstationem cautionis, secundum ritum Magnæ Curiæ, à supradicta tamen contumacia excusetur, qui se iusto impedimento impeditum docuerit, quem iuste impeditum Iudex restituere debeat ad tempus, iusto impedimento decursum.

De secundo decreto.

Tit. LXXXVI.

[Agitur de secundi decreti interpositione, & de ijs, quæ emergunt occasione illius.

Prag. 4. de Ordi. Iudi. L. I.

REO in eius contumacia per dictos tres menses perseuerante, ad petitionem actoris, iterum citetur contumax, ad videndum secundi decreti interpositionem, infra terminum, Iudicis arbitrio moderandum, in quo, si non comparuerit, incusata, vt supra per actorem eius contumacia, simpliciter procedatur ad ipsius secundi decreti interpositionem. Si vero comparuerit in termino, & infra tres dies vtiles, post comparitionem continuo sequentes, expensas restituerit, audiatur, ac si à principio comparuisset, post vero secundi decreti interpositionem, si reus infra mensem continuum comparuerit, & debitum cum omnibus expensis, in causa factis, infra dictum mensem actori restituerit, possessionem recuperare possit rei, ex secundo decreto adiudicatam: Post dictum vero mensem elapsum, amplius non audiatur, nisi forte reus legitime docuerit, se iusta causa impeditum, quo casu ad tempora, iusto impedimento decursa, per Iudicem restituatur. Declarantes in adiudicatione ex secundo decreto facienda, rem adiudicandam per tabularios appretiari, & appretiatam pro concurrenti debito adiudicari, qua re, vt supra, adiudicata, actor ipse verus dominus factus intelligatur.

De datione termini alijsq; actibus in contumaciam.

Tit. LXXXVII.

Contracta contumacia R. Consiliarius, absq; alia intimatione procedat ad actus incumbentes, h.d.

Prag. 39. de off. S.R.C. L. I.

QVia nobis innotuit, quod vbi ad aliquem actum, alicuius in conmaciam proceditur per Consiliarios, qui Cōmissarii deputati sūt, dici solet intimetur parti, vnde ad intimationem vsq; actus ipse suspenditur, & cum intimatio repentè fieri nequeat, sæpe ob hoc causæ in longum perferuntur; & citatus sub ipsa intimationis comparere negligit: quod iustitiæ esse admodum dissentaneum iudicamus, ideo vt talem remoueamus abusum, eiusmodi intimationes in posterum fieri prohi-

prohibemus: mandantes, vt in contumaciam citati non comparentis, absq; alia intimatione ad actus causæ necessarios, prout iuris postulauerit ordo, procedatur, nisi aliud ex causa Commissario videatur.

De petitione copia libelli.

Tit. LXXXVIII.

Non indiget summario.

Prag.5.de Ordi. Iud. L. I.

COmparente reo in termino citationis, vel post contumaciam, vt supra purgatam, detur ei copia petitionis actoris, ipsius actoris sumptibus.

De remissione causarum ciuilium ad Iudicem Ecclesiasticum, ac Priuilegio Clericali.

Tit. LXXXIX.

Leges sequentes sub hoc titulo non extendũtur, quia attinent etiam ad alium.

Guliel. Rex Const.lib.1.tit.de cleri.conue. &c. L. I.

SI quis.

Federi.Imp. Const.lib. 1. sub tit. de sacram. prestan.à Baiul. L.II.

DE Burgensaticis.

Carol.II. Vicar. Regn.cap.94. L.III.

ITem statuimus quod clerici.

Honorius Papa II. Pragm.2.de cle. Sal.num.3. L. IV.

ITem quod clerici.

De remissionibus causarum ciuilium ad Iudicem Secularem.

Tit. XC.

Seruentur const. & cap. Regni quoad remissiones causarum. h. d.

1508.*Comes Ripa Cursia Prorex inter priuil.Neap.fol.*68 *à ter.cap.*33. L.II.



ITEM, perche per li officiali, & Tribunali del Regno, & precipue per la gran Corte della Vicaria, alcune volte se remetteno le cause alli Baroni, & Vniuersità Demaniali, cum comminatione, che fra termine de dece, ò quindici dì, ò de vno mese, debbiano quelle espedire, altramentè, che la causa se intenda auocata al suo Tribunale, & passato detto termine, tanto se la la causa è diffinita, quanto se è accordata, etiam che la parte querelante non faccia instantia, detti Regij officiali iterum mandano citatione, & inhibitorie per guadagnare, & ne resultano estorsioni, & mali trattamenti alli poueri Populi, per questo supplicano V. I. S. detti Baroni, & Terre Demaniali, se degni ordinare, che de quelle cause, che non se deue comminare, le debbiano remettere simpliciter, & de quelle se deuessero remettere cum comminatione, che debbiano comminare con lo termine conueniente, secondo la natura delle cause, à tal che non se vengano à fulminare le cause oltra il debito, & che non

non possano comminare con termine meno de dui mesi, secondo la forma delle constitutioni, & capituli del Regno. Et che passato detto termine, non se renoui citatione, inhibitoria, senza che la parte querelante non faccia instantia. Placet suæ Illustrissimæ Dominationi, quod in remissionibus cum comminatione seruetur dispositio iuris constitutionum, & capitulorum Regni.

Vbi Fiscus laudatur in authorem, aut comparet pro interesse Curiæ, causa remittitur ad R. C. Summariæ, nisi extet rescriptum Proregis, specialem faciens mentionem de fisco, cum clausula derogatoria. h. d.

1559. Dux de Alcalà Prorex Prag. 13. de off. Procu. Cæsar. nu. 3. L. II.

ITem, cum de iure fiscus laudatus in iudicio, aut cõparens pro interesse Curiæ in causis cœptis, tam in nostro Regali Consilio Sanctæ Claræ, quam in alijs quibusuis Tribunalibus, & Magistratibus Regni maioribus, seu minoribus, hactenus obtinuerit, quod tales causæ remittantur ad dictam Cameram, ad quam spectãt tãquã ad propriũ Iudicem rerum fiscalium, & in qua præ cæteris Magistratibus habetur plena notitia de iuribus nostri fisci, & nuper fuerit, sicut accepimus, dubitatum, an quoties dictum Consilium Sanctæ Claræ, aut alius Iudex cognoscit, seu procedit inter partes priuatas ex nostro rescripto, aut speciali mandato, & commissione, seu memoriali, ac delegatione, nulla facta mentione de fisco, fiscus ipse laudatus in ius vocatus, aut comparens pro interesse nostræ Curiæ in eadem causa debeat, & causa ipsa fisco petente, & id requirente, ad dictãCamerem remitti, hanc dubitationem tollentes, decernimus, & declaramus, huiusmodi litem, seu lites, & causas, quantumcumque specialiter, quo ad priuatos nostro rescripto commissas, & delegatas, expressam tamẽ de fisco mentionem non facientes, pariter debere remitti ad ipsam Cameram, sicut remittuntur aliæ causæ pendentes, de quibus dictum Consilium, aut alius Magistratus ordinario iure cognoscit, nisi specialiter in rescriptis, aut memorialibus nostris fiat mentio de fisco, & præsenti ordinationi fuerit expresse derogatum.

De exceptionibus declinatorijs, fori electione, & priuilegio in ciuilibus. Tit. XCI.

Priuilegiatus non trahit priuilegiatum, excepto curiali.
Qui trahit non priuilegiatum iurat perthorrescentiam, excepto curiali.
Priuilegiatus trahit, si est cessionarius ex causa necessaria, non lucratiua.
Curialis non trahit vti cessionarius.
Priuilegiatus cessionarius pro pœna non trahit. h. d.

Rit. 228. L. I.



Tem quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum ad Curiam ipsam, nisi sit curialis; sed cum priuilegiatus trahit non priuilegiatum ad Curiã ipsam, priuilegiatus iurat, quod perthorescit, excepto Curiali, qui non iurat. Et priuilegiatus trahit ad Curiam in iure cesso, ex causa tamen necessaria, non lucratiua, excepto Curiali, qui ad Curiam ipsã de iure cesso non trahit. Sed nullus priuilegiatus trahit ex pœna sibi cessa, conuentionali, siue legali.

Non indiget summario.

Rit. 231. L. II.

ITẽ si pupillus, vel vidua trahit in ipsã Curiam ciuiliter, vel criminaliter aliũ pupillum, vel viduam; & pupillus, vel vidua conuentus, vel conuenta vult declinare forum: renunciet ius commune, & actor sequatur forum rei.

Curiales M.C.V. in ciuilibus, & criminalibus trahũt aduersarios ad M. C. & non trahuntur ad Tribunal. aduersariorum.

Rit. 232. L. III.

ITem quod omnes Curiales dictæ Curiæ, siue sint ad gagia ipsius Curiæ, siue non, omnes, qui dictam Curiam sequuntur, vt aduocati, procuratores, & alij scriptores, curialium priuilegio permittente

in ciuilibus, & in criminalibus causis trahunt eorum aduersarios in dictam Curiã, sed ipsi in alias Curias non trahuntur ad instantiam aduersariorum suorum, vel ipsorum.

Non indiget summario.

Rit. 223. L. IIII.

ITem clericus, pupillus, vel vidua; clericorum, vel viduarum priuilegio permittente, Curiales Regij, & Reginales, ac alij Regales Curiales: Regalium, ac Curialium priuilegio permittente, in ipsam curiam, ciuiliter, vel criminaliter, aduersarios suos trahunt.

Non indiget summario.

Rit. 234. L. V.

ITem vbi pupillus, vel pupilla citatus de mandato dictæ Curiæ ex officio, siue contractu paterno, vel materno, hoc expresso in citatione ipsa, non auditur, volens declinare forum ipsius Curiæ.

Non indiget summario.

Rit. 361. L. VI.

COnfirmantes, ac de nouo concedentes, earundem tenore præsentium de dicta certa nostra scientia iam dictæ Vniuersitati, & hominibus præfatæ nostræ Ciuit. Neap. infrascriptas alias gratias, & priuilegia videlicet, quod Ciues nostræ Ciuit. Neap. & habitantes in ea, & eius districtu, non possint vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter, vel criminaliter, etiã ex delegatione, extra Ciuitatem Neapol. ratione rei, ratione contractus, & ratione delicti.

Ciues Neapolit. habent priuilegium fori, & trahũt, ac non trahuntur, & habent priuil. pro pensioni- domorum. h. d.

1492. Ferdin. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 13. at. cap. L. VII.

ITem perche tanto per la felice memoria de Alfonso vostro padre colendissimo, quanto per V. M. à più, & diuersi signori, & terre di questo regno, & ad huomini habitanti in esse son stati concessi, & confirmati priuilegij, & capituli, le quali terre, priuilegij, & capituli se degni V. Maestà hic haberi pro sufficienter expressis & specifice declaratis cum quibusuis clausulis additionibus, per li quali in primis causis tam ciuilibus, quam criminalibus non se possono extrahere da loro terre, se degni V. Maestà ex certa scientia, motuque proprio, & gratia speciali declarare, & gratiosamente concedere, che in li detti priuilegij, capituli, & altre specie de exemptioni, tanto concesse, quanto da concedere non se comprehendano Napolitani, anco sia licito à ciascuno Napolitano tam in causis criminalibus, quam ciuilibus, quam mixtis libere fare conuenire qualsiuoglia priuilegiato allo consiglio, alla vicaria, & ad atrle corti de V. Maestà, & ancora che per pesoni di case contra li detti napolitani non se possa allegare alcuno priuilegio.
Placet Regiæ Maiestati.

Loquitur de priuilegio fori Ciuium Neapolitan. ac de officialibus Neapolit.

1466. Idem inter Priuil. Neap. fol. 14. L. VIII.

REcolimus, superiori tempore, exigentibus meritis, & continuis seruitijs nobis præstitis, & oportuno in tempore impensis, per vniuersitatem, & homines ciuitatis nostræ Neapolis, eisdem cũ nostro opportuno albarano iurato, & omni qua decet solemnitate munito, dato in castello nouo dictæ ciuitatis neap. die 16. Ianuarij anno à natiuitate Domini millesimo quadrigentesimo sexagesimo tertio concessisse, & promisisse sub verbo, & fide nostris regalibus, quod nulli personæ cuiuscunque gradus, dignitatis, & præeminentiæ existeret, & tam vniuersitati, quã particularibus personis in genere, seu specie concederemus aliqua priuilegia, litteras, siue gratias, ob quamuis causam, respectum, siue rationem, quæ gratiæ, litteræ, siue priuilegia venirent, vel possent venire in derogationem, diminutionem, siue irritationem, & detrimentum, ac oppo-
posi-

questo se lasci di procedere ad vlteriora nella causa, ne impedirsi il corso di essa, ma che il Commissario, à chi sarà commessa la detta allegata sospitione, proceda, durante la sospitione predetta à tutti li atti, & decreti interlocutorij, che fossero necessarij nella medesima forma, & modo, che in quelli si procedeua auanti, che fosse allegata la suspitione, vsq; ad vltimam sententiam diffinitiuam exclusiue. Dechiarando, che ancorche poi si dichiari la suspitione predetta militare, non per questo li atti, vt supra fatti restino inualidi, ma siano sempre validi, & subsistenti, come se la suspitione predetta non fusse stata proposta.

Causæ suspicionum habeant instantiã dierum quindecim, quibus elapsis, & non facta prouisione, Iudex allegatus suspectus procedat. h. d.

Idem ibid. L. XXVIII.

VOgliamo ancora, che le cause predette di suspitione habbiano la loro instantia, la quale sia di quindeci giorni tantum, li quali corrano præcise de momento ad momentum dal dì che sarà dato il termine ad probandum in causa suspicionis, ita, & taliter, che finiti li detti giorni quindeci, & non essendosi pronunciato decreto super suspitione, ò pro, ò contra, si possa procedere alla causa nel modo, & forma, come si faceua auanti, che se allegasse la suspitione predetta, ac si la detta suspitione non fosse stata proposta.

Aduocati præsentent, & firment capita suspitionum; si non militauerint, soluant pœnam, pro dimidia ipsi, & pro altera partes. Si militauerint in iure, & non probentur, soluant partes integram pœnam, & si Aduocati in allegatione suspitionum bis succubuerint, soluant pœnam duplicatam. h. d.

Idem ibid. L. XXIX.

VOlemo ancora, & ordinamo, che le suspitioni s'habbiano da proponere per vno dell'Auocati della causa, & che non se riceuano, ne possano proponere da altri, il quale auocato habbia da firmare di mano sua la comparsa. Dechiarando, che se li capi proposti della suspitione non si riceueranno, come non militanti seruata la forma della detta Prag. edita per l'Illust. Marchese di Mondegiar sub die 4. Maij 1576. l'Auocato predetto habbia da pagare la metà della pena infrascritta, & l'altra metà la parte, però in caso, che li capi predetti, già proposti, militaranno, & poi non saranno prouati, debbia pagare la parte tutta la pena infrascritta. Dechiarando, che il tale Auocato, che vna, ò due volte hauerà proposte le tali suspitioni, & in quelle succumbito, e pagato la detta pena, & incorrerà in questo la terza volta, volemo, che paghi la detta pena duplicata.

Si capita suspitionum non militant in iure, soluantur ducati 30. pro pœna, si militant, & non probantur, soluantur ducati centum, & tempore quo presentantur capita, fiat depositum, & Præsidentes, & Iudices Tribunalium non admittant capita suspitionum nisi seruatis infrascriptis. h. d.

Idem ibid. L. XXX.

ITem volemo, & dechiaramo, che la pena introdotta, per la precalendata Pragmat. del detto Illustre Marchese di Mondegiar si habbia da duplicare, cioè quando capita suspicionum non admittuntur, paghino di pena trenta ducati, la metà l'Auuocato, & l'altra metà la parte, come di sopra. Et quando li capi saranno admessi, & non si prouano, sia la pena ducati cento, la quale volemo, che irremissibilmente s'habbia da essigere, ita, & taliter, che non si possa procedere nella causa predetta, nisi propositis capitibus, & facto deposito simul, & semel con la petitione, che si darà della suspitione firmata per mano dell'auocato; abdicando la potestà al Magn. & Circum specto Presidente, che non debbia, ne possa committere la causa della suspitione proposta, nisi præcedentibus omnibus prædictis, come anco abdicamo la potestà alli Giudici predetti, che non possano determinare, che restituantur deposita, quando fuerit determinatum suspicionem non subsistere, ma che nella pena predetta s'intendano ipso iure condennati all'hora, quando se dichiara, che il Giudice possa procedere non obstante suspitione allegata.

Ad

Ad effugiendum suspicionem sub prætextu propalationis votorum, Iudices, iurent, & moneantur vt hic.

Idem ibid. L. XXXI.

ET perche da non essersi tenacemente osseruato il secreto, che si deue tenere di quello si tratta, & vota dentro della rota, si supplica, che sia la causa principale delle suspitioni, che si proponeno, oltre delle diligenze, che si faranno, conforme alle Pragm. & diffinitioni di leggi communi, etiam contra quelli, che si trattano hauer saputo li voti, per maggior sadisfattione volemo, che li mag. & circumspetti Presidente del Sac. Conseglio, Luogotenente della Regia Camera della Summaria, & Regente della gran Corte della Vicaria, il primo dì dell'anno, che sarà di negotij, habbiano da pigliare giuramento da tutti li Conseglieri, Presidenti, e Giudici, & altri, che si trouano presenti al votare, de silentio tenendo, & secreto seruando. Et li predetti Presidenti, Luogotenente, & Regente della Vigente della Vic. & anco li mag. & circumspetti Regenti la R. Cancellaria il medesimo dì habbiano da dare, & prestare il medesimo giuramento in mano nostra. Volemo anco, che ogni primo dì del mese, li predetti Presidente, Luogotenente, & Regente ammoniscano li predetti officiali, li ricordino, & auertino il detto decreto de secreto seruando, il che volemo se osserui inuiolabilmente, vna con lo disposto, & ordinato per li sopradetti capi, ordinationi, & ampliationi, & acciò sieno à tutti note, commandamo, che della presente se ne affigano copie autentiche in Valuis delli Reg. Tribunali, del Sacro R. Conf. & Camera della Summaria, & gran Corte della Vicaria, & l'originale in valuis della R. Cancellaria.

Datur forma legendi supplicationes, & prouidendi super eis, quando Præsidens S. C. allegatur suspectus.

1596. Comes de Olivares Prorex Prag. 73. de off. S. R. C. L. XXXII.

ESsendo li giorni passati successa alcuna difficultà circa lo stilo solito osseruarsi in questo S.C. di Capuana, nel prouedere le supplicationi, quando il magnifico, & circumspetto Presidente del detto S. C. non ci può interuenire, come sospetto, etiam in delegando, & volendo noi sopra di ciò prouedere accertatamente, ci siamo particolarmente informati di quello, ch'è stato solito in questo, & ritrouamo, che il stilo solito osseruarsi in questo predetto S. C. circa il decretare le dette supplicationi, è stato nel modo seguente, cioè, che la supplicatione si porta dentro quella Rota doue risiede il Decano del detto S. C. purche lui se ritroui in la Rota, & si propone al detto magnifico Decano, & all'altri magnifici Conseglieri della sua Rota, che s'hà da leggere quella supplicatione, nella quale non può interuenire, il predetto mag. & circumspetto Presidente, etiam in delegando, sia qualsiuoglia sorte di supplicatione, ò causa principale, che s'hà da commettere, ò d'appellatione, ouero d'incidente d'ogni qualità, etiam di aggrauio de alcuno delli detti magn. Conseglieri, tanto se la causa è d'vna Rota, quanto s'è di due Rote, & letta che sia detta supplicatione, il Decano la commette, ò decreta, come li pare più conueniente, dandone parte alli compagni, quale decretatione, & prouista si nota esser fatta per S.R.C. senza fermarsi altramente da detto Decano, & quando ad alcuno di detti magnifici Conseglieri della Rota occorre alcuna cosa circa detta decretatione, s'hà solito dire, & se ne suole raggionare fra loro, & secondo restano d'accordo, così si suol scriuere la decretatione, & in assentia del detto Decano, se porta la supplicatione in la Rota, doue resiede il Capo di Rota, che segue immediatè al Decano, & in assentia del detto Capo di Rota, che, vt supra, segue immediatè al Decano, si porta in l'altra Rota, doue resiede l'altro Capo di Rota, & si prouede nel medesmo modo, come s'è detto, che si fa nella rota, doue resiede il Decano.

Et hauendo anco inteso, che per decretare dette supplicationi, quando il Commissario della causa è in altra rota, ò vero la causa è di due rote, se siano alcune

cune volte vnite le due rote, & perche l'vnirsi di dette rote per questo effetto solamente, saria di molto impedimento; volemo, che da quà auanti non s'habbiano da vnire per decretare dette supplicationi; ma che quando il Commissario della causa reside in alcuna dell'altre due rote, ò la causa è di due rote, & si tratta di qualche punto d'importanza, & per la buona administratione della giustitia parerà communicare a Decano predetto, per pigliare buona resolutione, circa detta decretatione, habbia non solo à ragionare alli compagni di sua rota; ma anco manda all'altra rota, che interuene nelle cause, ò doue reside il Commissario, ad intendere quel che li occorre, & quello inteso habbia da pigliare resolutione, senza vnirsi altrimenti le rote. Et conuenendo per la buona amministratione della giustitia, che se guardi, & osserui la sopradetta forma; ci è parso faruì la presente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che circa il decretare, le dette supplicationi, doue il predetto mag. circumspetto Presidente, non può interuenire, per causa d'esser sospetto, etiam in delegando, debbiate osseruare, & fare osseruare ad vnguem il predetto antico solito di questo predetto S. Conseglio nel modo sopradetto, senza alterarlo in cosa nissuna, che tal'è nostra volontà, & così s'essequa per quanto s'hà cara la gratia, & seruitio della Prefata Maestà.

Obseruetur l. vogliamo ancora sup. eod. h.d.

1600. *Comes de Lemos Sen Prorex Prag. 10. de susp. off.* L. XXXIII.

FRa l'altre cose, che furno prouiste in vna Pragm. fatta per l'Illust. Conte di Miranda nostro predecessore Vicerè, sotto la data delli 31. d'Ottobre 1594. sopra la materia de suspitione de ministri, ci è vn capitolo circa l'instantia di esse suspitioni del tenor sequente v3.

sequ. tenor l. vogliamo ancora supra eod. & deinde.

Et perche semo informati che non si osserua nel modo, che sta stabilito, & conuenendo per la buona administratione della giustitia, che quello se osserui inuiolabilmente, & puntualmente; ci è parso faruì la presente, per laquale vi dicemo, & ordinamo, che debbiate osseruare, & essequire, & fare osseruare, & essequire ad vnquem detta Prag. & capitolo preinserto di essa iuxta sui seriem, & tenorem inuiolabilmente, che tale è nostra volontà & intentione. Non fandosi lo contrario per quanto si ha cara la gratia di S. M.

Leges quoad suspiciones Officialium editæ per Reges, & Proreges Regni obseruentur.
Pœna auté duc. 100 per ter duplicetur quoad allegationé suspicionú, & depositum fiat de pœna sic duplicata, & diuidatur iuxta leges alias editas.
Verum duplicatio ista locum sibi vendicet, vbi actor mouit causam pro valore vltra ducatos quingentum.
Vbi vero mouit pro re, quæ non recipit æstimationem, aut de ea dubitari contingit, Iudices arbitrentur, quantitatem deponendam, vt infra.
Et huiusmodi duplicatio procedat, vbi allegantur suspecti Regentes, & secretarius R. Cancellariæ, Præsidens Locumtenens, & ministri S. R. C. & R. C. Sũmariæ, secus vbi alij allegantur suspecti. h. d.

1611. *Comes de Lemos Idem Prorex Prag. 11. de susp. off.* L. XXXIV.

NOn è cosa alcuna nel mondo, per buona, che sia, che vsandosi malamente, non diuenti perniciosa, & cattiua, come particolarmente è auenuto in materia delle recusationi de Giudici, che sendo introdotte dalle leggi per presidio della giustitia; per la malitia de litiganti sono diuentate per lo più instrumenti di calunnie, & di dilationi, per le quali sono stati constretti l'Illustr. nostri predecessori far diuerse leggi, & Pragm. per rimediare a detti abusi. Et benche ogn'vno di essi si sia forzato d'ouuiare à tutti l'inconuenienti, che sopra di ciò sono nati, per esperienza si è visto, che al presente sono maggiori, che mai. Onde essendomo noi venuti con gratia di Dio à gouernar questo Regno, & hauendo cognosciuto quanto se caggioni disseruitio alla Maestà di Dio, & del Re N. S. & à i popoli dalle calunnie de litiganti, quali hauemo inteso, & visto esserno infiniti; volendomo ponerci il remedio possibile, hauemo pensato di far alcuni ordini, & prag. per resecarle, & raffrenarse, & considerato, ch'vna delle principali dilationi & calunnie, che hoggi si vsano, è l'allegar malitiosamente

mente sospetti li Giudici, ci è parso di cominciar detta riforma, & di poner ordini tali alle dette recusationi, che resecati tutti gl'abusi, vengano solamente à seruire per il fine, per il quale forno introdotte da legislatori. Onde con voto, & parere del Reg. Coll. Cons. appresso di noi assistente, hauemo fatta la presente prag. omni futuro tempore valitura. Per la quale volemo, ordinamo, & commandiamo.

Primieramẽte, che tutte le leggi, prag. & constitutioni fatte nel presente regno dalli Serenissimi Re di esso, come dall'Ill. nostri predecess. Vicerè, sopra la materia delle suspitioni, restino nella sua forza, & vigore, & si debbiano inuiolabilmente osseruare in tutto quello però, che per la presente Prag. non sarà derogato, immutato, ò innouato.

Et perche per esperienza s'è visto, che per essernò le pene apposte nelle precedenti Pragm. non molto graui, ancorche vltimamente fossero stato accresciute per l'Illustre Conte di Miranda, si sono proposte dette suspitioni frequentemente, & con molta licentia, volemo, & ordinamo, che da quà auanti la pena sia il doppio di quel, che era per il passato, di modo, che come prima di darsi il termine, si facesia deposito di trenta ducati, da quà auanti si faccia deposito di sessanta, & dandosi il termine, come era là pena di ducati cento, sia da quà auanti di ducati ducento, da ripartirsi nell'istessa forma, che si ripartiua per il passato trà il Fisco, & il ministro, che si allegarà per suspetto, non militando la recusatione. Però questo si debbia intendere, quando le cause, nelle quali occorrerà di proponersi dette recusationi, saranno oltre il valore di ducati 500. attenta la domanda della parte attrice, & se sarà la causa di quantità tale, che non tenga certo valore, ò sopra cosa, che non si possa apprezzare, ò stimare, ò occorerà dubitare del valor di essa, in tal caso i Giudici della causa della recusatione debbiano arbitrare, & dichiarare, se la pena s'hauerà da depositare duplicata, ò sempia, come se non eccedesse detta summa di ducati cinquecẽto. Dalla qual dichiaratione, & arbitramento non possa alcuna delle parti appellare, reclamare, ò supplicare, nè hauer ricorso alcuno, nè per via di nullità, etiam per via di notoria ingiustitia, nè anco per via di restitutione in integro. Quale alteratione, & duplicatione di pena, ordinamo, che s'osserui solo à rispetto delle propositioni, che si proponeranno in persona de i Regenti, del Coll. Cons. & Secretario del Regno, Presidente, & Luogotenente, & altri ministri del Consiglio di S. Chiara, & Camera della Summaria, però à rispetto della Vicaria criminale, & ciuile, Audienze del Regno, & altri Tribunali resti la quantità della pena, come fù stabilita per la Pragm. predetta dell'Illustre Conte di Miranda.

Supplicationes, continentes suspitionem Officialium, subscribantur manu ordinarij Aduocati, aut partis, si scit scribere. Si autem nescit scribere, subscribantur manu Notarij. Et vbi subscribunt pars, vel Notarius, deponatur pro pœna duplum, & pœna nequeat remitti, etiam si renuntiaretur suspicioni. h. d.

Idem ibid. L. XXXV.

Oltre di ciò ordinamo, & commandamo, che tutti i memoriali, ò comparse, & petitioni di recusationi, che si daranno quà auanti siano firmati da quell'Auuocato della causa, che porta il peso, & è Auuocato ordinario di essa, & non da altri Dottori, ouero non volendo firmarla l'Auocato della causa, le debbia firmare il principale, ò principali, se saprà scriuere, ò vero vn Notaro publico in suo nome se non sapra scriuere, però in caso, che firmi il principale, ò Notaro in suo nome, vogliamo, che sia obligato far deposito del doppio di quelche saria obligato, quando firmasse l'Auocato, & d'altra maniera non s'ammetti.

Volemo, che dette pene non si possano rimettere, nè in tutto, nè in parte per qualsiuoglia causa, etiam se là parte, che hà proposta la recusatione, ò prima, ò poi del termine, si appartasse dalla recusatione, & ci renunciasse.

Capita suspicionum proponantur infra dies quadraginta, vt hic.

Idem ibid. L. XXXIV.

CHe le parti tengano obligo di proponer tutte le suspitioni, tanto del Commissario della causa, quanto delli altri Giudici, che haueranno da votar in essa, & del Fiscale, se vi sarà, frà quaranta giorni, decurrendi dal giorno, che sarà notificata la prima petitione al principale, & se il principale sarà assente, & si darà il termine ad denunciandum, corra il termine predetto dal giorno, che sarà elasso il detto termine ad denunciandum, & se soprauenirà nella causa poi vno, ò più Giudici, ò per nuoua prouisione, ò per aggiuntione di rota, ò per qualsiuoglia altra causa, corra similmente il termine di quaranta giorni, dal dì, che piglierà il possesso il Giudice in quella rota, ò Rote, nelle quali si tratta la causa, & se soprauenirà il nouo Giudice per aggiunto, ò per vnion di rota, il termine corra dal giorno, che sarà notificata la prouisione dell'aggiunto, ò dell'vnione delle rote, eccetto però se pendente il giuditio soprauenisse di nouo causa di suspicione, nel qual caso si possa proponere, etiam elassi detti quaranta giorni, dentro però di trenta dì, dopò, che sarà soprauenuta detta causa noua.

Iudices non allegati suspecti in prima instantia, nequeunt allegari suspecti in causa appellationis, reclamationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum, nisi ex noua causa, proponenda infra dies triginta. h. d.

Idem ibid. L. XXXVII.

ORdiniamo di più, che quelli Giudici, che non saranno stati dati per sospetti nella prima instantia, non si possano allegar per sospetti nella causa d'appellatione, ò reclamatione, ò di nullità, ò di restitutione in integro aduersus sententiam, eccetto se la causa soprauenisse di nouo, & all'hora si possa proponere frà il termine di trenta giorni, come s'è detto di sopra.

Terminus 40. dierum, vt supra currat, contra degentes in Regno, à die publicationis præsentis legis. Contra eos, qui sunt extra Regnum terminus sit duorum mensium, hæcq; dispositio locum habeat respectu causarum pendentium.

Elapsis terminis prædictis nequeat proponi suspitio ex causa de præterito, etiam si pars iuraret, quod postea habuit notitiam, vel etiam si proponeret per viam restitutionis in integrum. h. d.

Idem ibid. L. XXXVIII.

EA rispetto delle cause pendenti, il termine predetto di quaranta di corra dal giorno della publicatione della presente Prag. à rispetto di quelle parti, che saranno nel Regno, & di due mesi à rispetto di quelli, che saranno fuori del Regno.

Et elassi i termini sopradetti nõ si possa proponere altrimente suspitione alcuna, per causa de preterito, etiam, che la parte giurasse di esserli di nouo peruenuta à notitia, neq; per viam restitutionis in integrum, ò per qualsiuoglia altra raggione.

Capita suspicionum proponantur modestè, alias certioretur Prorex. h. d.

Idem ibid. L. XXXIX.

VOlemo che tutte le suspitioni, che s'haueranno à proponere, si diano con le parole più decenti, & più modeste, che sarà possibile, & dandosi in altra forma, non si riceuano, se non saranno emẽdate, & riformate, & se le parole sarãno tanto indecenti, che sia notabile la immodestia, se ne debbia per il Giudice della suspitione, ò per il capo del Tribunale dar subito notitia à noi, accioche possiamo ordinare quello che conuenirà, etiam per il castigo di chi hauerà proposta la suspitione nella forma predetta, conuenendo al seruitio di Dio, & di Sua Maestà, & al culto della giustitia, che le parti non s'attriuiscano à trattar irreuerentemente li Ministri Regij.

Cui sint porigenda capita suspicionum hic explicatur.

Idem ibidem L. LXI.

LE petitioni, & capi di suspitioni si diano à noi, ò al Secretario del regno serrate, quando si daranno in persona delli Regenti, ò del Presidente del Sacro Consl. ò Luogotenente della Camera e quelle de i ministri delli altri Tribunali si diano nell'istesso modo alli capi de' detti tribunali, & quando fussero in persona del Propresidente del Consl. ò del Proma

gno

gno Camerario, in caso, che non vi fusse Luogotenente, ò del Proregente di Vicaria, si diano al più antico officiale di detto tribunale, & l'istesso s'osserui nelle Regie Audientie.

Nullus Iudex potest se allegare suspectum, nisi vt hic.

Idem ibid. L. XLI.

VOlemo di più, che nessuno Giudice si possa dar per suspetto da per se stesso, non allegandosi per tale da alcuna delle parti, ma sapendo il Giudice esserui alcuna causa, per la quale lui non debbia interuenire, la proponghi alli altri Giudici, auanti de i quali si tratta il negotio, acciò per essi s'intenda, & determini, se la causa è bastante, & se debbia il Giudice da per se stesso astenere, e fatta la detta dechiaratione il Giudice asteneràsi, ò prosequirà ad interuenire, conforme farà determinato per li Colleghi.

Iudex semel tanquam suspectus remotus à causa de ea amplius non cognoscat, cum declaratione vt infra. h. d.

Idem ibid. L. XLII.

QVando vn Giudice è stato rimosso da alcuna causa ad instāza d'vna delle parti, non debbia, ne possa interuenire nell'istessa causa, etiam se la parte, che lo ha recusato, si contentasse, che interuenisse nell'istessa causa, quando l'altra parte si contenti ancora del suo interuento, però nelle altre cause possa il Giudice interuenire, ancorche rimosso in altra causa, non solo con il consenso di quella parte: che ha fatto dechiarar sospetto, e non vi sia necessaria la volontà della parte contraria.

Causæ suspicionum non sint affectatæ. h. d.

Idem ibid. L. XLIII.

LE cause, che si proponeranno di recusationi, ordiniamo precisamente, che non s'ammettano, se sono affectate, Incaricando i Giudici, ò quali tocca il determinarlo, che mirino attentissimamente di non ammetterle in modo alcuno, anzi subito che conosceranno esser proposte cause tali, ce ne debbiano dar notitia, accioche conuenendo, si dia ordine per noi, che siano seueramente castigati quelli, che haueranno affettato, ò procurato tali cause.

Agitur de capitibus suspicionum ex causa inimicitiæ, ex causa cognationis spiritualis, ex causa patrocinij præstiti, ac ex causa omissæ salutationis.

Idem ibidem. L. XLIIII.

ALlegandosi alcun Giudice per suspetto per causa d'inimicitia, se la causa d'inimicitia sarà tale, che offenda tutto il parentado, ordiniamo che detta causa si estenda sin'al quarto grado nella consanguinità, e sino al terzo nell'affinità, quali gradi si debbiano computar de iure Canonico, & s'intendano inclusiue, come si deueno computare, & intender sempre, che di sotto si farà mentione di grado di parentesco, e quando l'inimicitia non sarà tale, che offenda la famiglia, ma induca inimicitia capitale, sia causa bastante per la recusatione fino al terzo grado di consanguinità, & secondo d'affinità, & se l'inimicitia sarà reconciliata fra i principali, ò per pace, ò per altro modo, non possa altra persona congiunta di detti principali seruirsi di essa per recusare i Giudici, & in quanto alli istessi, che saranno reconciliati lasciamo alla dispositione delle leggi, si potranno dapoi recusarsi ad inuicem, non obstante detta reconciliatione.

Ordiniamo di più, che quando l'inimicitia sarà per causa di lite, non sia bastante causa di suspitione, se non tra l'istessi litiganti, eccetto se la lite fosse di tanta importanza, che inducesse inimicitia capitale, nel qual caso vogliamo, che s'ammetta la suspitione non solo tra i litiganti, ma passi ancora à quelli, che sono immediatamente successori ab intestato de i litiganti nella cosa che si litiga in danno, ò beneficio delli quali anderia l'euento di essa lite, & anco alli parenti sin'al secondo grado così per consanguinità.

Dechiaramo, che le cause del parentesco

sco spirituale sufficiente à rimouere li Giudici, siano il compatrato tra il battizante, e battezato, & tra le altre persone nelle quali il Sacro Conc. Tridentino ha dechiarato contraherse la cognatione spirituale.

Il Giudice, che è stato Auocato di vna delle parti, vogliamo, che non possa giudicare nell' istessa causa, ancorche consentissero ambe le parti.

Volemo, che non sia causa bastãte per rimouere il Giudice, il prouare, che lui non habbia salutato, ò risalutato, ò cauata la barretta à i litiganti, quando il Giudice affirmarà con giuramento non hauerlo visto. Però in questo caso non si paghi pena alcuna.

Pars contra quam tendit allegatio suspitionis iudicis, potest se, & iudicem tueri contra allegantem, non tamen per testes.

Et in causa suspicionis non admittuntur fides priuatæ. h. d.

Idem ibid. L. XLV.

DIchiaramo ancora, che essendo proposta alcuna suspitione per vna parte, possa l'altra col litigante opponersi, & difender detta suspitione, non però con testimonij, ma auertendo i Giudici delle diligenze necessarie, & di tutto lo de più, che li parerà conuenire.

Et volemo, che nelle proue, che s'haueranno da fare in dette cause di recusationi nõ s'ammettano, ne riceuano fede priuate, ancorche autẽtiche di qualsiuoglia persona, in quacumq; dignitate constituta, ma in quelle si debbia essaminar formiter con giuramento.

Instruatur, & expediatur causa suspicionis infra terminum. vt hic.

Idem ibidem. L. XLVI.

ORdiniamo di più, che fra termine di giorni trenta da contarsi dal dì, che sarà proposta formiter la recusatione, il recusãte debbia produr tutto quello, che l'incumbe, cosi per testimonij, come per scritture, & compilare il processo, altrimente elasso detto tempo s' habbia per concluso, ne vi si possa produr cosa alcuna, & detto termine corra precisamente, di modo che non si possa prolungare per qualsiuoglia causa, etiam per viam restitutionis in integrũ, & s'incaricano i Giudici à i quali spetta, che con ogni breuità debbiano quanto prima spedir dette cause di suspitioni: Et perche nel Sacro Cons. per la moltitudine de negotij si ponno dilatar facilmente l' espeditione di queste cause, ordiniamo, che essendo necessario torni il Cons. dopò mangiare nel giorno di Giouedì, & essendo festa nel giorno, nel quale venirà la Vicaria à riferir le cause d'appellatione.

A decretis diffinitiuis, & interlocutorijs in causa suspitionis nõ potest appellari, reclamari, dici de nullitate, peti restitutio in integrum, aut recursus haberi, aut allegari notoria iniustitia. h. d.

Idem ibidem. L. XLVII.

VLtimamente volemo, & ordiniamo che dalle determinationi delle cause delle suspicioni non si possa appellare, ne reclamare, ne dire di nullità, etiam per via di ricorso, ò di restitutione in integro, ò con allegarsi notoria ingiustitia, non solo quando i decreti saranno diffinitiui, ma ancor da decreti di incidenti, etiam se l'incidenti fussero tali, che non si potessero riparare in diffinitiua.

Ordinando, & commandando à tutti, & singuli officiali, e tribunali maggiori, e minori del presente Regno, che debbiano tener particolar pensiero dell' osseruanza della presente nostra Pragmatica. Et acciò sia noto à tutti ordiniamo, che della presente se ne affiga copia autentica in Valuis delli regij Tribunali.

Non indiget summario.

1611 *Philipp. III. Rex Prag. 12. de susp. off. L. XLVIII.*

LA Pragmatica que hizistes para remediar los abusos, que en esse Reyno hauia en materia de recusaciones de Iuezes me à parezido muy conueniente, y necessaria, y que sera de gran beneficio al publico, y de mucho prouecho para la recta administracion de la iusticia, y assi os agradezco mucho el çelo, y cuidado con

con que attendeis a lo vno, y a lo otro.

Quando proponuntur capita suspicionis, & non admittuntur, seu reijciuntur, etiam ex eo, quod non fuerunt proposita in termino, debet solui pœna, & depositum factum pro pœna non restituitur. h. d.

1616. Comes de Lemos Iunior Prorex Prag. 13. de susp. off. L. XLIX.

ITem perche s'è dubitato, se le pene, imposte per la detta regia pragmat. à quelli, che propongano suspitioni non militanti habbiano luoco, quando sono tali, che se reiettano, & non si admettano, & alcune volte è stato prouisto, che non admittantur capita, & restituatur depositũ, lo che ci è parso inconueniente, poiche quanto meno si admettono li capi, tanto più son degni di castigo quelli, che li propongono per tener meno substantia, Per tanto ordinamo, & commandamo, che quando si presentaranno capi di suspicioni tali, che alli Giudici parerà, che non si debbiano admettere, etiam perche non siano proposte in tempo, s' incorra nella pena di perdere il deposito, il qual non si possa restituire al depositante, non conuenendo, che si lasci questa porta aperta alle calunnie, & malitie de litiganti, li quali facilmente con esser sicuri di non incorrere in pena, potranno proponere mille estrauagantie, dilatando le cause, & offendendo impune la reputatione delli Giudici, cõmandando à tutti, & singoli officiali, & tribunali, che debbiano tener particular pensiero dell' osseruanza della presente nostra Prag. & à tale sia nota à tutti, ordinamo, che se ne affiga copia autentica in valuis delli Reg. Tribunali.

De exceptionibus dilatorijs in ciuilibus in communi. Tit. XCIII.

Exceptiones dilatoriæ proponantur in exordio litis infra triduum, post libelli præsentationem, proponens iuret, vt hic.
Ad eas probandum detur terminus octo dierum: nisi ob distantiam locorum, aliasque causas sit necessarius maior.
Si proponens non probauerit, reficiat expensas, taxandas per Iudicem præuio iuramento partis. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. de except. dilat. L. I.

EXceptiones dilatorias, prout communis iuris regulis est introductũ, in ipso iudicij exordio proponendas, infra triduum, à die oblati libelli, vel in ciuili, vel in criminali iudicio, obijci posse censemus, in quibus, si de eis incontinenti cõstare non possit, sed dilationem requirat is, qui eas obijcit, sacramento prius, si hoc iudex decreuerit, præstito, ꝙ non tantum causa differendi, vel frustandi iudicij ipsas conuentus opponat, sed ꝙ eas ad leuamen causæ suæ se probare confidit. Ad probandum eidem octo dierum terminus concedatur, nisi reus in longinquis probationes se habere iurauerit, quo, quidẽ casu, consideratis locorum distantijs, & causarum qualitatibus, & conditionibus personarum, terminus longior debebit, & poterit indulgeri. Et si in eorum probatione reus defecerit, in omnes expensas, sacramento actoris, cum taxatione iudicis, declarandas, ab eo, occasione prædictæ dilationis, factas, ipsum decernimus condemnari.

Dilatorias exceptiones dolosè proponens, pro qualibet mulctetur in ducatis duobus, repetendis à Procuratore, & Aduocato, qui consuluerint: arbitrio S. C. possit mulcta augeri. h. d.

Ferdin. I. Rex Prag. 33. de off. S. R. C. L. II.

CVm quis dolose, ad litis ingressum impediendum, dilatorias exceptiones opposuerit, pro qualibet eiusmodi exceptione, ne se dolo impune esse vsum intelligat, duorum ducatorum pęna, nostro fisco adiicienda, mulctandum esse decernimus, Sacro nostro Consilio permittentes, vt acriori, si sibi visum fuerit, hanc fraudem pœna compescat, quam à Procuratore, atque aduocato, qui fraudulenter consuluerint, repeti posse concedimus, ea conditione, quam in prima harum sanctione, posuimus.

De

De exceptionibus aduersus cessionarium. Tit. XCIIII.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 290. L. I.

ITem quod nullus admittatur ad agendum iure cesso, nisi fuerit causa necessaria, & ex causa non lucratiua facta.

De exceptionibus filiationis, generis, & quod non sit hæres in ciuilibus. Tit. XCV.

Exceptiones filiationis, generis, & q̃ non sit hæres, non impediant litis contestationem. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 2. tit. de lit. cont. non retard. L. I.

EXceptione, filiationis, generis, siue gentis, & quod hæres non sit, qui actionem, vel accusationem intendit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis, contestationem litis, continuò faciendã, nolumus retardari; sed eis propositis, in causa principali nihilominus procedatur, eo, qui ipsas opponit, ad probationem admisso; cuius probationis euentus iudici; qualiter in causa procedere debeat, demonstrabitur.

De exceptione excommunicationis. Tit. XCVI.

Si post litẽ contestatam proponantur exceptiones, excommun. recusationis, & aliæ moratoriæ, sequestrantur res petita, & fructus, & postea admittuntur exceptiones. h. d.

Carol. II. Rex cap. 209. L. I.

FRequens in auribus nostris murmur obstrepuit, quod dũ inter petitorem, & possessorem lis, seu controuersia vertitur, & in processu causæ, possessor de litis contra se decisione forsitan formidat, exceptiones excommunicationis, recusationis, aut alias Iudicij moratorias, inuenit, vt donec per illas, seu interiectarum illarum aliquam causa protrahitur, & lis differtur, longiori possessionis fruatur commodo, & in perceptione fructuũ per astutam malitiam indebite fortassis potiatur augmento, quo fit vt protelentur lites, quæ scandalis persæpe materiã præstare noscuntur, afficiãtur partes tædio laboris, & sumptus, & authoritas recti iudicij, ad quam spectat breuiare lites ipsasq; decidere, illusione quodammodo circumueniatur.

Circa quod reputantes ad commodũ, & æquitatis animum, occurrere fraudibus, & dilationibus superstitiosam materiam amputare, pręsenti edictali nostra prouisione, vsq; ad nostrum beneplacitũ duratura, statuimus vt immemoratis litibus, siue ciuilibus causis, si quando exceptiones, huiusmodi friuolæ, post litem contestatam, & aperturam testium circa finem ipsarum litium maxime, opponantur, quas vtriq; circumspectio iudicis calumniosas, & causa morandi iudicijs, ex suo motu, seu religionis instinctu, potest inspicere interiectas rem; de qua agitur, cum fructibus, si qui pendent, immediate ex suo officio faciat sequestrari, demum ad victorem in causa, vt iuris extiterit, concessuram. Volumus igitur, & mandamus, vt edictionem nostram hanc firmiter obseruetis, daturi ipsam alterutrũ in pendenti, vt in obliuionem non transeat, vel neglectum. Data Neap. per Bart. de Capua &c.

Conuentus criminaliter, vel pro restitutione violentæ possessionis, si opponit contra accusatorem, vel actorem exceptionem excommunicationis, nihilominus Iudex procedit in causa, id habet locum etiam in causis pendentibus. h. d.

Robertus Rex cap. 201. L. II.

SIcut materiam criminum libenter elidimus: sic impedimenta iudicialis examinis, quod pro puniendis eisdem decretũ prouidæ sãctionis induxit, libratis, aptisq; remediis per totum eneruamus. Huius igitur constitutionis edicto præscribimus: si quando criminaliter de cõmisso coram quocunq; iudice agatur, vel violẽtæ possessionis restitutio postulatur, & in quauis

quauis parte iudicij principalis, vel appellationis causæ semel, vel pluries, accusanti, vel expoliato, exceptio excommunicationis opponitur, super iā propositis, aut proponendis de nouo, dependentibus, siue connexis iudex, apud quem res proponitur, & causa tractatur, instantia iudicij non dilatata, ad inuestigationē criminis, & spoliationis indaginem, cęptum continuādo iudicium, ex officio suo procedat, vno causam, litemq; mouente, prosequatur alius, sicut plerumq; probat iuris articulus, à rationis tramite non diuersus, & sic ipsius iudicis solertia, debita informatione, & probatione recepta, causam, litemq; finiat, ac si nūquam accusatoris, vel proponentis instantia in iudicio, & presentialiter institisset: plectens reum pęna, quam culpa meruit: & violentiam in possessionis restitutione condemnans, sicut rationis causa deposcit, cuius constitutionis substantiam, & effectum, & in pēdentibus causis, siue negocijs, vim volumus obtinere.

Conuentus pro spolio, si proponit exceptionem excommunicationis contra actorem, iurat de calumnia, & habet terminum ad probandum. Si non probat, statim possessio rei deductæ in iuditio, datur actori, reseruatis iuribus proprietatis, vel alijs conuento. Id etiam in causis pendentibus locum sibi vendicat. h. d.

Idem ibidem. L. III.

IVdiciorum vigor, actus iusticiæ, auctoritate publica constitutus in medio, nec est tollendus indebite, nec cauillosis anfractibus differendus iniuste. Vt igitur (spoliationis causam fauendo precipue) ipsorum tollatur occasio, & materia præcidatur; præsenti constitutione sancimus, Vt super possessionis spoliatione conuentus, excommunicationis exceptionem obiiciens spoliato, iuret in præsentia Iudicis, coram quo agitur, sacramento corporaliter præstito, ꝙ exceptionem ipsam, non causa calumniæ obiiciat, vel animo differendi iudicium, deinde infra competentem terminum sibi datum per iudicē, prout rationabiliter qualitas dilationis exposcit, probet ipse conuentus spoliatū actorem, sententia excommunicationis astrictum. Et si quidem in eius probatione defecerit, rei de qua spoliatio facta proponitur, possessione priuetur, quam statim ipso facto, sine petitoris instantia, nec alterius probationis indagine, per suū officium transferat in petentem, vt sicut alias mendax ex suo mendacio in possessionis translatione pęna constringitur: sic fauorabilem restitutionis causam (quam spoliatis, specialibus priuilegiis, iura sancierunt) & per interiectas moras iudicij maliciose, & astute differens, censura vt in pari puniatur, quæstione proprietatis, vel iuris alterius, quod idem spolians in re ipsa, cuius spoliatio facta proponitur, fortasse pretenderet, sibi secundum iuris terminos, reseruata. Cuius constitutionis mentem, & verba non solum in futuris negotijs, sed in pēdentibus vim decernimus obtinere.

Non indiget summario.

Idem Iust. Principat. citra ibid. L. IIII.

PRo bono statu Regni Siciliæ, ad quē intentio nostra dirigitur, vt dilationū perpendia in terminandis litibus, & corrigendis excessibus precidantur: constitutiones nuper edidimus: quarum series presentibus annectuntur.

Sequitur tenor duarum leg. prox. praeced. & deinde

Volumus igitur, & fidelitati tuæ iubemus, quatenus constitutiones ipsas, quantum ad te pertinet, in iudicio obserues tenaciter, & ex more ipsas publice, & per cōpetentia facias officia diuulgari. Constitutionum ipsarum series dimittas alterutri in pendenti.

Exceptio excommunicationis contra partem, vel testes, non admittatur, nisi in promptu per legitima documenta verificetur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. h. d.

Rit. 236. L. X.

ITem quod in quibuscumq; causis ciuilibus, vel criminalibus, ordinarijs, vel extraordinarijs, motis, & mouendis in dicta Curia ante litem contestatam, vel post, exceptio excommunicationis, proponenda per partem, altrinsecus, vel contra testes, in causis ipsis productos, & etiam producendos, non admittatur, per

Curiam, nisi proponens excommunicationem ipsam, in promptu, & in ipso instanti, legitime doceat in dicta Curia de excommunicatione prædicta, per legitima documenta.

De exceptione reuocandi domum. Tit. XCVII.

Repertus in Curia si conueniatur pro aliqua causa, pro qua non fuerat citatus, habet ius reuocandi domum, & terminum, vt hic. Si non venerit in termino statuto, proceditur contra eum, vti contumacem. h. d.

Feder. Imp. Const. lib. 1. tit. de in ius voc. L. I.



SI quem nostrorum fidelium, ad proclamandũ de aliquo coram magistro Iusticiario curiæ nostræ, vel regionum iusti. Necessitas fortè compulerit, vel voluntas. Si quidem aduersarium suum in Curia ipsa repererit, quem ob aliam specialem causam, & iustam non venisse constiterit, vel quod ibidem, ea perfecta, subsistat, de ipso recepturus iustitiam, protinus conqueratur. Ob aliam autem causam veniens, siuè ciuiliter, siuè criminaliter imperatur, reuocandi domũ ius poterit impetrare. Verumtamen, recepto prius termino peremptorio, quam recedat, in quo se debeat curiæ præsentare. Cuius spacium, vt omnis omninò frustrationis occasio à iudiciis excludatur, præsentis legis seriẽ duximus annotari, & pro locorum diuersitate distingui, vt si conuenti domus à curia distet per octo diætas, aut pauciores octo, tanti temporis dilatio concedatur, quod per sex dies domi moratus, diætis competentibus numeratis, prõ qualitatẽ itineris, & personę ad curiam reuertatur. Si autẽ per x diætas domicilium eius à curia distare noscatur, per prædictum modum dinumeratione dierum, & diætarum habita diligenti, tantum temporis impetret ad regressum, q deducto tempore itineris, & reuersionis ad curiam, per octo dies domi valeat commorari. Cæterum si vltra decem diętas distat à curia domicilium fugitiui, quantumcunq; distãtia allegetur.

Dinumeretur tempus ad iter, & reditũ competẽs, vt est dictũ, quo studiose, & diligẽter dimisso, dato, prout prædictum est, peremptorio pro reditu, tam in casu præsenti, quam in omnibus supradictis, domi sibi liceat per dies duodecim commorari. In quibus omnibus dilationibus, si venire contempserit impetitus, contra ipsum ex peremptorio, quantum de iure procedi poterit, procedatur.

De exceptione hostica in ciuilibus Tit. XCVIII.

Pro eo, qui iturus est ad exercitum, vel in eo reperitur, si ab alio, non ituro ad exercitum, sit conuentus, potest proponi exceptio hostica, adeo quod per quindecim dies ante discessum, & per alios dies quindecim post reditum, non teneatur respondere, nõ obstãte, quod lis sit contestata. h. d.

Feder. Imp. Const. lib. 1. tit. de except. host. pon. L. I.



HOstici exceptionẽ, quã in iudicijs nostris frequẽtius audiuimus, determinare volentes, statuimus, si quando submonitus ad exercitum, citatus extiterit, prædictam per se, vel per alium coram eo, qui ipsum citauit, opponat, qua opposita, & probata, quindecim diebus, antequã iter arripiat, & quindecim postquam reuersus fuerit, immunitatem responsionis habebit, ita q nullus per se, vel per procuratorem, quem teneatur relinquere, respõdere cogatur, quod inuiolabiliter obtinere censemus, etiam cum, litis contestatione, secuta sub monitione, facta, reum, reipublicæ causa, prædicto modo abesse debere contingit.

Exceptio hostica non opponitur, si ambæ partes sunt in exercitu sumtibus proprijs, vel alienis. Opponitur vero si reus proprijs, actor alienis militiæ expensis, vel si reus, & non actor est munitus equis, & armis. h. d.

Idem ibidem. L. II.

SI tamen ambæ partes actor scilicet, & reus in exercitu inueniãtur, exceptionem

nem hostici alter alteri opponat, dum tamen non is, qui voluerit alterum in exercitu conuenire, munitus sit in exercitu competentibus equis, & armis, & alijs omnibus opportunis, & necessariis, quæ opportunitas, & necessitas moris exercitalis inducunt. Illo etiam non omisso, vt si conuentus in exercitu per se, & suis expensis militat is qui eum impetit, vt aduersarium possit hostici exceptione priuare, eodem modo, & suis expensis militare debebit, ne alterius tędio, sub cuius expẽsis, & necessarijs fuerit in exercitu substentatus eum, qui cum expensis suis nobis laudabiliter seruit, impugnet, quæ omnia per marescalcum nostrum, vel per alium, qui exercitui, de mandato nostro, pro tẽpore pręerit (cui omnes qui ad exercitum venarint, absq; discretione aliqua volumus præsentari) probari debebunt.

Tamen si eorum amborum conditio sit ęqualis, vt ambo scilicet alienis expensis in exercitu commorentur. Alter alteri tenebitur respondere.

Vt tamen occasione tam inchoati, quã inchoandi litigij, etiam si peremptorium fuerit emissum, à seruitio speciali, quod ei per nos, vel per præfatum marescalcũ nostrum, in exercitu fuerit iniunctum, is qui citatus est, nullatenus auocetur.

Banniti in exercitu securi commorantur, & proponunt ipsi, vel alij pro eis exceptionem hostici. Verum infra annum conueniuntur ad instantiam accusatorum. Id non procedit in foriudicatis, in ijs quæ contrahuntur, aut committuntur in exercitu, seruantur ritus exercitales. h. d.

Idem ibidem. L. III.

BAnnitos, & forbannitos, ẽt secure in exercitu, & absq; alicuius offensione, uolumus commorari. Adeo etiam, vt dum in exercitu sint, priuilegium habeant cõmune cum cæteris, ꝙ à nemine valeant conueniri. Banniti tantummodo, non foriudicati, ab accusatoribus suis, & his, qui eodem modo muniti equis, & armis, scilicet in exercitu fuerint, infra annum, iuxta pridem à nobis statutum modum, poterunt conueniri. In foriudicatis autem idcirco hoc non concedimus, quia cum ipsis nulla sit reseruata defensio, non esset aliud eos conueniri permittere, quam suspendi mandare. Saluis per omnia his quę in exercitu contrahuntur, aut committuntur, ad quæ præsentem non extendimus sanctionem, sed iuxta exercitalem ritum volumus terminari.

Non gaudet except. hostica Feudatarius, qui aliquem destituit, aut turbauit in possessione rerum, vel iurium, vel committit crimen, exceptione hostica durante, vel paulo ante, & vbi misit substitutum, vel soluit seruitium militare. Vbi vero gaudet, quia personaliter iuit ad exercitum, tenetur mittere procuratorẽ instructũ. h. d.

Robertus Rex cap. 215. L. IIII.

SI Comes, aut Baro, vel quicumq; Feudatarius, ad exercitum euocatus, aliquem destituerit, aut inquietauerit turbatione molesta, de rebus, aut iuribus, vel crimen commiserit, in quo potest procurator adesse, etiam hostica exceptione durante, vel paulo prius, quam exceptio eadem competat, vt quod incontinenti committitur, præsentialiter inesse videatur, beneficium istius hosticæ exceptionis amittat. Et si quidem ad exercitum personaliter iuerit, de præfatis destitutione, & inquietatione, & criminatione, per procuratorem sufficienter instructum, respõdeat coram iudice competenti; Si vero substitutum pro se miserit, vel adohamentum in pecunia pro militari seruitio soluerit ipse personaliter, etiã pro quocumq; crimine, respondere cogatur, dicta exceptione hostica non admissa. Dignum est quidem, vt delinquentes sub prærogatiuæ concessę fiducia, beneficia perdant, ipsis specialiter indulta. Cuius editionis seriem, etiam in causis pendentibus, locum habere censemus.

Publicetur & obseruetur lex prox. præced. cum duabus alijs. h. d.

Idem cap. 214. L. V.

INter belli discrimina, iustitiæ cultum moleste turbantia, & inumbratæ quietis interstitium, aliquibus interuallis assũptum tempus redimimus, vt opportunitatibus nostrorum fidelium, per apta iuris remedia, consulamus. Sane subiectorum nostrorum casus, atque molestia dedere materiam, vt super certis difficultatibus,

quæ illis de facto frequenter emergunt, per nostræ prouisionis suffragium præsidialiter moderemur. Ea propter subscriptas tres constitutiones, quas publicetis ex more per totam vestram Prouinciam, per vos tenaciter obseruari volumus, perpetuo valituras.

De exceptionibus peremptorijs, ac impedientibus litis ciuilis ingressum. Tit. XCIX.

Non indiget summario.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. de except. malit. oppo. L. I.



SI exceptio peremptoria, replicatio, vel triplicatio etiam opponatur, quæ ex qualitate personæ opponentis, vel causæ, iudici malitiosa, vel friuola videatur, non prius obiicientem, ad eam probandã admittat, quam sacramentum præbeat corporale.

Quod non malitiose, nec causa tantum prorogandi iudicium, eam opponat, sed ꝙ ipsam, pro firmo, se credat posse probare; quam postea si nõ probauerit, ad terminũ sibi datum, Opponentem, ad expensas omnes, sacramento partis, cum taxatione iudicis declarandas, condemnandum esse censemus.

Non indiget summario.

Prag. 1. de except. L. II.

QVicunque exceptionem solutionis, transactionis, iurisiurandi, vel pacti de non petendo opposuerit, & eas, vel alteram ipsarum non probauerit, saltem semiplene, in decem tarenis pro qualibet exceptione huiusmodi opposita, & non probata, condemnetur, quam pœnam Iudex causæ de suo soluere debeat, si negligens fuerit, tempore sententiæ condemnationem dictæ pœnę facere, & si ad processum fuerint oppositæ, & non probatæ, vltra pęnam prædictam, in expensis pars non probans condẽnetur

Non indiget summario.

Prag. 5. de ordine Iud. L. III.

COmparente reo in termino citatorio vel post contumaciam, vt sup. purgatam, detur ei copia petitionis actoris, ipsius actoris sumptibus, cui respondere debeat infra terminum trium dierum, post dictam copiam datam, proponendo, mediante iuramento, exceptiones litis ingressum impedientes si voluerit, quas probasse teneatur infra quinq; dies immediate sequentes, alias ad merita reseruatæ intelliguntur, probationibus verò factis, Iudex infra alios quinq; dies immediate sequentes, super eis pronuntiare debeat, prout ei iustum apparebit.

Non indiget summario.

1574. Card. de Granue. Prorex Prag. 1. de Procu. L. IIII.

ALlegantes nouas cõuentiones, quas concludenter non probauerunt, facta publicatione in causa, quandocunque ante sententiam, soluant opponentes, & succumbentes pœnam ducatorum sex, exigendam vt supra. Si vero post sententiam ad impediendam exequutionem, soluãt ducatos duodecim, quæ pœna exigatur, vt supra, ab ipso Procuratore, Tutore, Curatore, seu Syndico, aut principali, qui ipsam proposuerit, cum consimili declaratione, vt in præcedentibus capitib.

Comparitiones continentes exceptionem nouæ conuentionis, aut satisfactionis, nisi dicant speciem nouæ conuentionis, non admittantur. h. d.

1587. Comes Miranda Prorex Prag. 47. de off. Mag. Iust. num. 2. L. V.

ITem volumus, & mandamus, ꝙ quando allegantur in Iudiciis nouæ conuentiones, aut satisfactiones, comparitiones hoc continentes, debeant esse adeo lucidæ, & claræ, quod nulla pęnitus indigeãt declaratione, sed exprimatur species ipsius nouæ conuentionis, & aliter dictæ comparitiones à Iudicibus, Magistris actorum, seu scribis nullatenus admittantur,

tur, nec ipsis cōparitionibus fiant præsentationes, sub pęna ducatorum quinquaginta, ab ipsis Magistris actorum exigenda in casu contrauentionis.

De interrogationibus, & responsionibus in iudicio ciuili faciendis. Tit. C.

Non indiget summario.

Prag. 6. de ord. Iud. L. I.

I reus exceptiones litis ingressum impedientes opponere noluerit, vel opposuerit, & ad merita reseruatæ fuerint, vel aliter reiectæ, immediate procedatur ad responsionem petitionis ipsius actoris, & iuramentum de calumnia, & alias responsiones, si tenet, & possidet, quando reali agitur, vel aliis interrogationibus iuste factis, veluti si est hæres, & similibus: Quod si reus facere recusauerit, procedatur, ac si legitime respondisset, & iurasset; & quantum ad interrogationes prædictas habeatur pro confitente, vel negante, prout deterius erit ipsi contumacį.

De Recessu à lite ciuili. Tit. CI.

Partes ante litem contestatam, absq; licentia, possint recedere à lite; secus post litis contestationem: imposita pœna contrauenientibus, & fraudem respectu pænæ commictentibus. h. d.

Feder. Imp. Const. lib. 1. tit. de pact. inhib. &c. L. I.



Ponte volentibus à lite discedere, pacta etiam, vel transactiones inire, post citationem emissam ante litem cōtestatam tantum, in ciuili iudicio, absq; vlla contumaciæ pęna, licentiam partibus non negamus, post contestationem vero litis habitam, sine licentia, & iure Curiæ expressius hoc partibus inhibemus. Quod si hoc facere in fraudem iuris nostri tentauerint, eius tertiam, q; pro transactione actori exoluit conuentus, absq; diminutione aliqua fisco nostro componet. Si autē reus, aliquid actori pro prædicta occasione dederit, & nihil, aut minus se dedisse, in dispendium curiæ, mentiatur, in eiusdem inficiationis pænam, duplum tertiæ supradictæ, quam confessus dare debuisset, exoluat. Quæ omnia diligenter per officiales nostros inquiri volumus, vt sicut cuilibet ius suum inuiolatè seruamus, sic in iure nostro defectum perpeti non possumus.

Post litem contestatam recedentes à lite puniantur in decima parte litis .s. si prorogauerint terminum, vel non venerint. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de tract. term. L. II.

Contingit interdū, actorem simul, & reum, in ciuilibus causis, recepto ab eis peremptorio termino, vel per curiam ipsis dato, ad iudicium non venire: quo fit, vt in eorum dispendium iudicij processus impediatur, & honori, & authoritati iudiciali illudatur.

Igitur manifestius diffinimus, vtrumq; scilicet actorem, & reum in decima parte motæ litis, pro æqualibus portionibus esse mulctandos: si sine expresso consensu, & licentia curiæ, terminū prorogauerint, vel non veniendo tantummodo, desides arguantur.

De Reconuentione. Tit. CII.

Non indiget summario.

Rit. 67. L. I.



Tem quod si clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus constitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua, eligat forum ipsius Curiæ, agendo contra aliquem in ipsa curia; cumpellatur per modum reconuentionis, in eadem Curia aduersario respondere.

De

De Laudatione in authorem. Tit. CIII.

Si quis laudatur in authorem, ac est presens, non retardatur cursus causæ, si est absens datur terminus. Author laudatus subministrat expensas, & condemnatio contra principalem absq; nouo processu, de mandatur executioni contra authorem. h. d.

Pragm. 2. de dilat. L. I.



DVbitationem, circa dilationem petitam in realibus, ad citandum authorem, in iudiciis sæpius ventilatam remouentes: statuimus, vt huiusmodi petitionis vigore, iudicium nullatenus retardetur, si author in loco, vbi iudicium agitur, præsens fuerit, cum tunc, in dilatione ad respondendum libello, reus ab authore informari possit, sinautem author absens fuerit, dilationem iuste petendam, & concedendam, & interim cum reo supersedendum decernimus, vt reus ipse defensionibus ignarus, ab authore de ipsis plene informari possit, & eius causam instruere, qui author citatus ad subministrandũ litis expensas, ad quas obligatus appareret, & singula seruandum. ad quæ se in instrumento inter reum, & authorem, vel aliter obligasse apparuerit, ad petitionem ipsius rei cogatur, sine figura iudicij, sententiamque latam cõtra reum defensum, contra authorem suum citatum, qui vt defensorem ipsius rei se præbeat, executioni mandari volumus, sine alio nouo processu, pro his, quæ in instrumento defensionis obligatus fuerit.

De Contestatione litis ciuilis Tit. CIV.

Offeratur libellus in causis ciuilibus, & criminalibus, prout actionis, vel accusationis qualitas deposcit, nisi causa sit infra duos augustales.
Postea fiat litis contestatio per alterum de duobus modis, scil. per principalem, per confessionem, vel negationem; per procuratorem verò per ignorantiæ verbum.
Verum præcedit citatio coram baiulis, aut locorum dominis. & in citatione contineatur à quo, super qua re, & quo impetitionis genere impetatur.
Et ante litem contestatam admittatur exceptio dilatoria, sublatis inducijs deliberatorijs. Dentur post triduum fideiussores de iudicio sisti.
Fallit primo vbi conuentus possideret immobilia.
Fallit secundo si possideret mobilia, & non esset pauper, neq; girouagus, neq; inquisitus de maleficio, cuius cognitio spectet ad Baiulum.
Vbi deberent dari, & non dantur fideiussores, conuentus detineatur carceratus. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. de dilat. & except. L. I.



DIlationes in iudiciis hactenus obseruatas, quæ non tantum iura nostrorum fideliũ differebant, verumetiam perimebãt precidere disponentes; Præcipimus, vtraq; parte præsente, quocunq; iure agatur, siue etiam quis criminaliter priuato, aut publico iudicio accuset, statim oblato libello, quem in iudicijs omnibus offerri volumus, prout actionis qualitas, vel accusationis forma deposcit, nisi causa valde sit modica, infra duos augustales s. quę ipsum non desiderat offerendum, litis contestationem, quę in principalibus personis per negationem vel confessionem, in procuratoribus, & defensoribus aliorum, ꝑ ignorantię verbũ fieri põt, sequi debere

Vt tamen in causis ciuilibus, quæ coram baiulis, vel locorum dominis aguntur, pridie antea futurus reus citari debeat, & in ipsa citatione contineatur expressim à quo, & de qua re, & quo etiam impetitionis genere impetatur, nisi dilatoria competens exceptio opponatur, deliberatoriis tamẽ induciis omnino sublatis, sed incontinenti gaudiis datis in ciuilibus iudiciis, vt est iuris, & fideiussoribus post triduum præstitis (Nisi conuentus possessor rerum immobilium inueniatur, quo casu fideiussoriam cautionem, iudicio sisti, cessare debere censemus) in ipso loco iudicij, cũ amicis, & aduocatis suis, super principali causa conuentus, deliberet responsurus.

Mobilium etiam rerum possessor, si fideiussores dare nequiuerit, cautioni iuratoriæ committatur, nisi pauper, aut girouagus aliquis, iniuriam, aut de quolibet alio maleficio, cuius cognitio spectat ad Baiu-

Baiulum, impetitus fideiussores dare nequiuerit, qui vsq; ad finem litis per Baiulum carceris custodiæ mancipetur.

Non indiget summario.

Rit 48. L. II.

ET causa ipsa incipiat per litis contestationem, & non aliter.

Non indiget summario.

Rit. 59. L. III.

CAusa in Curia ipsa incipit per contestationem, & non aliter.

De Citationibus, & contumacijs post litem contestatam.

Tit. CV.

Vbi quis, post litē contestatā est contumax, si liquet de causa, potest procedi ad expeditionem.
Si vero non liquet, tunc fit missio in possessionem, cum hoc tamen discrimine proceditur,
Aut constat de latitatione ex proposito contumacis, & proceditur ad venditionem bonorum hæreditariorū Aut non constat de latitatione, & elapso anno proceditur ad venditionem.
Ad feudalium venditionem non proceditur absq; assensu Reg.
Contra expressum contumacem proceditur, vt contra latitantem, ex proposito.
Immò expressus contumax potest capi de persona, & detineri durante iudicij instantia, h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1 tit. de procu contu. post. lit. conte. L. I.

SI quis post litem, super personali actione, in ciuili iudicio contestatam, contumax fuerit, siquidem Iudici ex his quę corā eo acta sunt, possit de causa liquere, ad diffinitiuam sententiam contra contumacem, vel pro eo, prout qualitas quęstionis exegerit, procedatur: ei, qui prædictis modis contumax fuerit, quod noua nostri nominis constitutio introduxit, appellationis remedio, iuxta diuorum principum prædecessorum nostrorum placita, denegando. Si vero ex his, quæ acta sunt ad diffinitiuam sententiam procedi non possit, secundum ordinem prouisæ Constitutionis nostræ, in possessionē bonorum contumacis, pro modo debiti declarati, missione secuta, liceat petitori Iudicem competentem, qui edictū citationis emisit, adire, & de aduersario suo, qui ad iudicium venire contempsit, latitationem probare, vt. quod se, specialiter animo, & proposito subterfugiendi iudicium, absentauerit, quo probato, venditionem rerū hæreditariarum à Iudice, quas pro prædicta contumacia possidebat, poterit impetrare. Quod si de latitatione actor probare non velit fortè, nec possit, sed absentiam tantum contumacis incusat, tunc vsq; ad annum integrum, à die commissæ contumaciæ, ipsum præcipimus expectari, quo transacto venditionem hereditariarum rerum à Iudice, quas ob aduersarij sui contumaciam, prædicto modo possederit, impetrabit. In feudalibus vero, cum hereditaria non supersunt, siue contra latitantem, statim latitatione probata, siue post annum contra contumacem tantummodo distrahendis, nostræ celsitudinis conscientiam, & mandatum, si nobis hoc mandare placuerit, requiri cēsemus, ita ut prædicta feudalia, ex decreto nostro tantummodo, non alterius Iudicis, distrahantur. Eadem cēsura, quę contra latitantes inuenta est, de venditione bonorum, latitatione probata, continuò facienda, seruanda contra euidentem, & expressum contumacem, qui ad iudicium apertè dicat se venire omninò non velle, ita vt nihilominus, etiam si Iudex viderit, commodè fieri posse, per eundem, re ipsa, & personaliter venire ad iudicium compellatur Captus autem per Iudicem modo predicto, in contemptus sui pœnam, in tantum debet custodiæ carceris mancipari, quamdiù instantia cæpti iudicij, quo impetitur, perseueret. Contra prædictam autem formam, venditionem, tam rerum hæreditariarum, quā feudalium per obreptionem, vel gratiam impetratam, ipso iure nullam esse censemus.

Francus contumax post litem contestatā non amittit causam, sed patitur vt infra. h. d.

Idem Const. lib. 2. tit. de iur. franc. in iud. subl. const. Speciale. L. II.

Illud

ILlud nihilominus, quod acerbius reputamus, præsenti lege corrigimus, videlicet, quod francus, lite cum eo in pecuniarijs litibus, vel in criminalibus causis contestata, contumax bonam, vel malam causam habeat, ipsam amittat; hoc enim ab omni iustitiæ tramite discrepat, & omnis hoc ratio æquitatis abhorret, vt propter alicuius absentiam, quæ dei. Debet repleri præsentia, firma iustitia, vel etiam in sui perpetuitate deficiat, vel incostatia varietur. Prædicto igitur tempore francus contumax, non, vti olim, causam amittat, sed iuxta nuper editam nostri nominis sanctionem, vel possessionem, & venditionem bonorum, aut perpetuæ possessionis iacturam, vel decisionem principalis causæ, remedio appellationis excluso, secundum ius, & iustitiam, patiatur.

De Probationibus in communi, termino ad probandum, eiusq; restitutione, ac productione iurium in ciuilibus. Tit. CVI.

Post litis contestationem præstetur iuramentum de calumnia ab vtr que parte.
Postea eodem die, vel sequenti ambæ partes per se ipsas, vel Aduocatos producant, quæ volunt probare, alias non audiantur actor, vel accusator, nisi sit mulier, aut pupillus, aut alia causa superueniat.
Proponant procuratores, vbi possunt interuenire, iura, quæ non ignorant.
Ea vero, quæ ignorant conscientiæ partis reseruent.
Dum tamen tam proposita per Procuratores, quam reseruata parti, probentur in termino, qui, quantum potest, breuietur. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. de Process. Iud. L. I.



Lite legitime contestata, sacramentū de calūnia volumus ab vtraq; parte præstari, iuxtà diuales Veterum Principū Sanctiones, quo irremissibiter subsequuto, principalis actoris, aut accusatoris persona, simul omnia, quæ ad probationem, seu adminiculum suæ probationis facisit, per se, vel per aduocatum suum offerat, aut eodem die, vel sequenti ad plus, proponat in scriptis. Vlterius autem de communi vire nullatenus audietur. Nisi personæ minoris, aut mulieris priuilegium, vel causa alia superueniens allegetur. Reus similiter principaliter conuentus, aut accusatus, defensiones omnes sibi de iure competentes, in iudicio proponere studeat, simul, & semel, aut in scriptis per se, vel per Aduocatum suum in predicto spacio curiæ dare procuret. Eundemq; terminum ad oblata probanda recipiant ambæ partes. Quod si per Procuratores, aut defensores in his, in quibus interueni c possint, causæ agantur, ea iura Procurator allegat, aut defensor illas defensiones opponat, quæ principali parti competere non ignorat. Ceterum si ignorantiam fortè prætendat, iura sua principalis partis conscientiæ poterit reseruare. Vt tamen infra prædictum terminum, quem ambæ partes ad probandū acceperint, Procurator tam ea, quæ primo opposuit probet, quam ea, quæ, per dominum, postea ad ipsius scientiam peruenerunt. Terminum autem ad probandum in omnibus supradictis, & alijs, quē iudiciorum natura requirit, quantū sinè causæ periculo, & rerum dispendio fieri potest, per iudices, qui cognitionibus præsident, in causis omnibus breuiari iubemus.

Non indiget summario.

Rit. 82. L. II.

QVo die similiter non feriato in præsentia, vt supra, possunt recipi fideiussores, & offerri articuli, exceptiones, instrumenta, & alia iura, ad quæ producenda terminus datus erat, licet ipsa curia non regatur, & hoc etiam seruant aliæ curiæ Regni.

Non indiget summario.

Rit. 89. L. III.

ITem seruat ipsa curia, quod in ciuilibus, & criminalibus partes principales

les debent speciales articulos, positiones, & exceptiones ponere, vsq; & per totum sequentem diem, qui sequitur post data capitula, seu post libellum accusatorium, vel ciuilem, in ciuilibus tamen procurator sufficit, si infra biduum præfatum det exceptiones generales, vel si est procurator actoris, articulos generales, secus in criminali.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. IIII.

SEd circa hanc materiam de ponendo infra biduum vide in hac eadē charta, ex allo latere, maxime in vltima obseruantia, vbi omnino vide, vbi habes, quod in termino dato super capitulis, & quando fit actus repulsæ, & quando datur terminus ad probandum in causa appellationis, & quando datur terminus ad probandum in petitione restitutionis in integrum, debet omnino in istis quatuor casibus specificari, quod ponant per totum diem sequentem, sed in libello ciuili, & criminali, dictum est, quod non specificatur, quia subintelligitur.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. V.

ET nota quod in actu, qui fit per Notarium actorum, seu aliquem ex subactariis quando datur terminus ad probandum, non fit mētio, quod debeant ponere infra præfatum biduum, quia intelligitur, etiam si non dicatur.

Non indiget summario.

Rit. 91. L. VI.

ITem seruat ipsa Curia, declarare in termino, qui datur ad probandum, multoties, quod per totum sequentem diem ponat quicquid competit &c. vt in repulsa, & beneficio restitutionis in integrum, nec non restitutionis dierum feriatorum, etiam in termino, qui datur in criminalibus super capitulis, nā super actione ordinaria non declaratur, sed intelligitur, licet in prædictis posset intelligi, sed sic seruat hæc Curia. Vbiq; tamē sufficit, vbi interuenit procurator, quod infra prædictum biduum offerantur generalia, vbi procurator interuenit, qui habet iustam ignorantiam, puta quia contestata est lis per procuratorem actoris, vel rei, vel statim post contestationem litis per dominū fuit ibidem procurator constitutus penes acta, vt fit aliquoties.

[N]o indige[t] summario.

Rit. eod. L. VII.

NOta, quod hoc biduum est commune, atq; continuum, quod etiam Paschalem, & dominicum comprehendit, vt si volo die sequenti ponere exceptiones, vel articulos, vel positiones, debeo eas dare, & offerre Magistro actorum, vel vni ex subactariis, qui in oblatis die feriata, dicitur oblata apud acta, nō autem dicitur in iudicio, cum ille dies fuerit dies feriatus.

Vbi datus est terminus, & maior pars absorbetur à diebus feriatis, illi restituuntur, & tunc non datur a ius terminus, etiam ad ponendum, & restitutio dierum feriatorum, facta vni parti, est communis vtriq; parti. h. d.

Rit. 92. L. VIII.

ITem nota, quod in beneficio restitutionis in integrum dierum feriatorum, nō datur terminus, nec quod ponat per diē totum sequentem, nec ad probandum petitionem, quæ de hoc offertur, quia notorium est Curiæ, ferias indixisse, & terminum datum tali fuisse, de quo termino restituuntur dies, qui sunt feriati, & intelligitur, quod restituuntur dies, qui fuerunt feriati, quando indicuntur feriæ de mense Iulij, & Augusti tantum, puta datus fuit mihi terminus ad probandum per duos menses, de quibus duobus mensibus fuerunt feriati quinquaginta dies, certe isti quinquaginta dies restituuntur mihi per restitutionē in integrum, ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. Et quia terminus est communis, restituuntur etiam aduersario, & vna petitio sufficit, siue ego primo petam, siue aduersarius, nam ex vna petitione restituun-

Aa 2

tuuntur mihi, & aduersario propter actũ, qui fit in ea, quia actus duo fiunt in ea per ipsam Curiã, qui sunt primi duo actus, hic in obseruantia restitutionis in integrum, quod vtriq; parti conceditur, quod petit vna pars tantum, propter actum secundũ in ordine dictæ obseruantiæ restitutionis in integrum, quæ incipit forma actorum, & sufficit vna petitio vt dictum est.

Non indiget summario.

Rit. 219. L. IX.

ITem, quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis, quæ in Curijs ipsis tractantur, si terminus datus ad probãdum partibus, incidat in diem feriatam, sequenti die non feriata, parte non comparente in Curia, contumacia accusatur.

Non indiget summario.

Rit. 221. L. X.

ITem quod causę, tam in ciuilibus, quã in criminalibus, quæ in ipsa Curia tractantur, si terminus datus partibus incidit in diẽ non feriatum, partis non comparentis in dicta Curia, contumacia accusatur.

Non indiget summario.

Rit. 242. L. XI.

ITem seruat ipsa Curia, quod dato termino ad probandum in quacumq; causa, pendente termino partes, seu procuratores earum possunt producere ea, ad quę erat datus terminus ad probandum, sine requisitione amplius alterius partis, vel præsentia, & possunt produci, & debent recipi per subactarios, etiam quando Curia non regitur, dummodo non sit illo die tempus feriatum. i. quod si illo die voluisset Curia regi, potuisset.

Non indiget summario.

Rit. 245. L. XII.

ITem ꝙ termini dandi, & statuendi ad probandum, testes, & instrumenta producendum, & super exceptionibus quibuscumq; oppositis, & opponendis, sint & esse debeant competentes, arbit. iudicis moderandi, secundum tempus instantiæ supradictæ. Ita quidem ꝙ iudices per hoc non permittant labi tempus instantiæ supradictæ, & si permitterent, partibus instantibus, vel earũ altera, puniantur vice qualibet pena quinquaginta floreno rum auri, fisco nostro applicanda. Et vltra hoc etiam aliis penis, nostro arbitrio reseruatis.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. XIII.

ET a breuiatione, & modificatione ipsorum terminorum, nullatenus possit appellari, aut reclamari, & si appellari contingat, appellans, siue fuerit procurator, siue principalis, incidat in penã florenorum auri quinquaginta, applicandam vt supra. Et ipsa appellatio nihilominus nõ teneat, & per ipsas curias, vel alteram ipsarum in causis ipsis procedatur, ac si appellatum non fuisset, & esset friuola, & frustratoria manifeste.

Loquitur de restitutione dierum feriatorum comprehensorum in termino ad probandum.

Rit. 284. L. XIIII.

ITem seruatur in petitionibus beneficij restitutionis, in illo videlicet beneficio, in quo non datur terminus ad probandũ, sicut petitio restitutionis dierum præteritorum feriatorum infra ferias, non in honorem Dei, sed de alijs ferijs, quæ occurrent alicui in aliqua causa, cui aliquis terminus datus erat, ita quod infra illum terminum sibi datum, puta ad probandũ fuerunt dies feriati, puta viginti, propter ferias messium, nam restituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur, quia notorium est iudici, ferias indixisse, per acta Curiæ, dies. n. feriarum in honorem Dei non restituuntur per ipsam Curiam, quod nota.

Non indiget summario.

Prag. 7. de ordi. Iudi. L. XV.

Post

POst prædictas responsiones realiter, vel per contumaciam, vt supra, sine aliquo Iudicis ministerio terminus ad probandum ipso iure partibus intelligatur statutus modo infrascripto videlicet.

Sequitur tenor l. quod partes inf. de test. absent. nomina.

Non indiget summario.

Prag. 8. de ordi. Iudi. L. XVI.

QVinta die dilationum prædictarum vtraq; pars positiones, siue articulos producere teneatur.

Articuli, & exceptiones post scriptam præsentationem, neq; partibus, neq; procuratoribus accommodentur. h. d.

1533 S.R.C. Prag 52. de off. S.R.C. L. XVII.

QVoniam fuit oretenus ordinatum actorum Magistris Sacri Regij Consilij, quod, postquam per partes litigantes, siue ipsarum Procuratores præsentati sunt articuli, siue exceptiones, & in eis sit annotata dies præsentationis ipsorum, minime eos ipsis partibus, siue ipsarum Procuratoribus restituere, seu accõmodare deberent. Quam ordinationem ipsi Magistri actorum non obseruant. Ideo prædictum Sacrum Consilium ordinat, ac mandat eisdem actorum Magistris præsentibus, & successiue futuris, sub pœna vnciarum 25. Fisco Regio in casu contrauẽtionis applicanda, quatenus ex nunc in antea, minime debeant dictos articulos, siue exceptiones eisdem partibus, seu ipsarum Procuratoribus restituere, aut accommodare, postquam sunt præsentati, & in eis sit annotata dies præsentationis ipsorum. Datum Neap. in eodem Sacro Consilio die 14. mensis Septembris. 1533.

Loffredus Præsidens.

De Articulorum, ac exceptionum ciuilium impertinentium, & non admittendorum reiectione. Tit. CVII.

Non indiget summario.

Rit. 282. L. I.



ITem seruat ipsa Curia, q in exceptionibus, & articulis primis, nulla exceptio, vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis testis partis aduersæ, cum tempore repulsæ quilibet possit reprobari, iuxta capit. præsentium extra de testi. in dictis tamen primis exceptionibus, & articulis, quando reprobatur testis, quia inimicus, tunc ante repulsam, recipitur talis exceptio, iuxta authen. si testis productus. C. de testibus, quandoq; etiam ipsam Curiã vidi non recipere talem exceptionem inimicitiæ, antequam detur repulsa.

Facientes articulos de directo aduersos positionibus partis, vel idem continentes, tam in primo termino, quam post publicationem, vel in causa appellationis, vel reclamationis, soluant mulctam, repetendam ab Aduocatis, Procuratoribus & administratoribus vt hic. h. d.

Ferdin I. Rex Prag. 30. de off. S. R. C. L. II.

QVisquis contra leges, ante vel post publicationem processus, seu post promulgatã diffinitiuam sententiam in prouocationis, reuisionisque causa, impertinentes articulos, primæ positionibus causæ de directo aduersos, vel idem continentes formare attentauerit, pœna carlenorum decem, vt minima nostrum in fiscum inferenda, quolibet pro impertinenti articulo, mulctetur, & alia grauiori pœna Sacri nostri Consilij arbitrio inferenda, in qua personarum, & causæ qualitatis rationem haberi volumus, ea lege huic conditioni addita, vt quicumque procuratoris, actoris, & aduocati, tutoris, curatoris, atq; alterius administratosis, dolo, culpa, vel calumnia in damnum inciderit, quam pœnam soluit, ab eisdem repetere possit, quos si in dolo fuisse liquido constiterit, superioris pœnæ duplicatæ, cliente absoluto, reos esse decernimus.

De Probatione per examen, & confessione principalis, ac examinationis, & confessionis publicatione. Tit. CVIII.

Non indiget summario.

Feder. Imper. Const. lib. 2. tit. de interpart. L. I.



PArtes in iudicio litigantes, tam ante litem contestatam, quam post, pro ut iuris ratio, & æquitas Iudicem mouerit de facto interrogari posse decernimus, & interrogatas per se, vel per alium, cum aduocatorum consilio respondere.

Plerumq; etiam, vel pro qualitate personæ, vel causę, vel si Iudex, q̃ falsũ respondeat, suspectum habeat, Respondentem, ad sacramenti religionem adducere eum posse censemus.

Super articulis, & exceptionibus, tam in termino principali probatorio, quam in termino beneficiorum petito per partes, aut Procuratores habentes speciale mandatum, fiant responsiones, sub pœna, de qua hic; eaq; soluta detur alius terminus, & si infra illum non fuerint factæ habeantur articuli, & exceptiones pro confessatis, nisi expresse sit renunciatum responsionibus. h.d.

Rit. 70. L II.

ITem quod infra ipsum terminum ad probandum datum, fieri debeant responsiones, tam super articulis, quam super exceptionibus oblatis in causa principali, & in causa beneficiorum, in causis ipsis petitorum per principales, seu procuratores eorum, habentes speciale mandatum ad prædicta, & responsiones ipsę assignatæ in dicto tempore, scribãtur in actis, in fine vniuscuiusq; articulorum, seu exceptionum per subacta rios actorum, & si infra dictum terminum ad probandum datum non fierent dictæ responsiones in articulis oblatis, per quam steterit dictarum partium principalium, incidat in pœnam tarenorum quindecim, dictæ Curiæ applicandorum, qua pęna soluta, datur alius terminus, ad dictas responsiones faciendas, iuxta prouisionem Iudicum, in quo termino dando, si non fuerint factæ dictæ responsiones, & in actis dictæ Curiæ assignatæ vt supra, habebuntur articuli ipsi, seu exceptiones pro confessatis, nisi de consensu partium, infra dictum terminũ primum, vel secundum fuerit dictis respõsionibus expresse renunciatum, curia ipsa pro Tribunali sedente.

Super articulis, & exceptionibus, ac alijs petitionibus, fiant, prævia citatione, responsiones per partes sine consilio procuratorum, & aduocatorum coram Iudice, & redigantur in scriptis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, tam in prima, quam in appellationis instantia, citra pœnam varietatis, & periurij. h.d.

Rit. 79. L. III.

ITem quod quandocumq; partes principales, actorum, & conuentorum citãtur, & requiruntur tamquam legaliores, & scientes exinde melius veritatem: respondeant super articulis, exceptionibus, & quibuscumq; alijs positionibus tangentibus proprium factum: responsiones ipsæ fiant statim per ipsas principales personas, sine consilio procuratorum, & aduocatorum in secreto, & sub silentio coram Iudicibus dictæ curiæ, vel eis, aut ei, quibus, seu cui causa est commissa, & respõsiones ipsarum partium per eosdem Iudices, seu Commissarios in scriptis redigi, mandãtur. Quod habeat locum tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, tam principalibus, quam appellationibus, absq; tamen periculo pœnæ varietatis, & periurij.

Non indiget summario.

Rit. 93. L. III.

ITem seruat ipsa curia, quod responsiones partium, quæ fiunt super articulis, exceptionibus, & positionibus; possunt fieri vsq; ad conclusionem exclusiue, siue infra terminum præcessit citatio, quod veniat ad respondendum, siue non; & quandoque etiam procuratores respondent, quando essent informati à principalibus per instrumentum exinde confectum ad

sic

fic refpondendum; hoc tamen fcilicet, refpondere per procuratorem, eft in arbitrio curiæ.

Non indiget fummario.

Rit 120. L. V.

ITem feruat ipfa Curia, ꝙ fi quis citatur de mandato dictæ Curiæ, vt tamquã principalis, & legalior veniat refponfurus fuper tenore articulorum, feu exceptionũ, aut pofitionum, & non venit, tunc Curia habet eum pro confeffo, & ita determinatum fuit in caufa Antonij de Celano, eft verum, ꝙ in vltima ipfarum citationum debet inferi totus tenor articulorum, feu exceptionum, & à dicto decreto nunquã appellatur.

Non indiget fummario.

Rit. 153. L. VI.

ITem fi Epifcopus, vel fuperior, vel ali⁹ Prælatus, & quæuis alia egregia perfona litigat in ipfa Curia, & citetur de mandato ipfius curiæ, ꝙ veniat refponfurus fuper pofitionibus aduerfarij fui in caufa factis, debet venire Prælatus, & refpondere, nifi petatur pro parte ipfius, & ad eius expenfas mittatur aliquis de curia ad interrogandum ipfum fuper dictis pofitionibus in fcriptis redactis, & figillo ipfius curię figillatis, & nifi refpondeat conclufio in caufa ipfa differtur, donec refpondeat fuper pofitionibus ipfius.

Non indiget fummario.

Prag. 8. de ordi. Iudi. L. VII.

QVę pofitiones fint fimplices, & non captiofæ, factum, & non ius continentes, quibus infra tres dies, fine præfentia Procuratoris, vel Aduocati, debeant partes ipfæ viciffim, & fine temporis interuallo refpondere, per verbum credit, vel non credit, de quibus refponfionibus infra duos dies continuos, à die refponfionis, copia dari debeat, vt cognofcatur in quibus partes ipfę, vel altera ex eis ab onere probandi fuerint releuatæ.

Non indiget fummario.

Prag. eadem. L. VIII.

POffintq; partes ipfæ, vel altera ex eis, infra alios tres dies, poft dictam copiam datam, continue fequentes peremptorie, alias pofitiones, vel articulos producere, quibus quarta die fequenti poft dictas pofitiones productas, vt fupra refponderi debeat, de quibus fecundis refponfionibus, & pofitionibus, infra duos dies immediate fequentes, fimiliter copia partibus detur, qui dies ad refpondendũ, & copiam accipiendum, partibus cucurriffe non intelligantur, cum non conueniat dilationem, ante refponfionem pofitionibus factam, currere.

Non indiget fummario.

Prag. eadem. L. VIIII.

DEcernentes, partem negantem calumniofe factum proprium, matrimonium, filiationem, confanguinitatem, affinitatem, vel notariatum, de quibus verifimiliter notitiam habere poffet, fi de eis per probationes conftiterit, condemnari debere, pro qualibet pofitione negata, & probata ad pœnam arbitrio Iudicis moderandam, perfonarumq; qualitate confiderata, quam pœnam in fententia Iudex declarare debeat, pro quibus pœnis partes habere regreffum poffint cõtra procuratores & aduocatos earum, fi probauerint eorum confilio talem negationẽ feciffe, & intelligantur eorum confilio negaffe, qui præfentes fuerint, contra prohibitionem præfentis conftitutionis, refponfionibus prædictis, & omnis pofitio, cui non fuerit refponfum fimpliciter, per verbum credit, vel non credit, ipfo iure pro confeffata habeatur.

Propter breuitatem non fummatur.

Prag. eadem. L. X.

POenam vero fupradictarum pofitionum, vt fupra negatarum euitare poffunt partes, fi infra tres dies poft negationem, eam reuocauerint, & per confeffionem fe purgauerint.

Non

Non indiget summario.

Prag. 35. de off. S. R. C. L. XI.

PRincipalem, qui super facto proprio, vel aliqua litis positione examinatus, ea negauerit, quorum illum habere notitiam credibile sit, & quæ inficiatus sit, vera esse, testium probationibus constiterit pęnę à nostro Sacro Consilio decernendæ, personarum, & causæ qualitate pensata, subijcimus; regressum pœnę reposcendæ, in Procuratorem aduocatumq; conditione ea quam in prima sanctione posuimus, concedentes.

Non indiget summario.

1612. Comes de Lemos Iunior Prorex Prag. 2. de cau. decid. nu. 7. L. XII.

ET perche molte volte si suole calunniosamente dimandar la depositione del principale, à tempo dell' espeditione della causa, e spesso viene à dilatarsi molto, per ritrouarsi il principale assente, volemo, che detta depositione de principale, non si possa, nè dimandare dalle parti, nè concedere dal Giudice, dopò della conclusione della causa, eccetto quando si dimandasse sopra cose occorse, dopò detta conclusione, nel qual caso possa il Giudice, parendogli non esser calunniosamente dimandata, concederla alle parti.

De Probationibus per scripturas, cum alijs ad concomitantiam in ciuilibus. Tit. CIX.

Non indiget summario.

Rit. 238. L. I.



Tem quod post terminum datum ad probãdum, non recipiantur aliquę scripturę, verũ vbi pars producere vellet. Curia accipiat ipsas, & non ponantur in processu, sed teneat eas magister actorum, & scribantur in eis præsentatæ post terminum &c. Iudices deinde videant eas ad eorum declarationem, & recipiant dicto modo, etiam post conclusum.

Non indiget summario.

Rit. 239. L. II.

ITem quod in quacumq; causa ciuili, quæ in dictis curijs, & altera ipsarum agitatur, actor, & reus pręsentare debeant instrumenta, & cautelas alias, si quas producere habent, ad probandum intentionem eorum, infra terminum eis statutum ad probandum in causa ipsa, ita quidem ꝙ terminus detur ad producẽdum omnia iura sua, & non aliter, nisi essent instrumenta, & cautelæ nouiter repertæ, quæ secundum iuris dispositionem produci possunt, etiam vsq; ad conclusionem, & nisi essent personæ priuilegiatæ in iure.

Non indiget summario.

Rit. 240. L. III.

ITem seruat ipsa curia, ꝙ post terminũ datum ad probandum, non recipit aliquas scripturas curia accipit eas, quæ nõ ponuntur in processu, sed tenet eas magister actorum, & scribitur in eis præsentata post terminum vz. die tali &c. post terminum, & Iudices possunt deinde videre eas ad eorum declarationem, & recipiuntur dicto modo, etiam post conclusionem.

Non indiget summario.

Rit. 241. L. IIII.

ITem seruat ipsa curia, ꝙ quando aliqua acta in causa ciuili, vel criminali, quæ sunt in actis curiæ ipsius, inducerẽtur ad probationem alicuius alterius causæ vertentis in eadem curia, dicta acta nullã faciunt fidem, nisi sit oblata petitio de producendis actis prædictis, quæ pars producere vult, ita fuit de facto practicatum.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 277. L. V.

Item

ITem curia ipsa non credit literis, sigillatis alieno sigillo, quantumcumq; authentico, etiam si de hoc literæ faciant mentionem.

Non indiget summario.

Prag. 11. de ord. Iudi. L. VI.

POstquam publicationem partes producere debeant omnia instrumenta, cautelas, siue scripturas, infra quatuor dies vtiles, contra quas si aliquid probandum contigerit, illud fieri debeat infra terminum, arbitrio Iudicis statuendum, & ordinandum: Si autem post publicationē prædictam in terminis præfatis non fuerit petita repulsa, vel repulsa repulsæ terminus ad producendum scripturas currat à die publicationis, quibus terminis finitis causa pro conclusa habeatur.

Hortantur Episcopi, vt faciant per curatos confici libros baptizatorum, ad finem sciendi veram ætatem h. d. cum l. seq.

1561. Dux de Alcala Prorex Prag. 1. de Parroch. L. VII.

PErche conuiene al seruitio di N. Sig. Iddio, di sua Maestà, & buon gouerno, che si facci di per di notamento, & libri di tutti figliuoli, che si battezano in questa Città, & sua Diocese, tanto mascoli, come femine, per potersi hauere poi vera chiarezza di loro età. Per questo vi dicemo, & essortiamo, che debbiate dar ordine à tutti Parrochiani, & altri beneficiati, c'hanno cura d'anime in questa Città, & Diocese, che da quà auanti debbiano far notamento, & libro, giorno per giorno, particularmente di tutti detti figliuoli, che si battezaranno, & così essequirete, che tal'è nostra volontà, non fandosi altramente per quanto desiderate far cosa grata alla predetta Maestà, & à noi.

1561. Idem Guber. Princ. citr. ibid. L. VIII.

Alli mesi passati furono per noi scritte lettere à tutti Arciuescoui del Regno, del modo infrascritto, videlicet. Sequitur ten. l. prox. præced. & deinde.

Et perche desideriamo intendere, se per detti Prelati s'è osseruato, & s'osserua lo predetto preinserto nostro ordine: Per questo vi dicemo, & ordiniamo, che ve ne debbiate diligentemente informare, & donarci auiso del tutto, con prouedere per ogni via, che per tutte le Diocese, & Città di queste à voi decrete Prouincie, s'habbia da osseruare d. nostro ordine, iuxta sua continenza, & tenore, per conuenire così al seruitio di N.S. Iddio, di sua Maestà, & buon gouerno; donandoci auiso di passo in passo di quanto per voi s'essequirà intorno al detto negotio.

De Testium absentium nominatione, dilatione ad examinandum, et commissione Audientiæ eorundē in ciuilibus. Tit. CX.

Non indiget summario.

Feder. Imp. Const. lib. 2. tit. In quib. caus. Aud. test. commit. L. I.



IN pecuniarijs litibus omnibus, præterquam in quęstionibus castrorum, & feudorum, quæ specialiter in curia nostra tractantur, audientiam testium permittimus delegari: In criminalibus autem, & prædictis ciuilibus causis, testes in curia nostra præcipimus præsentari: Nisi testes adeo senes, & valetudinarij sint, q; sine ipsorum periculo, curiæ præsentari non possint, quo quidem casu ipsorum audiētia iudicibus electis à partibus, vel datis à curia, committatur, qui eos tantum testes recipiant, quos ad curiam viderint venire non posse. Contra quos, auditores scilicet per electionem partium, vel à curia approbatos, probationes in contrarium nullatenus admittantur, videlicet si pars receptos testes sanos, & iuuenes fore contendat.

Si non probauit is, qui debuerat probare, & allegat infra terminum, quod non potuit probare, propter defectum testium, vel Iudicis, vel coditoris ac petit

ac petit dari alium Iudicem; vel coactorem, obtinet termini prorogationem parte citata, & Iudex, coactor, & testes puniuntur, & reficiunt interesse vt infra.

Idem ibid. L. II.

SAne si, in termino ad probandum dato, pars, quę probare debuerat, in probatione deficiat, per defectum testiū, qui sibi venire promiserāt, vel ipsius iudicis, aut coactoris, alleget nequitiam, atq; propterea terminum exigat prorogari; Non aliter ad hoc ipsum audiri decernimus, quam si infra prædictum terminum hoc alleget, q infra eundem diem iudex, vel coactor alius dari poscatur, tunc postquam parti alteri fuit per cognoscentis literas intimatum, ex iusta causa, & necessaria prorogatio termi[illegible] poterit impetrari. Is tamen, cui commissa est audientia, seu coactio testium prædictorum, si in commisso sibi officio dolosus, aut negligens inuentus fuerit, curiæ nostræ in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læsæ omnem damni extimationem satisfacere teneatur. Eadem pœna testibus irroganda, si per cogentem moniti, venire detractant, nisi certa pœna, ab eo, cui hoc commissum fuerit, testibus sit indicta, quæ prædicta pena sit maior, quo casu pęna imposita exigetur. Hæc in ciuilibus vendicant sibi locum.

Non indiget summario.

Rit. 129. L. III.

ITem seruat ipsa curia, quod in causis, in quibus ipsa curia committit literas, quod ipsi Commissarij dent vnum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta quindecim dierum, vel aliū maiorem, vel minorem, & non adstringuntur partes offerre iura infra biduum, generalia, & specialia, iuxta Const. Regn. & aliam obseruantiam.

Non indiget summario.

Rit. 140 L. IIII.

ITem nisi essent testes extra Regnum degentes; quo casu prorogatio ipsa fiat, secundum distantiam locorum, vbi testes degunt deposita pecunia necessaria per producentem, pro examinatione ipsorum, ipsisq; testibus specifice nominatis, ac pręstito iuramento per producentem prædictum, q non fiat animo differendi, & calumniandi, & Iudices ipsi prædictarum curiarum, & cuiuslibet earum (eo casu) possint dictam distantiam prorogare, attenta distantia loci prædicti.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. V.

VErum si pars, vel eius procurator asserat habere testes absentes extra Regnum existentes, & per hoc peteret dilationem, & prorogationem, non faciendo infra tempus sibi datum; & per hoc prorogatum testes ipsos examinari, talis petens, siue fuerit procurator, siue principalis, puniatur per dictas curias, seu alteram ipsarum, tanquam calumniator. Nec non ipso facto incidat in pœnam florenorum auri quinquaginta, dictis curijs applicandam, & à transgressoribus prædictis inuiolabiliter exigendam, & cōdemnetur nihilominus parti aduersæ ad solutionem expensarum.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 151. L. VI.

ITem Curia non committit Audientiā testium in causis ciuilibus infra diætā vnam.

Non indiget summario.

Rit. 158. L. VII.

ITem seruat ipsa curia, quando committitur examinatio testium in ciuilibus, vt in debito, vel in casu criminali, quo testes examinentur extra conspectum curię, tunc fit commissio cum inserta forma articulorum, vel capitulorum, & cum nominibus testium, & fit, vt plurimum, cū clausula, idest si vnus dictorum examinatorū non poterit interesse, alius possit exequi commissionem, & aliquando resistente aliqua partium, ex aliqua iusta causa fit sine clausula.

Non

Non indiget summario.

Rit. eodem. L. VIII.

ET not. quod ad hoc, vt fiat cum clausula, oportet quod petatur à partibus concordantibus, alias curia facit sine clausula, vbi vero pars vna non concordaret, & alia insisteret, quod fieret cum clausula, tunc nisi pars, quæ discordat alleget iustam causam, mandatur sibi parti discordanti, quod consentiat ad certam pœnã.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. XI.

ET vbi condemnatur, detinetur pro pœna, & scribitur in actis tale mandatum, nec appellatur, quia notorium est, quia talis commissio, oportet, quod fiat de partiũ voluntate, sicut publicatio, & conclusio, & alij actus, in quibus simpliciter fit mandatum parti non concordanti, & iustam causam alleganti.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. X.

ITa quod quandoq; fit cum clausula, & quandoq; sine clausula, arbitrio dictę curię, & secundum, quod partes concordant, & discordant, nam in casu, quo ambæ partes concordant, tunc curia facit id in quod concordant partes.

Partes facta responsione nominent vbi intendunt examinari testes absentes, & habeant terminum infrascriptum, sine iusta causa improrogabilem.
Non faciant nominationes calumniosè.
Possint nominationes facere in responsionibus.

Prag. 7. de ordi Iud. L. XI.

QVod partes ipsæ responsione manifestare debeant, vel saltem vna ex partibus manifestare debeat, in quibus locis testes examinare intendunt, & si infra viginti miliaria, quindecim dies continui statuti intelligantur, abinde supra multiplicetur numerus per terminũ quinque dierum pro qualibet dięta attribuendo cuilibet dietæ passuũ viginti quinque milia. Ita tamen quod excecedere non possit terminum trium mensium, etiam si in remotioribus Regni partibus probationes fieri deberent, nisi Iudici, de causa cognoscenti, ex iusta causa, eius animum mouente, maiorem dilationem esse statuendam, videretur: quo casu pro eius arbitrio, illam augere possit dum tamen intra Regnum terminũ trium mensium, vt supra non excedat, quod si partes ipsę, vel saltem vna ex eis ipsa responsione non manifestauerint loca, in quibus examinare intendunt terminus ipso iure viginti dierum ad probandum statutus intelligatur. Nec possint d. termini, sine iusta causa, vel sine expressa ambarum partium voluntate prorogati ad pœnam duarum vnciarum à iudice auferendam, qui talem prorogationẽ fecerit, quod si forte ad obtinendam calumniosè maiorẽ dilationem, aliqua partium loca distantiora nominauerit, in quibus testes examinare non fecerit, simili pœnæ duarum vnciarum subiaceat sine vllo processu ab eis auferendæ; decernimus nominationem dictorum locorũ fieri posse, etiam in responsionibus, faciendis per partes ipsas positionibus siue capitulis.

Facientes nominationem testium, & dilationẽ non vtentes eorumque Procuratores, & Aduocati puniuntur vt hic. Pro cursore fit depositum, illudque amittitur, si prædicti non vtantur dilatione, vt supra. h. d.

Prag. 31. de off. S.R.C. L. XII.

QVoniam in termino ad probandũ super principali negotio, vel etiam ad comprobandum scripturas, siue impugandum, idemtidemque ad reprobationem restitui, seu in integrum restitutionis beneficio prima, vel secunda vice super nouis, vel antiquis articulis cõcesso, quod vulgariter primum, & secundum beneficium in Regno nuncupatur: Secundum editã super hoc constitutionẽ calumniose vltra marinam, vel etiam minorem, illa non vsuri, quidem sæpe dilationem petere consueuerunt, ne cuiquã id in posterum impunè facere contingat, decernimus eum, qui dilationem huiusmodi petierit, nec quicquam intra illarum tempora probauerit ducatorum sex

nostrum in Fiscum ventura pœna mulctandum esse, grauiori aliqua nostri Consilij arbitrio reseruata, personarum tamen, & causarum qualitate perspecta depositum quoque pro dilatione vltra marina pro cursore secundum ritum, consuetudinemq; curiarum regni factum fuerit, si calumniosa petitio extiterit, nostro fisco appplicandū esse declaramus, & procuratorem, qui sine speciali mandato, easdem per calumniam, dilationes petierit, vel petendas clienti persuaserit, pariterque, & Aduocatum, cliente absoluto, pęnam duplicatam subire mādamus.

Petentes dilationem vltra marinam, repulsam, siue beneficium, & non vtentes, puniuntur. Procurator petens sine speciali mandato, aut persuadēs quod petatur, duplicatam soluit pænam, remanentibus in suo robore legi, alias editas.

Prag. 1. de dilat. *L. XI.*

SI quis petierit dilationem vltra marinam, vel repulsam, siuè beneficium eisq; vsus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, vnius vnciæ pœna mulctetur, qui tales dilationes petierit. Procurator vero, qui sine speciali mādato, illam petierit, vel petendam eius principali suaserit, duplicatam pænam soluere teneatur. Nec per præsentem dispositionē derogatum esse volumus Pragmaticæ, per nos alias super dilatione vltra marina, vel extra regnum editæ, quæ per omnia in suo robore remaneat.

Non indiget summario.

1503. *D. Consaluus Ferrandes M. Capit. Prorex inter Pri. Neap. f. 36. e 36.* *L. XIV.*

ITem supplicano V.S. Illustrissima se degnì ordinare, che in tutte cause de Napolitani, & habitanti in detta Città, in le quale bisogna essaminar testimonij extra lo distretto di detta Città, se debbia commettere alli ordinarij delli luoghi non suspetti, eccetto nelle cause criminali, & feudali, etiam se la parte contradicesse, sine legitima suspitione. Placet præfato Illustris. Dom. Locumtenenti nisi existente iusta causa suspicionis, quo casu committatur ordinarijs locorum vicinorum.

Non indiget summario.

1505. *Ferdinand. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 47 à t. cap. 69.* *L. XV.*

ITem supplicano V. Cath. M. se degni ordinare, che in tutte cause de Napolitani, & habitanti in essa Città in le quali bisogna essaminare testimonij, extra lo territorio & destritto di detta Citta, se debbia commettere alli ordinarij delli luochi, non suspetti, eccetto in le cause criminali, & feudali, etiam se la parte contradicesse senza legitima suspitione. Placet Catho. Maiest. nisi existente iusta causa suspitionis, quo casu committatur ordinarijs locorum vicinorum.

Petentes dilationem vltra marinam, vel extra Regnum, tam principales, quam procuratores faciant depositum, & si non probauerint, puniantur in eius amissione, & reficiant expensas parti, remanentibus in suo robore alijs Pragm. & Ritibus. h. d.

1509. *D. Raimundus de Cordoua Prorex Prag. 3. de dilat.* *L. XVI.*

ALiam similiter occasionē differendi amputantes, decernimus, vt quiuis dilationem vltra marinam, vel aliam extra regnum petierit, siue principalis, siue procurator, & à Commissario Causæ obtinuerit, iuxtà eius arbitrium per locorū distantiam, pro vnoquoque mense ipsius dilationis obtentæ, quindecim ducatos realiter deponere teneantur statim ipsa dilatione obtenta, qui si dilatione prædicta vsus non fuerit, nec probationes aliquas fecerit in nominatis locis, vel ipsorum aliquo amissione pecuniarum depositarū mulctetur pro medietate alteri collitigatori applicanda, vnà cum expensis viatici, si aduena fuerit collitigator, & pro alia medietate commodis Regij S.C. seu alterius tribunalis, vbi causa fuerit vētilata, & agitata, nec per ipsorum aliquod possit remitti. Nolumus tamen per præsentium dispositionē derogari alijs Pragmaticis, seu ritibus, super huiusmodi dilationibus vltra mare, & extra Regnum editis, sed in cæteris omnibus firmæ in suo

suo

suo robore permaneant. Quapropter volentes nostras ordinationes, nomine Chatholicæ Maiestatis editas, debitæ exequutioni demandari, tenore præsentium de certa nostra scientia, consulto, & deliberatione matura Regij nobis assistentis Consilij, dicimus, committimus, & mandamus, Illustri magno huius Regni Camerario, Iustitiario, Prothonotario, eorumq; locatenentibus, Præsidentibus R. Cam. Summariæ, Regenti, & Iudicibus M. Curiæ Vicariæ, cæterisq; alijs omnibus, & singulis officialibus maioribus, & minoribus quocunque titulo authoritate, & potestate fungentibus præsentibus, & successiue futuris, ad quos, præsentes peruenerint, & fuerint quoquomodolibet præsentatę, quatenus præsentes ordinationes, vt sup. factas, & omnia in eis contenta, teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & obseruari faciant, atque mandent, iuxta sui seriem, & tenorem, & vt effectus, & tenor præsentium omnibus innotescat, volumus, & ita iubemus prædictis omnibus officialibus, vt eas voce præconia per loca solita, quilibet in sua iurisdictione publicari faciant & contrarium non faciāt pro quanto gratiam Reg. caram habent, pœnamq; ducatorum mille cupiunt non incurrere. In cuius rei testimonium præsentes exindè fieri fecimus Regio huius Regni negociorum sigillo munitas.

In commissionibus audientiæ testium expediendis per S.C. apponatur clausula infrascripta, & testes examinentur per infrascriptos h. d.

1519. *S. R. C. Prag. 49. de off. S. R. C.* *L. XVII.*

EX prouisione facta per Sacrum Regium Consilium, ex causis mentem ipsius iuste mouentibus mandetur subscriptis Actorum magistris eiusdem S. Reg. Cons. sub pœna priuationis eorum officiorum, fisco regio in casu contrauentionis applicanda, quatenus minimè audeant, nec præsumant facere aliquam prouisionem pro examinandis testibus, ad instantiam quarumuis personarum, nisi in ea fuerit specifice facta mentio, quod obseruetur reg. prag. super numero testiū examinandorum, iuxta formam d. regiæ pragm. minimeq; audeant, nec præsumāt examinari facere testes in causis vertentibus in eodem Consilio, nisi per Scribas approbatos per prædictum S. R. Cons. seu magnificum Dominum Viceprothonotarium, & Præsidentem eiusdem S. Cons.

Pœna imposita in l. quoniam sup. eod. augetur, quæ notificari debet per magistrum actorum, si in illam quis incidit h. d.

1533. *S. R. C. prag. 31. de off. S. R. C.* *L. XVIII.*

DEcreto S.R.Cons. prouisum est, qđ pęna vnius vnciæ per Reg. Pragm. imposita contra eum, qui in causa petierit, & obtinuerit dilationem vltra marinā, vel repulsam, vel beneficium, & eis vsus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, & contra procuratorem, qui sine speciali mandato illas petierit, vel petendas eius principali suaserit, duarum vnciarum pœna irremisibiliter exigatur, & quod magister actorum causæ, in qua pars ipsa, vel ipsius procurator in supradictam pœnam inciderit, antequam in causa ipsa ad vlteriora procedatur, debeat talis pœnæ incursionem notificare Mag. ipsius Sacr. Consilij Præsidenti, vel ipsius causæ Commiss. sub pęna vnius vnciæ, Hoc suum, &c. Antonellus Secretarius.

Non indiget summario.

1539. *SRC. Prag ead.* *L. XIX.*

DEcreto ipsius Sac. R. Cons. prouisum est, quod pœnæ de cetero incurrendæ per partes petentes dilationes, quæ eis vsæ non fuerint, debeant ab eisdem irremisibiliter exigi iuxta tenorē Reg. Prag. & decreti eiusdem Sacr. Cons. desuper interpositi.

Beneficia, & repulsæ petantur, ac nominationes fiant, per procuratores, & non per partes hoc. d.

1551. *S.R.C. Prag 57. de off. S.R.C.* *L. XX.*

EX prouisione facta per Sacrum Reg. Cons. mandetur actorum magistris eiusdem Sacri Consilij sub pœna vnciarū

auri quinq; per quemlibet Fisco Reg. in casu contrarij applicanda, quatenus in causis dicti Sacri Consilij, in quibus sunt constituti procuratores per partes, nullatenus sinant, nec permittant, beneficia, repulsas, & nominationes peti, seu fieri per partes ipsas, sed per earum procuratores, vt sup. constitutos, alias si contrafecerint, procedetur contra eos ad exactionem dictæ pœnę, & ad alia, prout iuris fuerit. Datum Neap. die 9. Iulij 1551. Hieronymus Seuer. Præsidens, & Vice Prothonotarius.

Renunciationes nominationum fiant eadem die, vel sequenti, & scribantur, ac notificentur vt his.

1557. S. R. C. Prag. 60. de off. S. R. C. L. XXI

PEr Sacrum Reg. Cons. prouisum est, q̃ partes, siue earum procuratores, renuntiantes nominationibus, & dilationibus concessis, in quarum pęnas no n vtentes incurrunt, procurent renunciationem ipsam, ab actorum Magistris, siue eorũ nomine actitantibus causas, in actis annotari eodem die, vel sequenti ad plus; de qua detur prædicta die etiam notitia Secretario prædicti S. Consilij, vt annotari possit per eundem, alias de renunciatione prædicta nulla habeatur ratio, & pęna ipsius exigi possit, prædicta renunciatione non obstante, & vt prædicta omnibus innotescant, fuit ordinatum, q̃ pñs decretum, seu eius copia affigatur in valuis eiusdem Sacri Cons. Marinus Freccia Pro presidente, & Prothonotario.

Non indiget summario.

1559. Dux de Alcalà Prorex Prag. 31. de off. S. R. C. præcedent. ten. l. quoniam sup. eod. L. XXII.

QVod hic de pœna contra petentem dilationem vltra marinam, vel extra Regnum, & ea non vtentem statutum est, grauiori pœna per pragm. editam per Illust. D. Raymundum de Cardona, tunc Regni huius Viceregem inter alias iam impressam 10. Decremb. 1509. incipientem, aliam similiter occasionem &c. vindicatum est.

Sacrum quoq; Consilium super prædictis alijs dilationibus arbitrium sibi præsenti sanctione reseruatum explicando, pœnam prædictam ad summam vnciarum duarũ auri, auxit prout in decreto die 17. Nouemb. 1533. statutum est videlicet.

Sequitur tenor l. decreto S. R. C. prouisum est supra eodem, & deinde.

Pœnas prædictas irremissibiliter esse exigendas alio eiusdem Consilij decreto 3. Martij 1539. lato prouisum est.

Sequitur tenor l. decreto ipsius sup. eod. & deinde.

Nos autem tenorem prædictorum decretorum approbantes eadem iuxta illarum seriem obseruari præcipimus.

Non indiget summario.

Idem Prag. 48. de off. S. R. C. L. XXIII.

ETsi decreta, statutaque ab eodem supremo Tribunali Sacri Consilij rationabiliter promulgata, pro lege seruari oportet, Regia tamen si fuerint authoritate comprobata, & publicata notitiæ, obseruantiæ, & executionis recipiunt incrementum. Cum itaque per idem Sacrum Consilium successiuis temporibus inter alia subscripta fuerint, summa cum ratione lata decreta, quorum obseruantia, & executio pro iustitię cultu, rectaque illius administratione, per quam necessaria est, & opportuna, illa propterea approbantes & confirmantes, ac Regia qua fungimur authoritate, quatenus opus est, contenta in eis principaliter disponentes, iubemus illorum continentiam, & tenorem, iuxta ipsorum seriem obseruari, sub pœnis in eis adiectis, & alijs arbitrio nostro, dictiq; Sacri Consilij durioribus, si visum fuerit, reseruatis.

Sequitur tenor l. ex prouisione supra eod.

Procuratores, Tutores, Curatores, Sindici, & Principales facientes nominationes testium per infra Regnum, & non vtentes, soluant ducatos duodecim pro pœna. Habentes speciale mandatum repetunt à principalibus. Non euitant pœnam prædicti, si examinant testes, non deponentes aliquid concludenter.
Contra facientes nominationes ad loca extra Regnum, seruentur Pragmaticæ alias editæ. h. d.

1574. Card. de Granuel. Prorex Prag. 1. de Procur. L. XXIIII.

Facien-

FAcientes autẽ nominationes testiũ per infra Regnum, & non vtentes talibus nominationibus, prædicti procuratores, tutores, aut curatores, sindici, aut principales, qui illas fecerint, soluant ducatos duodecim, & si à mulieribus, seu vniuersitatibus prædicti procuratores, curatores, aut sindici, ad id speciale mandatum habuerint, & dictas nominationes fecerint, & eis vsi non fuerint, & infra dilationem concessam non examinauerint, soluant pęnam prædictam, repetendam tamen à principalibus, qui mandatum speciale dederint, & si sine mandato speciali nominationem fecerint de suo soluant, & quo ad exactionem, eadem supradicta forma seruetur, vt supra dictũ est Addentes q̃ si forte, vt figurent se nominationib. vt i aliquos testes produxerint, qui deposuerint, nihil scire de contentis in articulis, aut forte nihil ad propositum causę dixerint, seu deposuerint, itaut euidenter appareat ad dilatandum causam, & ad euitandum pęnam, eos fuisse productos, & ita fuerit ad ipsa M. Curia pronunciatum, teneantur ad pęnam prædictã soluendam, & exigendam, vt supra.

Si vero nominationes fiant ad loca extra Regnum, seruetur Reg. Pragm. super hoc edita, seruanda inuiolabiliter in ipsa magna curia.

Petitiones beneficiorum, repulsarum, ac nominationes recipiantur absque clausula, si eis indiget, & similib. h. d.

1578. S. R. C. Pragm. 63. de off. S. R. C. L. XXV.

DIe 18. Decemb. 1578. per Illust. D. V. I. D. Dominum Antonium orificium Reg. Cons. Sacriq; R. Cons. Præsidentem, & vice prothonotarium fuit prouisum, pariter, & decretũ, quod magistri actorum S. R. Cons. nominationes per partes, seu earum procuratores faciẽdas, ac repulsas, & beneficia petenda in causis d. S. Cons. non recipere debeant, nisi ipsis factis, & petitis simpliciter, absque clausula, si eis indigent, seu alijs verborũ inuolucris, sub pœna vnciarum auri duarum pro qualibet vice contrauentionis, Antonius Orificius Præsidens, & vice Prothonotarius. Antonius Cesarius Secretarius,

Nominationes fiãt infra dies 5. post dationẽ termini si sunt extra Regnum, vel in finibus Regni testes. Dentur eorum nomina, & cognomina. Infra biduum allegentur suspecti examinatores, officiales & loci, electi nequeant ex quacunq; causa allegari suspecti. h. d.

1612. Comes de Lemos Iun. Pror. Prag. 2. de cau. deu. nu. 9 & 10. *L. XXVI.*

ORdiniamo ancora, che inuiolabilmente si osserui la reg. pragm. circa il far la nominatione, tanto per infra quãto per fuori il Regno fra cinque giorni, dopò, che sarà dato il termine, aggiungendo di più, che se per sorte si farà nominatione extra regno, & la parte, che la fà dechiarasse volersi seruire di essa così come fusse fatta nell'vltime parti del regno non si debbia ammettere, se non si nomineranno i testimonij per nome, & cognome, & si dichiarino i luoghi, & terre, doue d. testimonij dimorano, osseruandosi in tali nominationi tutto quello, che si osserua nelle nomiuationi, che si fenno fuori del Regno, & non seruanuẽdosi di tal nominatione s'incorra nell'istessa pena, che stà imposta à chi nõ si serue delle nominatio ii fatte fuora del Reg.

Dandosi il termine nella causa le parti frà due giorni, volendo potranno dar la nota dell'essaminatori, luoghi, & officiali, che haueranno per sospetti, senza che ci precedi decreto del Giudice, ò altra requisitione, & nõ dãdosi frà il detto biduo, il Giudice ad instanza di quella parte, che lo dimandarà, proceda all'elettione del luogo, officiali, & essaminatori, ne possano le parti allegar per sospetti li eletti per qualsiuoglia causa, ancorche vrgentissima, etiam per via di restitutione in integro.

De testium citatione, & compulsione in ciuilibus Tit. CXI.

Citatis, & condemnatis testibus proceditur ad vlteriora licet non veniant. h. d.

Rit. 87. *L. I.*

Item

quidam baiuli nostri, vsq; adeo suæ baiulationis extendunt officium, quod sacramẽtales, quos ex causarũ qualitatibus per sententiam iudicum præstari contigerit, baiuli ipsi interdum gratis, & sæpius pecunia recepta, remittunt, quod reputantes iniquum, in posterum prohibemus pęnam vnius libræ auri in baiulum, qui contrafecerit, statuentes.

Non indiget summario.

Consuetud. Neap. Tit. de Testib. rust. L. II.

IN causis ciuilibus, præter quam in casu in proximo capitulo contento, & in seruitutibus rusticis, contra ciuem Neap. dictum rustici, fidem non facit, nisi sit legitimus numerus testium rusticorum productus, & tunc vsque ad summam vnius tareni Amalphiæ pro quolibet rustico teste, & non vltra, contra ciuem rusticorũ ipsorum testimonio credatur.

Detur terminus ad probandum competens, infra quẽ examinentur duo testes, alias amplius non audiantur, nisi iudici ex causa videatur, quod examinentur testes iurati. Si detur terminus committatur audientia testium. id seruetur in causis commissis, & committendis, h.d.

Rit. 69. L. III.

VT dilationum materia præceditur, & in quantum possit tollatur, quædã aliæ ordinationes de nouo factæ olim anno Domini 1385. die 6. mensis ottobris octauæ indict.
In primis detur terminus ad ponendum, & probandum in qualibet causa, tam ciuili, quam criminali, competens, iuxta materiam causæ, & locorum distantiam, & quod in dicto termino ad probandum, duo testes producti, iurati, examinari debeant, infra ipsum terminum, alias de cætero nõ audiantur, nisi iusta, & rationabilis causa mouerit Iudices ad concedendum, vt testes iurati examinentur vltra dictum terminum. Et cum datur terminus ad probandum, fiat commissio examinationis testium; & idem ritus seruatur in causis commissis, & de cætero committendis.

Non indiget summarium.

Rit. 78. L. IV.

ITem quod cum datur terminus ad probandum, & ponendum in vltimo die ipsius termini, vel sequẽti ad plus, petatur terminus ad examinari faciẽdum pro parte actrice, vel conuenta, si testes iurati, non examinati tunc essent, alias de cætero dictus terminus, ad examinari faciendum, peti non potest, nec cõceditur: quod obtinet locũ tam in causis principalibus, quam in appellationibus. Qui terminus ad examinari faciendũ in supadicto termino, & tempore peti potest; & conceditur in banca, & extra bancam, die feriata, vel non feriata, de conscientia tamen duorum Iudicum.

Non indiget summario.

Rit. 88. L. V.

ITem seruat ipsa curia, quod quando fiunt commissiones examinationum testium, illæ attestationes possunt produci in ipsa causa per partem vsq; ad conclusionem cum sigillis examinatorum ita quod testes iurauerint infra terminũ iuxta Const. Regni, hoc diu seruauit, & seruat ipsa curia, & quando præsentantur, fit actus per subactarios in principio earum, vbi subscribitur dies præsentationis earũ.

Non indiget summario.

Rit. 90. L. VI.

ITem seruat ipsa curia, raro dare terminum ad examinari faciendum Fisco; sed alijs datur, quando curiæ videtur; & talis terminus quandoq; scribitur in actis, quandoq; non, secundum quod partes insistunt, & prout curiæ videtur. Sed pro maiori parte semper scribitur, & quamuis vnus habeat, vel petat terminum, ad examinari faciendum, semper datur ipse terminus ambabus partibus.

Testes regulariter examinantur in curia, fallit, vt hic

Rit. 142. L. VII.

ITem quod non audeant Iudices, testes, productos in curijs ipsis, seu altera ipsarum,

apsrum, extra curiam examinare; nisi fuerint mulieres, & personę ęgregię, aut graui infirmitate detentæ, aut alio modo impeditę, quę non possint propter hoc personaliter ad dictam curiam accedere, & in ipsis casibus pro mulieribus, & personis egregijs examinandis, accedant ad aliquã Ecclesiam, & pro infirmis ad loca honesta, vbi dicti infirmi morantur.

Non indiget summario.

Rit.143. L. VIII.

ITem quod si detur terminus ad probandum, & veniendum ad curiam, & ad procedendum in causa vltima die termini, qui interpellet testes, qui producuntur per partem alteram iurare possint, & deponere, vocata parte in curia, & eius contumacia accusata, & si testes iurant die non feriata, in die feriata audiantur, & examinentur.

Non indiget summario.

Rit.144. L. IX.

ITem quod si testes iurant die non feriata die feriata examinari possunt.

Clerici in ciuilibus coram secculari examinantur, præstito iuramento coram suo Iudice. & obtenta licentia, in criminalibus nullatenus examinantur. h. d.

Rit.eod. L. X.

ITem quod clerici, tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus constituti, producti ad testimonium, non admittantur in ciuilibus causis ad deponendum, & perhibendum eorum testimonium in ipsis curijs, & qualibet ipsarum, nisi prius iurauerint coram suo Iudice, & licentiam obtinuerint iurandi, & deponendi in causis ipsis ciuilibus. In criminalibus vero ordinarijs, vel extraordinarijs, nullatenus ad testificandum admittantur, nisi pro defensione conuenti.

Non indiget summario.

Rit. 145. L. XI.

Itẽ si detur terminus in causis ad probãdũ, & veniendũ ad curiã, & procedendũ in causa, in vltima die termini, quæ interpellat testes, qui producuntur per partem alteram iurant, & deponunt, vocata parte in curia, & eius cõtumacia accusata.

Propter breuitatem non sumatur.

Rit.147. L. XII.

ITem si in rubrica testium, non dicatur; testes producti &c. & iurati, parte præsente, vel absente per contumaciam, itaquod de cõtumacia ipsa constet, depositiones testium non valent, & idem in iuramento calumniæ.

Non indiget summario.

Rit. 148. L. XIII.

Tem si testes iurant die non feriata, die feriata examinantur.

Testes possunt iurare infra tres dies post lapsum terminum, & postea deponere h.d.

Rit. 149. L. XIV.

ITem, quod in quibuscunque causis ciuilibus, quæ in dicta curia agitantur si testes, qui producuntur in causis ipsis, tã per actores, quã per conuentos, citati fuerunt infra terminum, datum ipsis partibus ad probandum, infra ipsum terminum non iurauerint in causis eisdem conceditur ipsis partibus, quod per dies tres post eundem terminum immediatè sequentes dicti testes iurare possint, & subsequenter deponere eorum testimonium veritatis in causis eisdem.

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 150. L. XV.

ITem si testes producti in dicta Curia, iurati die non feriata, die feriata volũt, deponere examinationem quod examinari possunt.

Detur terminus ad examinari faciendum, eo elapso, partes amplius non audiantur, saluis beneficijs mulierum, pupillorum, Ecclesiarum, & Fisci. h. d.

Rit. 152. L. XVI.

ITem, si aliqui litigant in dicta curia ciuiliter, si infra terminum ad probandum

dum datum, non fecerunt examinari testes per ipsam Curiam, deinde terminus ad examinari faciendum datus fuerit, si testes ipsi infra eundem terminum ad examinari faciendum datum non fuerint examinati, de cætero non audiantur, nisi fuerint mulier, vel pupillus, vel vidua, Ecclesia, vel fiscus, qui per beneficium restitutionis in integrum ad beneficium restitutionis integrum ad pinguius probandum denuo admittantur.

Mulieres Neapolit. iuuant, & deponunt vti testes in domo, vel loco honesto.
Item si respondere debent vti principales. h. d.

Rit. 304 L. XVIII.

ITem, quod honestatis causa, mulieres Neap. citatę pro testibus in causis ciuilibus, in quacumq; curia, & pro quauis causa coram Iudice ordinario, vel delegato, non compellantur ire ad iurandum, & ad deponendum pro testibus sed mittatur ad domum earum vnus scriptor ad recipiendum iuramentum, vt examinentur in domo sua, vel alio loco honesto iuxta antiquam obseruantiam, in talibus consuetam, & sic similiter si dictæ mulieres litigarent in curia, & essent citatæ ad respondendum super articulis, in causis in quibus fuerint citatæ ad respondendum.

Factis responsionibus procedatur ad examinationē testium. Examinator vero sit, & habeat, mercedē vt infra hoc dicit.

Prag. 9. de ord. iud. L. XVII.

REsponsionibus vicissim factis ad examinationem testium procedatur infra dilationē eligaturq; examinator, post responsionem positionibus incontinenti, extra suspectos per partes, tunc in promptu nominandos, quos si nominare neglexerint, iudex illum ex officio eligat, & pro mercede examinatoris, & magistri actorum in loco, vbi causa agitur, decem grana pro quolibet teste, recipiantur soluenda pro duabus partibus testium examinatori, pro tertia Magistro actorum, nisi aliter inter examinatorem, & Magistrum actorum concordatum fuerit, extra vero Ciuitatem, vbi litigatur, si partes non fuerint in concordia, quod solus magister actorum examinet, similiter examinator cum magistro actorum testes recipiat, & pro examinatore intelligatur ordinarius loci, & in eius absenria, vel si præsens fuerit, & suspectus, Episcopus, vel eius Vicarius.

Item Rector maioris Ecclesiæ, vbi Vicarius non esset, nisi prædicti similiter suspecti essent quo casu prædicti sine vlla dilatione in promptu alium eligant partibus non suspectum, cum similimercede, nisi ex eo, quia Magister actorũ tunc accedit ad aliena loca extra Ciuitatem maiori sumptu, duæ partes mercedis sunt magistri actorum, & tertia examinatoris, ad rationem decem granorum, vt supra pro quolibet teste, vel eius mercedis, pro qua cum partibus se composuerint, ita tamen quod composito excedere non possit carolenos octo pro singulo die, vltra expensas victus, quarum expēsarum onus vltra dictos octo carolenos ad partes pertineat.

Ille per quem stetit non examinari testes punitur. & terminus ad examinari faciendum restituitur. h. d.

Prag. 10. de ord. iud. L. XIX.

ET si per examinatorem, & magistrũ actorum, vel eorum alterum steterit quominus testes infra terminum examinarentur cōdemnetur quilibet per quem steterit, ad pœnam arbitrio iudicis moderandam, personarum qualitate inspecta, quam iudex causæ exigere non negligat, debeatq; iudex ipse restituere terminum partibus, culpa magistri actorum, vel examinatoris decursum.

Testes examinentur vsque ad numerum infrascriptum, & examen scribatur, vt hic.

Prag. 1. de test. refrenat. L. XX.

STatuimus super articulis, & positionibus non confessatis, non amplius, quā septem testes pro singuto articulo examinari debere, nisi in materia confinium, & factis antiquis, de quibus prætenderetur: memoriam hominum non extare, quo casu decem testes pro tali articulo examinari possint.

Omnisq; examinatio fiat per extensum & non per vera esse, nec dixit, vt proximus de interogatione de causa scientiæ, loco, tempore præsentibus, & alijs generalibus ad pœnam decem vnciarum ab examinatore, qui maiorem acceperit, auferendam, nisi fortè per iudicem causæ interloquutum appareat ex causa, eius animum mouente maiorem numerum examinari posse arbitrio cuius iudicis relinquatur augendi dictum numerum, vsque ad tertiam partem.

Testes examinantur ante publicationem, & non post ad finem, vt habeatur de eis ratio aliqua fallit si ante publicationem fuerunt nominati, & impediti, tunc relinquitur decisioni iuris communis h.d.

Prag. 3. de test. refrenat. *L. XXI.*

QVandoque solent partes post publicationem allegare, nouiter testes reperijsse, quos examinari petunt, non sine euidenti subornationis suspicione contra iuris, & Sacrarum constit. dispositionem quibus inhærentes mãdamus, post processus publicationem super articulis in causa productis, testes etiam extra processum non esse recipiendos, ad effectum, vt de eis in sententiando, ratio aliqua haberi debeat, nisi appareat ex actis tales testes antè publicationem fuisse per partem nominatos, & aliquo iusto impedimento interueniente, non fuisse examinatos quem casum iuris dispositioni relinquimus.

Non indiget summario.

1486. *Ferdin. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 16. cap. 4.* *L. XXII.*

ITem per causa de honestà, le donne della Città de Napoli, citate per testimonie in cause ciuili, in qualsiuoglia corte, & per qualsiuoglia causa, auante à qualsiuoglia giudice ordinario, vel delegato, non compellantur ire à giurare, & deponere per testimonie, ma che se mandi alle loro case vno scrittore à riccuere lo giuramento, & essaminare in sue case, ouero in alcuno luogo honesto, iuxta l'antica osseruanza, & ordine in tale consueto; & cosi similiter doue le dette donne litigassero in corte, & fussero citate à deponere come à principali, che se mandi à loro case, à giurare, & rispondere sopra li articoli, in li quali fussero citate à rispõdere. Placet R. M.

Non euocentur testes ab eorum laribus nisi vt infra h. d.

1508. *Comes Ripecursia Prorex inter Priuil. Neap fol. 68. à t. cap. 35.* *L. XXIII.*

ITem atteso li Gouernatori, & Auditori Prouinciali sogliono in graue dispẽdio delli poueri huomini di questo Regno mandare per essi alle loro terre, & farnoli venire in le Audientie per essaminarli; per lo che incorrono in grandissimo danno. Supplicano li Baroni, & Vniuersità demaniali V.S. Illustriss. habbia ad ordinare, che nelli casi predetti, se li Gouernatori, & Auditori Prouinciali hanno bisogno de huomini per essaminarli, ò per causa della Corte, ouero parte, siano, quãdo sono habitanti, fuora del luogo, doue dimorano li predetti Gouernatori, & Auditori, tenuti mandare li loro Mastrod'atti, ad essaminare li testimonij predetti, in le Terre, doue habitano, & in caso li volessero in le loro corte, siano tenuti pagarli le giornate, à tal che non siano grauati li poueri huomini senza loro colpa. Placet suæ Illustr. dominationi, quod non euocentur testes à proprijs laribus, nisi in casibus à iure permissis, & casu quo in dictis casibus fuerint euocati, subministrentur eis expensæ, prout iura disponunt.

Taxatur numerus testium examinandorum pro qualibet parte, in qualibet causa h. d.

1524. *S. R. C. Pragm. 51. de off. S. R. C.* *L. XXIV.*

VT litigantium expensis superfluis obuietur, & ad lites ipsas breuiori tempore terminandas, & ne partes ipsæ Reg. Prag. super num. testium eludentes, effrenatum articulorum numerum, & per consequens testium producentes, in ipsarum non paruum detrimentum, causas ipsas in longum trahere, se ipsas, & Iudices

ces

ces fatigare valeant, communi voto omnium Regentium R. Cancellariam, & Regiorum Consiliariorum facta etiam relatione in Coll. Consil. decretum est, vt in causis omnibus, siue in eis deducatur: ius reale, siue personale, seu mixtum, & tam si agatur de possessione, seu quasi, quã de proprietat, seu vtraque quam de quocunq; alio iure, vel causa, etiã in causis feudalibus, & personarum, & locorum quantumcumq; priuilegiatorum, etiam priuilegio in iure expresso, non possint recipi testes vltra quadraginta pro qualibet parte, & si Iudici videretur, ex causa possit, vsq; ad decem aliorum testium numerum pro qualibet parte dispensare, exceptis causis, in quibus de summario agitur possessorio, vel quasi, durante lite mota, vel mouenda duratura; in quibus causis quindecim tantum testes, pro qualibet parte recipiantur, & non vltra. Et prædictorum numerũ testium seruari volumus, etiam si plures, & multi essent articuli, ꝙ in omnibus articulis simul iunctis testes vltra dictum numerum quadraginta, & ex causa quinquaginta, aut in summarijs possessorijs quindecim, nullatenus recipiantur. Ita tamen, ꝙ pro quolibet articulo nõ excedatur numerus à prædicta Pragm. Regis Ferdinandi primi statutus sub pœna priuationis officiorum eorum, lectum latum &c.

Examinatores S. R. C. proprijs manibus scribant depositiones testium, h. d.

1556. *S. R. C. Prag. 56. de off. S. R. C. L. XXV.*

EX prouisione facta per S. R. C. mandetur infrascriptis ordinariis scribis, & examinatoribus eiusdem S. C. sub pœna vnciarum auri decem per quemlibet Fisco Regio in casu contrarij applicanda, & priuationis officiorum eorum, quatenus dicta, & depositiones testium, & principalium per ipsos examinãdorum in causis, in quibus fuerint deputati ad examinandum, scribere, & annotare debeant eorum proprijs manibus, & non aliorum, alias si contrafecerint, procedetur contra eos ad exactionem dictæ pęnæ, & priuationem prædictorum officiorum.

Non indiget summario.

1574. *Card. de Granuel. Prorex Prag. 1. de procurat. L. XXVI.*

VOlumus etiam omnino seruari debere, formam R. Pragm. continentem, ne vltra nume rum septem testium super quolibet articulo testes recip iant sub pæna ab examinatore exigenda, si contrafecerit.

De publicatione in ciuilibus. Tit. CXIII.

Elapso termino ad probandum in causa principali, seu beneficiorum infra quatuor dies petatur, ꝙ fiat publicatio, alias habeatur pro facta, & eadẽ die detur terminus ad recipiendum copiam processus, quo elapso amplius non audiantur petẽtes, nisi steterit per Actuarium, & tunc Actuarius puniatur. h. d.

Rit. 72. L. I.



ITem quod elapso termino, tam in causa ciuili, quam in causa beneficiorum dato, infra dies quatuor, à die dicti elapsi termini petatur per partes principales, seu Procuratores earũ publicatio in causa, & si infra dictum terminum non peteretur habeatur ex tunc pro publicato in causa, & scribatur in actis publicatio, tanquã esset facta de consensu vtriusque partis, & facta liquidatione eodem die detur terminus ad recipiendum copiam processus dictæ causæ, iuxta prouisionem Iudicum, & naturã ipsius causæ, itaquod elapso dicto termino ad recipiendum copiam dato non audiantur, nisi steterint per Magist. actorum, vel Subactarios Curiæ, quo casu teneatur Magister actorum, seu ille qui fuerit negligens in dando dictam copiam ad pænam tarenorum decem ex cõputandorum in gagijs ejus, quod nota.

Fit publicatio attestationum, & responsionum, & aliorum actuum, vt infra.

Rit. 86. L. II.

ITem seruat ipsa Curia, quod si examinationes testium scilicet vnius partis sunt præsentatæ in actis, & non examinationes alterius partis, puta quia examinati sunt testes citius vnius partis, quam alterius; tunc si curia vult, & hoc petatur fiat publicatio attestationum illius partis, quæ sunt in actis, deinde venientibus alijs attestationibus, fit publicatio de eis venientibus, vel præsentatis; de alijs autem, quæ primo venerunt, de quibus iam publicatio facta fuit, non fiet iterum, & idem intellige de responsionibus partium, nã fit multoties publicatio responsionum vnius partis tantum, multoties alterius tantum; quandoq; fit publicatio simul attestationum, & responsionum, & omnium aliorum actitatorum; Vnde notandum est quod publicatio potest fieri de quolibet actu per se, si quis vellet, tamen præfata sunt in vsu. Copiæ tamen responsionum dantur prout in quadam alia obseruantia curiæ.

Non indiget summario.

Prag. 11. de ord. iudi. L. III.

CVrsu dilationum, vt sup. finito, siue testes fuerint examinati, siue non, ipso iure in causa publicatum intelligatur, nisi partes, ipsæ, vel aliqua ipsarum infra quatuor dies post dictas dilationes decursas, continuo coram Iudice causas allegauerint, quare dicta publicatio pro facta haberi non debet, & maxime si allegauerint magistrũ actorum, qui ad testes examinandos accessisset, adhuc non fuisse reuersum, quo casu Iudex, pro eius arbitrio iusta causa præcedente ipsam publicationem retardare posset.

De Repulsis in iudicio ciuili, & publicationibus in eis. Tit. CXIV.

Vbi opponitur, & probatur quod testes sunt excõmunicati, si illi pendente instantia absoluuntur ab excommunicatione etiam post didicita testificata possunt repeti.

Si vero fuit lata sententia absolutoria ad fauorem rei ob repulsam prædictam, postquam sunt testes absoluti ab excommunicatione, possunt repeti, & sententia retractatur, si aliæ causæ reprobationis non extant. Verum in prima sententia absolutoria teneatur iudex exprimere, quod eã tulit, ob repulsam testium, & ex capite excommunicationis. Et retractatur sententia, vt supra, sicuti retractatur sententia lata ex falsis instrumentis, vel testibus. Idque procedit, in ciuilibus, & criminalibus, & in causis quoque pendentibus h. d.

Robertus Rex cap. 203. L. I.

NE per exceptionis anfractum veritas obumbrata lateat, & figmentum astutiæ, rei essentia prostrata succumbat, hoc consultæ cõstitutionis edito præscribimus; vt in criminali, vel ciuili iudicio, excommunicationis exceptione, contra testes, opposita, & probata, si instantia pendente præmissa; ad cautelam saltim dicti testes, absoluantur legitimè; non obstante, quod pars testificata didicerit, per absolutos testes eosdem, suæ intentionis propositum, poterit comprobare. Et si forte reus propter repulsam testium semel tantum fuerit ab accusatione contra eum proposita, per sententiam absolutus, eadem absolutione secuta, poterit acusator, & actor, prioribus actis in vigore manentibus, repente producere testes ipsos: vt sicut plerumq; peremptoria, post calculum vltimæ diffinitionis opponitur, sic & ipsa absolutorũ testium repetitio, etiam post latam sententiam, procedat, parti tamen alteri cõtra testes eosdẽ exceptiones aliæ ad repulsam ipsorum testium, sicut exigit iustitia, reseruentur.

Necessitate quidem iudici, qui de causa, vel lite cognoscit, imposita in sua sententia, si res ita se habeat, exprimendi, quod propter repulsam excommunicatorum testium, accusatoris, vel actoris, excommunicatione detecta, sententialiter absolutus est reus. Et prout in irritum ex falsis instrumentis, aut testibus lata sententia, sic & eadem absolutio iudicis facta propter repulsam ipsorum testium, retractetur, cuius constitutionis tenorem etiam in causis pendentibus vim, & efficaciam volumus obtinere. Data &c.

Re-

Repulsæ terminus debet peti infra decem dies, post assignatam copiam processus. Terminus est communis vtrique parti, & infra illum testes debent iurare, & examinari. Verum iudex potest arbitrari quod post, vel ante decem dies petatur terminus, & quantum temporis pro termino sit assignandum, & quod termino elapso, testes possint examinari hoc.d.

Rit. 73. *L. II.*

ITem quod facta publicatione in causa, si partes, vel aliqua ipsarum voluerint petere terminum ad repulsam testium, petere debeant infra decem dies, numerandos à die assignatæ copiæ processus d. causæ, plus, vel minus ad arbitrium iudicum, iuxta quantitatem processus, & quod detur terminus ad probandum iuxta materiam causæ, & locorum distantiam, & dicta repulsa concedatur vtriq; parti per dationem vnius termini, & infra terminum datum ad probandum in causa repulsæ, iam dicti testes iurati examinentur, ita quod de cætero non audiantur, nisi ex iusta causa.

Non indiget summario.

Rit. 74. *L. III.*

ITem quod elapso termino dato ad d. repulsam, infra quatuor dies petatur, & fiat publicatio d. repulsæ, & si peteretur post dic. publicationem, repulsa repulsæ conceditur vtrique parti, per dationem vnius termini infra sex tantum dies, numerandos à die assignatæ copiæ dictæ repulsæ, & petatur, vt fiat publicatio, vt supra, & si infra dictum terminum non fuerit petita ipsa publicatio, habeatur pro publicato, vt supra, quod seruatur.

Dato primo termino probatorio, & præsentatis articulis, & exceptionibus, datur alius terminus pro discussione articulorum, & exceptionum, si debent admitti, vel reijci.
Post publicationem datur terminus repulsæ, tam respectu testium, quam respectu scripturarum.
Quoad responsiones seruandæ sunt leges alias latæ h. d.

Rit. 81. *L. IV.*

ITem seruat ipsa curia, ante publicationem dare terminum de exceptionibus & articulis, & hoc postquam oblati sunt articuli, & exceptiones, & non ante, sed post publicationem, datur de omnibus etiam de instrumentis, cum die & consule de responsionibus autem dic vt in quadam alia obseruantia huius curiæ, quę est hic.

Non indiget summario.

Rit. 146. *L. V.*

ITem curia ipsa non committit extra curiam audientiam testium reprobandorum, etiam senum, & valetudinariorũ.

Sacramentales, qui iurant credere, quod testes examinati veritatem deposuerint, de iure Longobardorum, non repulsantur h. d.

Rit. 280. *L. VI.*

ITem, quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum etiam inter Longobardos repulsationem, & reprobationem sacramentalium non admittant.

Non indiget summario.

Rit. 281. *L. VII.*

ITem seruat ipsa curia non concedere repulsam alicui contra aliquas scripturas, v3. instrumenta, vel alias scripturas, facta publicatione in causa, post terminum datum ad probandum, sed pars potest denunciare de falso, vel accusare vtentes,

Propter breuitatem non summatur.

Rit. 283. *L. VIII.*

ITem seruat dic. Curia, quod dum petitur repulsa, terminus ad repellendum testes, datur isto modo, ad ponendum hodie, vel cras, ad probandum per totum talem diem & seruatur ista practica.

Non indiget summario.

Rit. 285. *L. IX.*

ITem seruat ipsa curia, quod cum actor, vel reus petit repulsam, tunc curia interrogat aliam partem, si vult etiam repulsã, & vbi voluerit, datur ambabus partibus: vbi non vult, sed ab inde ad quindecim dies, vel circa petat isto anno, tunc curia

curia presumit, quod ille, qui tūc non voluit, fecerit causa protelandi, quia tunc noluit, cum potuerit petere, & esset facta publicatio pro vtraq; parte; & ideo quandopostea petit, curia cum maiori deliberatione concedit dictam repulsam ei, qui tunc petijt. i. magis differt curia antequā concedat; multoties ante cōcedit, ex causa prædicta, vel alia arbitrio dictæ curiæ.

Sacramentales non repulsantur h. d.

Rit. 293. L. X.

ITem curia ipsa, etiam inter Longobardos repulsationem sacramentalium non admittit.

Non indiget summario.

Prag. 11. de ord. iud. L. XI.

PVblicatione autē facta, infra dies octo processus copia partibus detur, vt a modo infra octo dies immediate sequentes, Aduocatus, & Procurator processum videre posint, & debeant quibus vltimis octo diebus elapsis, si aliqua partium die sequenti repulsam petierit, ipso iure concessa intelligatur, & pro dilatione habeat medietatem primę dilationis, qua dilatione decursa, si factæ fuerint probationes, intelligatur in causa repulsæ publicatum; & pro termino recipiendi copiam probatorum, & percunctandi probata per Aduocatum, & Procuratorem, intelligatur statutus terminus octo dierum; post quorum decursum, si sequenti die fuerit petita repulsa repulsæ, intelligatur ipso iure concessa, cum dilatione medietatis termini, dati ad probandum in repulsa, quibus terminis elapsis, si in dicto termino aliquæ probationes factæ fuerint, in cōtinenti intelligatur publicum.

In termino repulsæ, & in secunda instantia non ponatur idem, vel de directo contrarium, saluis beneficijs, h. d.

Prag. 12. de ordi Iud. L. XI.

COntigit sæpè post processus publicationem, sub nomine repulsæ articulos, siue positiones impertinentes poni, idem, vel de directo contrarium, cum primis capitulis continentes, vnde nascitur subornationis, & falsitatis materia, vnde opportunè prouidere volentes, inhibendo mandamus, vt nullus in causa appellationis, vel in repulsis, ponere habeat articulum, vel positionē impertinentem, cum ante publicationem in principali causa posita forent, nisi in casibus in quibus beneficia, vt supra, cōcessa forent, & pars, quæ contrafecerit, pro quolibet articulo, impertinenter posito, in eadem sententia, in quinque tarenis condemnetur, procurator vero duplicatam pænam soluere teneatur.

Non indiget summario.

Prag. 2. de test. resr. L. XIII.

CRimina, & defectus, ad infamiam testium, si non fuerint semiplene, vel per famam publicam probata, vel probati, puniatur opponens in decem tarenis, quæ pæna in fine officij à iudice exigatur, si neglexerit opponentem, & non probantem, in dictam pænam condemnare.

Non indiget summario.

1554. *M. C. V. Prag. 21. de off. M. iust. n. 20.* L. XIV.

ITem, che nelle cause, che si agitano in detta gran corte, nella quale si fà mentione, ò si dimandano repulsa, ò beneficij, s'habbia da osseruare ad vnguem la Regia Pragmatica circa le pene, & li mastri d'atti di dette cause siano obligati ddarne notitia al Regio Percettore, subito elasso il termine, & non dandola siano essi tenuti alla medesima pena, & notificandola, habbiano la terza parte di dette pene.

Loquitur de petentibus repulsam, & non probantibus, ac de petētibus depositiones principalium quoad repulsam: atque de præsentantibus articulos in pertinentes in repulsa.

1574. *Card. de Granuel. Pror. Prag. 1. de procur.* L. XV.

PEtentes repulsam aduersus testes, capita repulsæ declarent, & si fuerint Capi-

Capita concernentia aliquam infamiam, & termino dato non probauerint. Capita ipsa infamiæ, soluant pænam ducatorum decem. Si vero citra infamiam posuerint, seu termino vsi non fuerint, soluant prædicti tarenos decem, nec excusentur prædicti principales, procuratores, tutores, curatores, seu sindici, si principalium exigant depositionem in dicto termino, quam depositionem, quo ad repulsam, exigere non possint, nisi termino ad id impartito, quę pœnæ exigantur à prædictis, & vnoquoque ipsorum, qui prædictam repulsam petierit, exigendæ pœnæ prædictæ vt supra. & infra.

Similiter contra facientes, seu præsentantes articulos impertinentes in termino repulsæ, pœna exigatur, seruata forma Regiæ Prag. Statuimus, ac illustribus, spectabilibus, & magnificis magno Iustitiario huius Regni Regenti, ac magnæ curiæ Vicariæ Iudicibus, Aduocato, Procuratoriq; Fiscali mandamus, vt huius Pragmaticæ obseruationem curare debeât, & in transgredientes prædictis poenis irremissibiliter exequi, ac ne ignorantiæ causam allegent mandamus copiam authenticam in tribunalis valuis magn. cur. vic. affigi.

De Beneficijs, et publicationibus in eis. Tit. CXV.

Mulieres lęsę immodice iudicio restituuntur in integrum. h. d.

Reger. Rex Const. lib. 2. tit. de resti, mul. L. I.

Mulieribus vbi non modice læsæ sunt propter fragilem sexum; legum æquitatem sectantes; tam per nos, quam per officiales nostros, visceribus pietatis subueniendum esse decernimus, sicut, & decet, quatenus, & oportet.

Minores lęsi in iudicio, vel extra, restituũtur vt hic.

Federi. Imper. Const. lib. 2. tit. de restit. mino. L. II.

Minorum iura, qui in iudicijs, vel extra iudicia immodice læsi probantur præcipimus inuiolata seruari, quibus in illis casibus tantum succurrimus beneficio in integrũ restitutionis indulto in quibus eisdem leges veteres succurrebant, videlicet, si facilitate sui tutorum curatorum seu etiam procuratorum fraude, vel negligentia, aut dolo aduersariorum suorum læsi probantur.

Regius Fiscus in iudicijs, & in contractibus si læditur, restituitur, & licet restitutio mulierum, & minorum, non possit peti per procuratorem absque speciali mandato, personę tamen infrascriptę petunt restitui Fiscum absque speciali mandato h. d.

Fed. Imp. const. lib. 2. tit. de rest. reipu. L. III.

Beneficium restitutionis in integrum nostræ reipublicæ in iudicijs, & contractibus, antiquis legibus reseruatum, non ipsi præcidimus, sed illud nobis integrè reseruamus, sanctioni præsenti manifestius inserentes. Vt ad petendam restitutionem eandem, speciale mandatum quod in minoribus, & mulieribus exigitur, quorum procuratores, & defensores restitutionem implorant à procuratoribus statutis à nobis, vel à magistro iusticiario nostro, aut regionum iusti. quibus in causis ciuilibus, & criminalibus nostris statuendi procuratores, & defensores concedimus facultatem, nullatenus exigatur.

Mulieres viuentes iure Longobardorum, aut Francorum restituuntur in iudicijs, in sequentibus casibus. Primus est si sunt enormiter lęsę per fraudem, vel negligentiam Mundualdorum, aut procuratorum, & illi soluendo non sunt. Secundus est si sunt enormiter lesę propter nimiam simplicitatem eorum. In contractibus non restituuntur, nisi in casu, quo dederint, aut promiserint dotem immoderatam per circumuẽtionem, aut fragilitatem restituuntur in alijs casibus iuxta dispositionem iuris communis, nempe si per errorem destiterunt ab accusatione. Si propter ignorantiam non ediderunt instrumenta edenda. Si sunt lese in satisdactionibus iudicialibus. Si intercesserunt pro alio. Si crimen incestus per ignorãtiã iuris commiserunt, Et in alijs casibus in iure communi contentis restituuntur h. d.

Idem n. Const. lib. 2. tit de integ. rest. L. IV.

Obscuritatem legis diui Regis Rogerij aui nostri de restituendis mulieribus

ribus editam declarantes.

Mulieres Longobardorum, seu Francorum iure viuentes, in iudicijs tantum restituendas esse sancimus, cum per negligentiam, vel fraudem mundualdorum seu procuratorum suorum, enormiter læsæ probantur, & aduersus prædictos mundualdos, vel procuratores, cum fortè nõ sint soluendo, indemnes seruari non sunt.

Idem si propter nimiam simplicitatem ipsorum enorme damnum incurrant. Nã licet pręscriptorum simplicitas ipsos excuset, simplicitas tamen eorum in damnum mulierum reuerti non debet. In cõtractibus autem, in quibus non tam ipsę pręsentes esse possunt, quam & aliorum pręsentiam iudicum, & mundualdorum, atque procuratorum habere, ipsis non vidimus succurrendum. Nisi fortè per circumuẽtionem, aut fragilitatem sexus, immoderatam dotem, vltra patrimonium. vel vltra vires patrimonij sui, videlicet, promisisse, vel constituisse probentur. Casus etiam in quibus antiqua iura mulieribus ignorantibus succurrebant, in suo robore reseruamus. Videlicet si per errorem non precio accepto ab accusatione desistant. Si incestus crimen per ignorantiam iuris committant. Vel si instrumenta edenda, per fragilitatem sexus, ignorantes non edant.

Succurritur etiam eis, si in satisdationibus in iudicijs præstandis, per iuris ignorantiam inueniantur esse deceptæ.

Item si soluerint ex intercessione, ignorantes se beneficio velleiani munitas.

Quos omnes, & si quos alios probata iuris antiquitas introduxit, in suo robobore volumus remanere.

Non indiget summario.

Rit. 71. L. V.

Item quod in causis, in quibus petuntur beneficia restitutionis in integrum & peti possunt, detũr terminus in primo beneficio petito, & concesso, ad probandum videlicet medietas primi termini, & in secundo beneficio medietas termini dati in primo beneficio, et quod testes iurati examinentur infra terminum datum, tam super primo, quam super secundo beneficio, itaquod de cætero nõ audiantur.

Non indiget summario.

Rit. 296. L. VI.

Item quod in quibuscunque causis ciuilibus, quæ in præfata Curia pro tempore agitantur, post conclusionem factam in illis per dictos actores, vel conuentos, aliqua petitio restitutionis in integrum offerri non possit.

Non indiget summario.

Prag. 11. de ord. iud. L. VII.

In causis autem pupillorum, minorum Ecclesiarum, Viduarum, & aliarum miserabilium personarum vltra terminos prædictos salua sint beneficia de iure, vel secundum formam constitutionum, & capitulorum, eis concessa.

Post affixionem listæ infravigiinti quatuor horas possunt peti beneficia, & præsentari scripturæ, & nõ elapsis horis vigintiquatuor, tunc datur regressus contra Procuratores, & administratores h.d.

1515 *S. R. C. Prag. 53. de off. S. R. C. L. VIII.*

Per S. R. C. prouisum est, quod postquam facta erit annotatio, & publicatio in lista causarum expediendarum infra 24. horas post listam causarum publicatam in valuis aularum S. C. liceat partibus scripturas præsentare, & illis quibus beneficia competunt, illa petere. Elapsis vero 24. horis, decurrendis à dicta publicatione, & affixione dictæ listæ, non liceat partibus scripturas præsentare, nec beneficia petere, & ipsis præsentantibus siue petentibus post lapsas dictas horas, per S.C. non audiantur, saluo iure partibus ipsis contra earum procuratores, vel tutores negligentes, pro interesse earum.

Procuratores, tutores, curatores, & sindici petentes beneficia, & non probantes in eis id, quod pertinet ad causam, puniantur in ducatisduodecim, quos repetunt à principalibus, in casibus infrascriptis. non euitant pænam, ob petitam depositionem principalis h.d.

1574

1574 Card. de Granuel. Prorex prag. 1. de de procur. L. IX.

PEtentes autem beneficia, si postea eis ... non fuerint, & nihil probauerint, procurator, aut curator, siue tutor aut sindicus soluant pęnam ducatorum duodecim, hoc addentes, quod si produxerint aliquos testes, qui nihil deposuerint, aut nihil concludenter dixerint, ad causam impertinens, ita quod ipsi Magnæ Curiæ euidenter appareat, calumniose, & fraudulenter, ad finem euitandi pœnam, testes ipsos fuisse productos, & ob id eadem Magna Curia pronunciauerit pœnam esse soluendam. Tunc pœna prædicta soluatur à procuratore, nisi habuerit speciale mandatum, vt sup. ab eius principali, quo casu dictam pœnam solutam à dictis procuratoribus, repetant ab eorum principalibus, siue soluatur à tutore, vel curatore, aut sindico Vniuersitatis, qui in causa interuenerit exigenda similiter non repetenda à cliente, cum personæ quibus competunt beneficia, non possunt per se ipsos legitimè in iudicio comparere, nisi sint puberes, aut mulieres à quibus curatores, aut procuratores ipsi speciale mandatum habuerint ad tales dilationes obtinendas: quo casu procuratores ipsi, de suo soluant pęnam prędictam, repetendam tamen à principali suo, qui mandatum huiusmodi dederit speciale, & non generale, & Actuarius teneatur statim elapso termino, aut statim interposito decreto, id denunciare dicto perceptori, alias teneatur de proprio soluere. Nec excusentur prædicti si in beneficio, seu beneficijs prædictis petierunt depositiones principalium, cum illos possint habere absque eo quod petantur beneficia.

De Declaratione super vsu scripturarum, & testium in ciuilibus, & querela de falso, & vsu falsi. Tit. C.XVI.

Ob accusationem de falso contra partem, & testes non retardatur expeditio causæ principalis; sed in vtraque proceditur. Verum si prius fuerit facta decisio in causa principali, præstatur fideiussio, vt hic. Si autem falsitas apparet ex eisdem actis, in ea proceditur, & supersedetur in principali. In accusationibus institutis, seruentur ritus consueti. h.d.

1509. D. Raimund. de Card. Pror. prag. 2. de fal. L. I.



CVm frequentius litigãtes, prætextu accusationis de falso contra partem, & testes, causæ principalis expeditionem differre conẽtur: huic rei prouidere volentes, ac celeritati expendiendarũ litium, omni studio, indulgentes, decernimus, ac statuimus, vt si de cætero, in accusationibus hinc in antea de falso proponendis, in quacunque parte litis, huiusmodi accusationem falsi contra partem, & testes fieri contigerit, super dicta accusatione procedatur, & nihilominus processus, & expeditio ipsius causæ principalis, etiam per sententiam diffinitiuam, non retardetur. Ita tamen, quod si ad sententiam diffinitiuam super negotio principali in fauorem partis accusatæ, cuius testes de falso sint accusati, fuerit deuentum priusquam causa falsi fuerit determinata per sententiam, prędicta pars obtinens fideiussoriam cautiotionem præstare teneatur, de restituendo quicquid per dictam sententiam fuerit consecuta, vna cùm expensis litis, casu quo fuerit, in accusatione falsi pronunciatum in fauorem accusantis, & altera pars condemnata, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, alijs pœnis à iure Regniq; Constitutionibus, Capitulis, atq; Pragmaticis, editis, contra huiusmodi accusatos, & conuentos, in suo robore manentibus. Veruntamen si pars de falso accusans, falsitatem allegauerit ex eisdem actis, procedatur nihilominus in causa principali, donec Iudici de dicta falsitate constiterit, quo casu super causa principali, iuxta formam iuris supersedeatur, & super falsitate prædicta iustitia mediãte prouideatur seruata forma pragmaticæ prædictę. In accusationibus autem falsi, hanc ante nostram ordinationem

ra, & Conseglieri del S. R. Conf.& à qualsiuoglia altro Giudice, che quomodolibet li toccarà d'andare à detta visura di loco, vt sup. che debbia così osseruarlo precisamente sotto pena della R. indignatione, & nostra.

Noni ndiget summario.

1512. *Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 2. de cau. deci.nu.15.* *L. II.*

CIrca l'accesso de Giudici, ordiniamo, che s'osserui ad vnguem la Prag.dell'Illustr. Conte di Miranda fatta à 13.di Gennaro 1588.& aggiungendo volemo, che non si possa dimandare accesso, ò visura di luogo, se non dentro il termine d'vn mese, numerando dal dì che sarà riferita,& introdotta la causa.

De conclusione in iudicio ciuili, & asportatione processus ad Iudicem.Tit.CXVIII.

Publicatis testibus. & data copia depositionum, infra biduum audiantur disputationes Aduocatorum, & concludatur, & infra dies decem numerandos à conclusione causa expediatur. h. d.

Fedtr. Imper. Const. lib 2 tit decau.in iud. sit decid. *L. I.*

VNiuersos, & singulos Iudices Regni nostri volumus cũ voto nostro concurrere, vt causas in eorum examine ventilatas, cito decidant Aduocatorum allegationibus, qui filacteria sua perorando dilatant, nisi quatenus desideratæ instructionis necessitas exegerit,nullatenus indulgentes, sed post dicta testium publicata in iudicio,& ex eis rubricas assumptas,in qualibet causa duorum dierum spatium tantum habeant aduocati ad disputandum de iure,& concludendũ in causa. Quorum segnitiem, si Iudex causæ forte reperierit videntem, expensas omnes, quas parti propter tarditatem ipsorum inflixerint cum integritate persoluant. Quod si per aduocatos forte non steterit, sed per partes, quæ concludere forte non volunt, expensas omnes similiter pars conclusionem,& renũciationem differens, aduersario suo in vtroq; casu partis sacramento, cum taxatione iudicis manifestandas exoluat. Partibus autem concludentibus iudices ad decisionem causæ secundum Deum, & iustitiam instanter intendant, quibus propter causarum multitudinem certum pronunciandi tempus, nequimus diffinire, ita quod infra decem dierum spaciũ, à die conclusionis numerandum, salubri nostræ constitutionis prouisione, iudicibus præstitutum, causam studeant, sententiali calculo terminare.

Non indiget summario.

Rit. 75. *L. II.*

ITem facta publicatione dictæ repulsę & omnium actitatorum prædictorũ in dicta causa, ita quod nihil reste fiendum, fiat conclusio infra quatuor dies, numerandos à die factę publicationis, detur procuratoribus dictę causę, quod producant in dicta causa allegationes in scriptis,cum rubricis assumptis, breuius, vt melius potest infra quindecim dies numerandos à die factæ conclusionis, & alias adarbitrium iudicum,considerata qualitate, & natura causæ quo termino elepso, siue fuerint præsentatæ ipsæ allegationes, siue non, iudices d Curiæ procedant ad diffinitiuam sententiam feredam, breuius quam potuernit iuxta naturam causæ prædictæ.

Fiat conclusio. & postea asportetur processus ad iudicem, extrahendus fideliter, & literis intelligibilibus per actuarium, vel substitutum eius à processu originali, conseruãdo per Actuarium, & nemini, etiam iudici dando, aut accomodando, Si adsit in reassumpto cassatura, vel interlineatura, & de ea fiat mentio, & reassumptus fit authenticus per actuarium præuia collatione, pro præsentatione facienda iudici nihilaccipiatur. h. d.

Prag. 13. de ord iud. L. III.

COnclusione facta, teneatur Magister actorum processuum, in causa factum,iudici de causa cognoscenti præsentare infra octo dies à die conclusionis ordinatum in Quinterno signaro per numerum chartarum,in quo dictus processus a rescripti præsentatione, vsque ad conclusionem inclusiue,appareat descriptus.

ptus. Ita quod vnus actus, ad alterum sine præposteratione sequatur, cum apparitione millesimi, indictionis, mensis, diei, & loci, cum descriptione personarum, scripturas præsentantium, registratione fideli dictarum scripturarum productarum, cum extractione in margine summarij cuiuslibet actus, alium vero processum originalem, cum scripturis, & actibus productis, & factis per partes vnde sit extractus processus, vt supra iudici præsentandus, dicti magistri actorum perpetuo penes se detinere debeant nec illum partibus, vel iudici dare debeant, ad pœnam falsi, sed illum penes se retineant, tanquam matricem notarij: mandates processum, vt sup. iudici presentandum, scribi debere per ipsos magistros actorum, si boni, & aperti fuerint scriptores, alias per eorum substitutum, bonis, & apertis literis scribentem, & fidelem copiam ex originali in publica forma reassumentem, sine vlla cassatione vel interlineatura, quæ si quandoq; fieri contigerit, magister actorum in publicatione de ea mentionem facere debeat quē processum sic reassumptū fideliter, & extractum cum originali concordet.

Item magister actorum sua manu subscribere debeat, cum appositione signi consueti, attestando manu sua scriptum, & cum originali concordē repertum; nec possit ipse magister actorum, vel substitutus, pro dicto processu iudici præsentando, mercedem aliquam recipere.

Post conclusionem non recipiantur testes, etiam cum decreto, quod attestationes ponantur extra processum h. d.

Prag. 14. de ordi. Iudi. L. IV.

Post conclusionem causæ, quoniam non est cognoscere, sed cognitum esse, sub colore veritatis indagandæ, vel alio quocunque colore quęsito, testes de nouo examinari, ex quorum dictis, causa, quę prius ex processu solemni, clara apparebat, sępius in dubium reuocetur per depositiones huiusmodi testium non sine manifesta subornationis suspicione, quam non solum post conclusionem, sed etiam post publicationem legum conditores timuerunt, omnino prohibemus, etiam in nostro Sacro Regio Consilio, ne sub veritatis indagandæ specie manifesta falsitatis occasio prębeatur. Inhibentes etiam talem testium receptionem in nostro S.C. fieri, sub decreto, quod extra processum tales ponatur attestationes.

Non indiget summario.

1469. Ferd. I. Rex Prag. 4. de actuar. L. V.

Item quod processus agitandi in ipsis curijs, postquam conclusi fuerint, siue facta in eis fuerit conclusio, & scripta per Subactarios, qui in illis interuenerint, statim facta, & continuata conclusione per ipsos Subactarios, debeant in manibus iudicis hebdomadarij assignari, per eum statim inter ipsos actorum magistros diuidendi.

Facta conclusione, processus signetur cum descriptione, vt infra h. d.

Idem Prag. 26. de S.R.C. num. 4. L. VI.

Conclusione facta, processum causę iudici de ea congnoscenti ab Actorum magistro in fra dies octo post conclusionem præsentari volumus, in volumine per chartarum numerum ordinatum, signato, ita quod processus eiusmodi à citatione, vel à rescripti exhibitione ad conclusionem vsque inclusiue, suo ordine, ac sine præposteratione, sequentibus actis, descriptus appareat, cum Millesimi, indictionis, mensis, diei, lucique notatione, cum personarū, quæ scripturas exhibuerint, descriptione, scripturarumque exhibitione, fida registratione, & cum summarij cuiuslibet actus in margine extractione: prohibentes ab alio, quam ab actorum magistro, citationes, aliosue actus scribi, ducatorum pœna sex, omnibus, qui tales actus scribendo, sanctioni nostræ contrauenerint statuta.

Non indiget summario.

Ferdin. Cath. Rex prag. 10. de off. S.R.C. num. 3. & 4. L. VII.

In

IN primis mandamus, quod fiat liber in quo describantur cõclusiones omnium causarum, cum die, & calendario per Secretarium dicti S. Cons. qui liber custodiatur in eodem S.C. per dictum Secretarium.

Item quod cum fiet conclusio dictarũ causarum, denuntietur, per relatorem, causæ in dicto consilio, & fiat continuatio dictæ conclusionis per dictum Secretarium in d. libro, in quo scribantur causę hucusque conclusæ, iuxta dictum ordinem, cum nominibus relatorum, & quod Magistri actorum causarum debeant curare dictas conclusiones describi facere in d. Libro, sub pœna priuationis officij.

Conclusiones notentur, & denuncientur vt hic.

1559. Dux de Alcalà Pror. prag. ead. L. VIII.

CAusarum ordinata, celerisq; discussio, & decisio, à Regni huius Regibus, eorumq; Locumtenentibus, prę oculis semper habita fuit, & alta in mẽte recepta, & propterea ab his vltra precedentem Constitutionem latam, factæ sunt postea subsequentes institutiones, quarum primæ inter alias à Serenissima Maiestate Catholici Regis recolendæ memorię editas, sunt infrascriptę.

Sequitur tenor l. prox. præced, & deind.

Quoniam vero ex diuersitate prouisionum prædictarum, & difficultate contentorum in eis, aliaue de causa, præmissa minime obseruata sunt, & fortè nec cepta obseruari, ex his propterea omnibus, quæ vsu faciliora, & causarum debitæ expeditioni congruentiora visa sunt eligentes, statuimus, quod fiat Quinternum siue liber describendus, & conseruandus per Consilij Secretarium, in quo cuiusque Commissarij processuũ hactenus conclusorum, & deinceps concludendorum describantur conclusiones, cum annotatione causarum personarum litigantium, nominis Commissarij, & Actuarij, ac temporis earundem conclusionum, & quod actuarij d. Sacri Consilij, prout ad vnumquemque ipsorum spectat, conclusiones ipsas denuntient Secretario præfato, illasq; describi faciant in eodem Quinteruo, postquam factæ, & intimatæ fuerint infra duos dies sub pœna suspensionis ab officio duorum mensium pro prima vice, & alia vnciarum vigintiquinque, tertia vero priuationis officij.

Declaratur l. concl. 2. sup. eod.

Idem Prag. 26. de off. C. S. C. præced. ten. l. conclusione 2. sup. eod. L. IX.

HAnc instructionem omnino seruãdam esse iubemus, & quod in calce ipsius dicitur actus omnes actuarii manu esse scribendos, propter causarum multitudinem, receptum est, vt ab alijs vel scribis ipsorum approbatis, & matriculatis per Sacrum Consilium acta omnia conscribantur, sicque vt ab illis tantum, & non aliis seruandum.

De instantia causæ ciuilis et in sufflatione spiritus. Tit. CXIX.

Non indiget summario.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. infra quod temp. cau. deb. termi. L. I.

Mnes baiuli locorum & iudices, causas, in eorum iudiciis inchoatas, infra bimestris tẽporis spacium, a die citationis emissæ, diffiniant, nisi probationes ex longinquo petantur, sacramento specialiter super hoc præstito per petentem, vel alia manifestissima causa sit, propter quam causa infra prædictum terminum finiri non possit.

In ciuilibus, criminalibus, pendentibus, & futuris, instantia duret per sex menses, post litis contestationem.
Si infra dictum tempus non sint expeditæ causæ, auocentur cum processibus, & carceratis ad M.C.V. h.d.

Rober. Rex Regenti M.C.V. cap. 183. L. II.

Quo-

QVorundam expositio quærula nostrum pulsauit auditum, quod iusticiarij, & capitanei regionum, in causis ciuilibus, & criminalibus, quæ corā eis pro tempore agitātur, sic tepide, sic morose procedunt, q̄ prorogantur dilationum curricula, & causæ ciuiles, & criminales, quæ coram eis pro tempore agitantur, fiunt, contra iuris intentum, penitus immortales. Et quandoq; accusatores eorum iura debite prosequentes, sumptuosis iudiciorū fiatgati, ab eorum iustitiæ prosecutione desistunt, quo fit, vt remaneant interdum facinora; quæ pęna debita plecti publice interest, impunita. Super quo volentes congruum adhibere remedium, fauore reipublicæ, & subiectorum compendijs prouidentes, fidelitati tuæ committimus, & ex certa nostra scientia, pręsentium tibi auctoritate, mandamus, quatenus omnes causas ciuiles, & criminales, quæ coram iustitiarijs, seu capitaneis singulis regni nostri, ordinariæ, vel extraordinariæ propositæ, aut inchoatæ in præteritum fuerint, aut in futurum proponi contingerint, & infra semestre tempus à die contestationis litis in singulis earum causis in antea numerādum, nō fuerint per eos, seu ipsorum locatenētes fine debito terminatæ; Ad audientiam Curiæ Vicariæ authoritate pręsentium reuocetis, & eas in his, in quibus finibus erant, resumetis, & fine debito decidatis. Cogentes Iusti & Capita. præfatos, per pænarum impositiones, & exactiones earum in casu contemptus, & alia iuris remedia vbi casus dictę auocationis euenerit, q̄ processus omnes, sub sigillis eorum iudicum, & notariorum actorum, cum captiuis, quos ex causis mortis carceri mācíparunt, vt vobis absque dilatione transmittant lege quę vbi ceptum est iudiciū finiri mandat, & qualibet alia non obstante contraria, quoniam eas in his ex certa nostra scientia vsque ad nostrum beneplacitum viribus euacuamus.

In M. C. V. instantia in ciuilibus, non feudalibus durat, vt infra h.d.

Rit. 243 L. III.

ITem quod causę ciuiles, non tamen feudales, in posterum mouendę in dictis M. C. V. & qualibet earu, & tam principales, quam appellationum per Iudices dictarum Curiarum, & cuiuslibet earum decidantur, terminentur, ac decidi, & determinari debeant, intra terminos subscriptos, videlicet, si quidem quando fuerint inter personas, ciues, siue habitatores Ciuit. Neap. & eius districtus infra tres menses continuos à die litis contestatę in causa principali; & in causa appellationis, à tempore præsentati processus. Si vero fuerint de loco, à dicta Ciuit. Neap. distanre per vnam dietam vulgarem, infra quatuor menses, si vero per duas dietas, infra menses sex, & si vltra duas dietas, infra octo menses in antea numerandos, & vltra metas, & terminos prędictos causæ prędictę prorogari nequeant, nisi ad id accedat expressus consensus, & voluntas ambarum partium, quo casu de voluntate partiū prædictarū prorogatio ipsa fieri possit vsq; ad alias sex mēses, & nō vltra.

Non indiget summario.

Rit. 248. L. IV.

ITem seruat ipsa Curia, vt instantia in ciuilibus ipso iure per lapsum triēnij perimatur; & idem in criminalibus per lapsum biennij. Si vero domina Regina prorogaret, vt quotidie fit licet in Curia non pręsentetur litera prorogationis infra triennium, vel biennium, nō refert, si postea pręsentetur, si prorogatio facta est infra terminum. fac c. super eod. el 2. extra de appellatio.

Instantia perimitur per negligentiam partis, secus si illa in termino fecerit concludi, cum præsentatione processus Iudici, & protestatione.
Si perimitur culpa partis, non restituitur absque refectione expensarum.
Si culpa iudicis perimitur, censentur ipso iure restituta. Salua sint beneficia non obstante peremptione instantiæ. h d.

Prag. 1. de instan. cau non restit. sin. expen. L. V.

INstantia causæ, in iudicijs à iure præfixa, si decursa fuerit per negligentiam

tiam partis, nullatenus restituatur, niſi prius refectis expenſis. Si autem culpa Iudicis, tunc restituta ipſo iure intelligatur, & intelligatur per iudicē ſtetiſſe, ſi per duos mēſes ante lapsū inſtātiæ, pceſſus concluſus ipſi iudici fuerit præſentatus, cum petitione, & proteſtatione, vt ad expeditionem cauſæ procedere debeat. Prædicta tamen non habeant locum in perſonis, quibus per beneficium reſtitutionis in integrum à iure regni Conſtitutionibus ſubuenitur, in quibus reſtitutionem petentibus, beneficia eis ſalua remaneant.

De Citatione ad dicendum, Affixione liſtæ cauſarum ciuilium expediend. allegatione, et diſputatione. Tit. XX.

Non indiget ſummario.

Rit. 76. L. I.



Tem quod quandocūque de ſero proponerentur aliquæ cauſæ ſiue fiſcales, ſiue priuatorū, in quibus requirerentur diſputationes, ſiue allegationes, quod transferantur in ſequentem diem de mane.

Aduocati informent in Rota ſtantes.
Si plures ſunt, vnus loquatur, alius audiat patienter.
Diſputent in publica Audientia, niſi aliter ex cauſa mandàuerit S, C.
Super articulo diſputato amplius non audiantur.
In incidentibus non replicent, in diffinitiuis ſemel tantum h.d.

Ferd. I. Rex Prag. 20. de off. S R C. L. II.

ADuocatos, Procuratoreſq; ſiue publica, ſiue ſecreta in audientia poſtulēt, durante poſtulatione, non ſedere ſed ſtare iubemus, & ea patientia dicentes alios audire, vt ex aduerſo loquentiū verba non perturbent.

Et ſi plures vnius partis Aduocati, Procuratoreſue extiterint, vni tantum nomine omnium diſputare, noſtra ex ordinatione permiſſum eſſe, intelligant. Aduocatorum diſputationes in publica ſemper Audientia fieri volumus, niſi quando Sacro ex iuſta cauſa aliter Cōſ. videatur.

Si ſemel in cauſa diſputatua fuerit Aduocatos eodem ſuper articulo audiri iterum nolumus, niſi aliter ex cauſa, in conſilio Pręſidens cenſuerit. In incidentibus replicari nō annuimus, in quibus vni proponere ſolum, alteri reſpondere licebit. Super diffinitiuis vero vnicam tantum cuique parti replicationem concedimus, niſi ex cauſa Pręſidens aliud ordinauerit.

Præſente Aduocato, Procurator nil dicat, niſi factum recordando Aduocati, Procuratores, cauſidici, & litigantes non afficiant aliquem iniuria ſed ſint reuerentes, & dicant, quę expediunt hoc.d.

Idem Prag. 21. de off S.R.C. L. III.

PRęſente Aduocato, pro curatori in cauſa quicquam dicere, ſiue in Cōſilio, ſiue coram Commiſſarijs fuerint; licere non permittimus. Eidem tamen ſi in facto quippe Aduocatos errare animaduerterit, modeſtè admonenti poteſtatē non ſubducimus corā cōmiſsarijs.

Aduocati, Procuratoreſq; Cauſidici, & litigantes coercendam ſibi linguam eſſe meminerint, nec immodeſtè, aut ſine reuerentia verba temere effundant; neue inter ſe, aut cum aduerſario importunius rixentur, aut in continenter in odioſa iurgia prorumpant; non tamen pro clientis iure defendendo, quicquid voluerit dicendi Aduocato poteſtatem abſcindimus, etiam ſi ea in medium afferri oportet, quæ ſine partis, alteriuſue perſonæ iniuria explicari nequirent, modo id pro cauſę defenſione, & quantum poterit cum modeſtia, factum eſſe noſcatur: contraueuientes vero ipſius Conſiliarij, vel Sac. noſt. Conſil. arbitr. mulctandos permittimus.

Non indiget ſummario.

Idem Prag. 10. de off. S.R.C. L. IV.

STatuimus, vt cōcluſorū proceſſuum, ſingulorum primis menſium diebus, Con-

Consiliariorum quisq; breuem in schedula annotationem faciat, omnibus in Consilio à Consiliarijs legendam, cum conclusionis temporis significatione, ac litigantium personarum qualitate. Vnde à sacro Consilio, quæ illo in mense causæ expediendæ sint, elici possit. Quam similiter annotationem in charta fieri decernimus, Consilij eiusdem valuis affigenda, vt quæ singulis sint mensibus expediendæ, causæ innotescant.

Non indiget summario.

Ferdin. Cathol. Rex Prag. tad. nu. 6. L. V.

ITem quod qualibet die Sabbathi, ante meridiem, in Consilio ordinentur causæ, quæ debeant votari in sequenti hæbdomada, & in quibus debeat aduocati audiri in d. Con. & de illis fiat Memoriale in scriptis per singulos dies, cū expressione causarum & nominibus relatorum ipsarum, qui relatores intrent, & ponant vnusquisque causam suam, per ordinem, & per circulum, inter eos ordine seruato, & secundum qualitatem causarum, maiorum vel minorum, & dictum Memoriale affigatur in ianuis d. S. C.

Causarum expediendarum in S. C. lista affigatur vt inf. & causæ prius cōclusæ prius expediātur. h. d.

1555. D. Bernard. de Mendozza Prorex Prag. tad. nu 7. L. VI.

ESsendo venuto à nostra notitia, che benche sia prouisto per dispositione di Regia Pragmatica, che le cause prima concluse, si debbiano prima espedire, & che ogni Sabbato si significassero le cause, che nella sequente settimana s'hauessero à referire, seu espedire. Quella al presente non si osserua; dal che nasce non poco disordine, si perche si lasciano di spedire le cause per suo ordine, & per loro antiquità, si ancora perche le parti, massimamente forastiere, & Vniuersità, non sapendo quando si ha da parlare di loro cause, son trauagliate di maggior dispendio, & molte volte s'introducano le cause, delle quali non si trouano li Procuratori, & Aduocati instrutti, per non essere loro stato notificato, che quel le cause all'hora s'haueano a referire, seu espedire, dal che nasce detrimento di giustitia, & non poco danno delle parti litiganti: Et desiderando noi, che la giustitia sia rettamente administrata, col maggior ordine, & con la maggior breuità, & col manco trauaglio, & dispendio delle parti, che sia possibile, & che siano bene intese, & essaminate, & gli Auocati, & Procuratori possano facilmente attendere à difenderle: Volendo sopra ciò prouedere, come si conuiene, per beneficio vniuersale del Regno, per la presente nostra Pragmatica, in omni futuro tempore valitura, ordiniamo, statuimo, & commandiamo, che nel Sacro Regio Conseglio le cause prima concluse, si debbiano prima espedire: Vogliamo anco, & ordiniamo, che nell'vltima settimana di qualsiuoglia mese, si habbiano à porre in lista tutte le cause, che si hauranno à referire, seu espedire in tutto il mese seguente, quale lista si faccia per lo Magnifico Presidente, con parere di tutto il Tribunale, & quella fatta si mandi à gli Illustrissimi Vicerè, seu Locumtenenti, qui pro temporibus si ritrouaranno gouernare il Regno, & poi nell'vltimo di di ciascun mese, che si reggeranno li Tribunali, s'habbia detta nota, seu tabella ad affiggersi nella porta di detto Sac. Conseglio, accioche ogn'vno ne habbia notitia, & gli Auocati possano più commodamente studiare le cause: Et vogliamo, che il predetto ordine, seu tabella, ò lista cominci à farsi dall'vltima settimana del presente mese: Et le cause, che saranno di poco momento, quale non con uerrà porsi in lista, seu tabella, & ancora gl'incidenti, che bisogneranno referirse in Conseglio, vogliamo che si facciano nell'vltima hora, & si referiscano & introducano similmente le predette cause & incidenti per suo ordine & per loro antiquità, eccetto se per alcune giuste, & ragioneuoli cause altramente parrà al Magn. Presidente nelle predette cause minime, & incidenti, quali se hauranno da espedire nell'vltima hora. Et questo vogliamo, che s'habbia da affigere in val

uis di questo Regio Tribunale, acciò che ogn'vno ne possa hauer notitia, non facendo il contrario per quanto s'hà cara la gratia, & seruitio della prefata Maestà.

Lista causarum expediendarum in S. C. affigatur vt infra, causæ prius conclusæ, prius terminentur. h. d.

1558. D. Ioannes Manrique Prorex Prag. 2. de Commiss. n. 15. & Prag. 10. de off. S. R. C. n. 7. L. VII.

CVm alia eiusdem Regni Pragmatica cautum sit, vt Actuarij & Commissarij causarum, die Sabbati cuiuslibet hebdomadæ, eas, quæ in sequenti hebdomada, ex conclusionum ordine, expediendæ sunt, notare debeant, vt partes, & Aduocati, in quibus causis informare debeant, scire possint; eaq; obseruata hactenus non fuerit, æque, ac si edita, promulgataque non fuisset, Idque non parum incommodi causis afferre, vsus, & experientia docuerit; cum partes, & Aduocati ad causam decidendam inparati plerumque admitterentur: propterea cum deliberatione & voto Regij Collateralis Consilij penes nos existentis, mandamus, decernimusque, eam plene, perfecteque, & inuiolate seruari, illamque ampliantes, & declarantes, statuimus, vt causæ prædictæ in schedulis describantur, & affigantur in valuis aulæ Sacri nostri Consilij sigillatim, & distincte per dies, Commissarios, & horas sub pęnis in eadem Pragmatica contentis, & alijs nostro arbitrio reseruatis. Hæc illi.

Conficiantur listæ causarum expediendarum in S. C. & affigantur vt infra. h. d.

1559. Dux de Alcalà Prorex Prag. 10. de off. S. R. C. nu 8. L. VIII.

QVodque prima cuiusque mensis die iuridica, conuenientes in vnũ ipsius Sacri Consilij Præsidens, & Consiliarij omnes, percurrant causas prædictas conclusas, discutiantque inter se, qualitatem causarum, personarum, ac antiquitatem diligenter pensantes, & illæ, quas ab his communiter conclusum fuerit, per vnumquemque Consiliariorũ sua hora in expeditione referri, & eo mense expediri debere in schedula, siue lista scribantur, affigenda in valuis Sacri Consilij, vt omnibus innotescat, possintque litigantes, ac eorum Aduocati, & Procuratores, certi, & instructi venire ad suarum defensionem causarum, eiusdem què schedulæ exemplum, siue copia per dictum Sacrum Consilium nobis, & qui pro tempore fuerit, Vicereg. assignetur, ac in fine cuiuslibet mensis causarum prædictarum, quæ expeditæ fuerint, notula nobis transmittatur; Ex ijs autem causis, quæ quolibet mense expediendæ describuntur, singulis eiusdem mensis diebus, Sabbati de mane Consiliariorum quisque causas, quæ sequenti hebdomada per ipsum fuerint expediendæ, & in alia schedula, vt supra, affigenda, suo arbitrio, præmissas qualitates præ oculis habendo describat, finito autem mense, si causæ in principio præcedentis descriptæ, & in lista positæ, omnes, non fuerint expeditæ, in principio sequentis mensis illæ, quæ remanent expediendę, vna cum alijs addendis, secundum ordinem prænarratum, in lista ponantur, & expediantur, & hunc ordinem cæteris posthabitis in diffinitiuis seruari mandamus, in incidentibus autem, prout necessitas suaserit, Commissariorum arbitrio referantur.

Non indiget summario.

Idem Prag. 20. de off. R. Cons.

ADuocati autem, & Procuratores eisdem in horis vocati, si in Palatio Consilij fuerint, Præconis, siue Porterij voce audita, statim, velociterq; aulam, in quam vocantur, ingredi teneantur, contrauenientibus, Præsidentis arbitrio, pœna infligenda. Si vero absuerint, illorum absentia non obstante, ad ea quæ incumbunt, ijs non expectatis, procedatur.

De unione aularum, & adiunctorum pro expeditione causarum ciuilium.
Tit. CXXI.

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcalà Prorex Prag. 41. de off. S. R. C. L. I.*

Pro discussione, & decisione causarum magnę importãtiæ (in quibus oẽs Consiliarios congregari, nostro, vel alterius, qui pro tempore fuerit, ViceReg. siuę Præsidentis arbitrio, hoc remissum est) fuerunt hactenus assignati dies Mercurij & Sabbati, cuiuslibet hebdomadæ, in quibus congregatio prædicta fieri consueuit. Deinceps autem illam diebus iuridicis Martis, & Veneris, ex causis nobis rationabiliter visis, & in Regio Collaterali nobis adsistente Consilio mature discussis fieri præcipimus.

Non indiget summario.

1583. *Dux Osßuna Senior Prorex inter Pri. Neap. fol. 173. L. II.*

Item se suplica V.E. sia seruita commandare, se osserui la pragmatica, che per la espeditione delle cause minime da ducento docati à bascio, quali tẽgono impedito lo Conseglio, se giontino li Consiglieri à dui à dui, per la speditione di esse, con stabilire vna giornata per rota la Settimana, e se debbiano cosi à dui à dui giontarnosi, conforme alla detta Pragmatica. Seruetur Pragm.

Post conclusionem, & citationem ad dicendum poterit peti vnio aularũ infra quindecim die, nõ autem eis elapsis, exclusa restitutione in integrum, salua dispensatione Proregis h. d.

1588. *Comes Miranda Prorex prag. 66. de off. S. R. C. L. III.*

Essendo peruenuto à nostra notitia, che molte volte nel Sac. Reg. Conś. de Capuana se ritardano l'espeditioni delle cause, per le suppliche, & memoriali, che danno le parti, che desiderano impedirle, nelle quale supplicano, che la causa se spedisca in doi rote, ò in virtù del Capitolo concesso à questa fidelissima Città, quando la causa della reclamatione eccede ducati dui millia, ò per altra causa dependente da arbitrio nostro, ò del magnifico, & circõspetto Presidente del Conseglio nella prima instantia, volendo obuiare à queste calumnie, per il beneficio publico, e bona administratione della giustitia, con parere del Regio Collaterale Conseglio, appresso di noi assistente, con la presente pragmat. omni tẽpore valitura, statuimo, & ordinamo, che in tutte le cause etiandio d'vniuersità, pupilli, Ecclesie, & altre persone priuilegiate, quãdo la parte desidera, ò per giustitia, ò per gratia, che si termini la causa in due rote, debbia supplicarlo, & farne instantia infra lo termine de giorni quindici, numerandi dal dì, che sarà citato in la causa ad dicendum dipoi fatta la conclusione, & elapso detto tempo, non se admetta, ne suppliche, ne memoriali, ne quali s'intendano fatte le decretationi cõ questa cõditione pur che non poi, ma infra detto tempo; eccetto se espressamente si dispẽsasse per noi alla presente pragmatica, & per quella rota, doue pende la causa si possa, & debbia procedere alla espeditione conforme à giustiria, non obstante dette suppliche, & memoriali, & che cõtra la presente non se admetta restitutio ne in integrum, in beneficio di persone priuilegiate. Et cosi volemo, che si debbia osseruare, & non altrimenti, che per tal'effetto hauemo ordinato farsi la presente pragmatica, & affigersi in valuis nel Tribunal del detto Sacr. Conś.

Quando petuntur adiuncti, non detur lista suspectorum, sed moneantur, qui debent prouidere, de suspectis alias recusatis h. d.

1612. *Comes de Lemos Iun. Pror. prag. 2. de cau. decid. in prin. & n. 1. L. IV.*

Se bene le leggi communi, le constitutioni, e pragmatiche di questo Regno,

gno, in diuersi tẽpi si sono forzate d' abbreuiar le liti, & estirpar le calunnie de litiganti, tuttauolta la malitia humana hà sempre cercato d' inuentarne di nuouo, di maniera', che sono cresciute à segno tale, ch'al presente si giudica quasi cosa impossibile il dar vltimo fine ad vna lite, poiche quando dipoi molti anni di trauagli, e spese, si viene à dar vna sentenza diffinitiua, par che di nuouo bisogna tornar à cominciar il giudicio, e per ottener l'essecutione di quel, che si è giudicato, è necessario di trauagliar altre tãtonanzi molte volte le parti, che hanno hauuto la sentenza in lor fauore, stracche da tante spese, e fatiche, sono constrette ad abbandonare, e non prosequir più la lor giustitia. Onde volendomo noi per il nostro debito, remediar ad inconuenienti così grandi, quanto sarà possibile, resecando tante dilationi, e troncando le calunnnie, ci è parso con voto, e parere del Reg. Coll. Conf. appresso di noi assistente, far la presente pragmatica omni tempore valitura, per la quale ordiniamo, e commandamo.

Che quando, ò per difetto, e mancamento di Giudici, ò per parità di voti, ò per altra causa si dimandaranno da noi aggionti, non si debbia dare dalle parti lista alcuna d' inconfidenti, come per lo passato si è vsato, poiche si è visto quãte dilationi si causano da questo, e che le parti con varij artificij, quasi veniuano loro ad eligersi li Giudici, ma si proceda alla nominatione, & elettione di detti aggionti come ci parerà conuenire attenta la qualità della causa, & altre circonstanze d'essa. Et il simile volemo, che si osserui indifferentemente in tutti gli aggionti, che si daranno, non solo per il Collaterale, ma anco per il Presidente del Sacr. Conf. e Regente di Vicaria, & in tutti i Tribunali; ben vero sia lecito alle parti, prima de nominarsi detti aggiunti, d'auertire, se alcun Giudice sarà stato per prima dichiarato sospetto nelle sue cause.

Non indiget summario.

Idem ibid. *L. V.*

E Poiche saranno nominati d. aggiõti, possano le parti darli per suspetti allegando la suspitione formiter, secondo la Regia pragmatica, per noi vltimamente fatta sopra le sospitioni, e non basti allegarli sospetti, con solo il giuramento, ma con cause bastanti, seruata la forma di detta pragmatica.

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 2. *L. VI.*

E Che il Presidente del Sacr. Conf. quando hauerà da proueder d'aggiõti nelli casi, che per le pragmatiche, & ordini, sopra ciò dati, gli è permesso, debbia nominar detti aggionti della Rota seguente, con la quale viene à giuntarsi quella, in che si tratta la causa, e nõ gli possa dare d'altra Rota, eccetto se nella seguente fussero suspetti tanti Giudici, che forzatamente bisognasse passare à pigliar Giudici della terza Rota immediatè seguente.

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 3. *L. VII.*

OLtre di questo volemo, che quando ò per la qualità, e grauità della causa, ò per mancamento di Giudici, le parti voranno dimandar aggionti, non possano quelli dimandare, se non dentro del termine di quindeci giorni, dopò che sarà fatta la conclusione della causa, però in caso, che dopò detti 15. giorni superuenisse il mancamẽto di Giudici, ordinamo, che nõ si possano detti aggiõti dimandare, se nõ frà 15. giorni, dopò che sarà successo il mancamento del Giudice, ò Giudici, in luogo de quali si dimandano li aggiontj.

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 4. *L. VIII.*

S'Ordina ancora, che tutti li aggionti, che si daranno in qualsiuoglia Tribunale, s'intendano, e reputino per Giudici ordinarij della causa, non solo per quello, che tocca ad allegarlo per sospetto, come si è detto di sopra, ma ancora à fin' che se forse per qualsiuoglia causa, ò impedimento, venisse à mancar-

no, ò tutti, ò alcuni di essi Giudici, non per questo si ritardi di procedere in essa etiam all'espeditione, restando però numero di Giudici bastante, il quale s'intenda esser sufficiente, quando vi restarà quel numero, che ricercano le pragmatiche di questo Regno. Dichiarando, che quelli aggionti, che si sono trouati presenti, quando si è riferita, & aggiustata la causa, essendono impediti, debbiano mandar il loro voto nella forma, che stà ordinato nel capitolo 13. di questa pragmatica.

Non summatur propter breuitatem.

Idem Ibid. num. 5. L. IX.

VOlemo di più, che da i decreti, e prouisioni, che si faranno, nominandosi aggionti, non si possi appellare, nè reclamare, nè dire de nullità. etiam apparente dall'istessi atti, ò per notoria giustitia, restando solamente alle parti facultà di ricusar detti aggionti, come di sopra è detto.

Non indiget summario.

Idem Ibid. num. 6. L. X.

OLtre di ciò ordinamo, e comandiamo, che in nullo modo s'impedischi il processo delle caute, ne l'espeditione di esse, sotto pretesto, che alcuna delle parti habbia dato supplica, ò memoriale à noi, & al Regio Collaterale Conf. ò al Presidente di quello di Capuana, dimandando vnion di Rote, ò aggionti, ò che la causa s'espedischi nel detto Collaterale, ancorche in dette suppliche, ò memoriali fusse ordinato, che s'intimasse la parte, ò che alcun Regẽte ne facesse relatione, ò che il Commissario della causa in scritto, ò in voce lo referisse, ma vogliamo, che si procedi à tutto quello, che s'hauerà da fare, non ritardandosi per dette suppliche, ò memoriali, ne il processo, ne l'espeditione de i negotij.

De Lecturis, Relationibus, et Votis in ciuilibus. Tit. CXXII.

Ponitur modus dandi vota.

Rit. 98. L. I



ITem seruat ipsa Curia quãdo disputatus est processus, & deinde secũdum ordinem dictæ Cur. est visus per oẽs Iudices, seu examinatus in Camera, Iudices, qui debent dare sententiam, simul cum Regente, prout continetur in alia obseruantia, ponunt manum suam in processu, hoc modo in fine processus, videlicet. Fiat sententia condemnatoria per quam dictus T. conuentus condemnetur ad dandum, tradendum, & assignandum dicto T. conuento in prædicta causa, domum prędictam, & ita videtur mihi Francisco Derapolano de Senis Legum Doctori, dictæ Cur. Iudici, & ego Henricus Acconzaiocus Iudex dict. Cur. concurro, quod nota.

Non indiget summario.

Ferd. I. Rex Prag. 9. de off. S.R.C. L. II.

EX Consiliarijs Consilij nostri Sac. pro causis, quæ ipsis commissæ fuerint expediendis, cuilibet diætas duas, vnam diffinitiuis pro sententijs, alteram pro incidentibus concedimus, sic, vt ab antiquiori sumatur initium, temporum deinceps inter ipsos prærogatiua successiuè seruata, nisi aliud ex causa à Præsidente præfato ordinatum fuerit.

Non indiget summario.

Idem Prag. 11. eod. L. III.

QVoties per aliquem ex Consiliarijs relationem fieri contingat collegis cæteris mandamus; vt silentium inter se tantum præstent, & aures à principo ad finem vsq; referenti intentissimas præbeant.

Non

Non indiget summario.

Idem prag. 12. eod. L. IV.

SI processus alicuius relatio per aliquem ex Consiliarijs semel cæpta sit; causam ad relationem deductam: donec prorsus expedita sit, alterius processus relatione turbari, atq; interrũpi prohibemus, idque iuxta tenorẽ Const. Reg. præsenti decernimus hactenus male seruatam fuisse, audiuimus.

Relator, & collegę in S. Conf. facta relatione faciant discussionem, & dent vota, vt infra.

Idem. Prag. 13. eod. L. V.

POst causæ relationem, cum pensitata omnia ad illam spectantia, atque discussa fuerint decernimus, vt per eum, qui in Consilio præsidebit, vota exquirantur, in quibus explicandis relatorẽ, ipsiusque Collegas, si fortè plures fuerint, primum locum habere volumus, arguendi ad partes, relatori potestatem concedentes, ita tamen, vt in alterutram partem tandem præcisè, ac sine conditione concludat, post quem pari modo alij quoque Consiliarij, quo fuerint ordine interrogati, secundum Deum, rectamque animi conscientiam, libere, atque simpliciter vota sua, sententiasque explicabunt, nisi ex dictis, & allegatis per alios repetentes, satis .n. fuerit opinionem, in qua sint, declarare: quã tãtum, si nouis rationibus, iuribusq; comprobare, voluerint, ad faciẽdum potestatem esse mandamus, pariterque concedimus, si è contra ab opinantium sententia discedere, vel aliter sentire voluerint, opinionem, vt sua rationibus firmare, & in contrarium deducta cofutare queant, nec relatori, vel alijs ex Consiliarijs licere volumus, collegam, suam dicentem sententiam, perturbare, nisi aliter se rem habere, quam ab eo, qui sententiã dicit præsupponetur, vel aliquid aliud in facto admonere voluerint.

Secretarius intersit exquisitioni votorum in S. C. & Præsidens concludat. & Secretarius notet in libro vota, & conclusionem, vt infra h. d.

Idem ibidem. L. VI.

VOtis autem omnibus exquisitis, rẽ de qua agitur, discutere modestè pro veritate inquirenda, Consiliarijs licere annuimus etiam si libros inspicere opus extiterit quo iustitia clarius elucescat. Idemq; Præsidens ab opinionum pluralitate concludere teneatur. Dum vero vota exquirentur, Secretarium Cõsilij solum antedictis interesse iubemus, qui Præsidentium cuiusq; vota, ac demũ conclusionem, quæ facta fuerit, in modum qui sequitur, in Registro annotet, v3. die, &c. Præsidentibus in Cõsi. &c. In tali causa, &c. Conclusum fuit &c. Ac mox notulam per relationem, vt infrà proximè, dandam inserat.

Non indiget summario.

Idem prag. 17. eod. L. VII.

COnsiliariorum vota nostrorum, tam ante, quam post latam sententiam, arcano velari silentio mandamus, quapropter si quisquam, siuè Consiliarius, siue Consilij Secretarius, actorumuè Magister, aut Hostiarius illa detexerint, priuationis officij pænæ, atque etiam Maiestatis nostræ arbitrio decernendæ, teneri volumus.

Non indiget summario.

Idem Prag. 18 eod. L. VIII.

REelationes de incidentibus, quas per Magnam Curiam Vicariæ, aliarumque Curiarum Iudices Sacro fieri in Consilio prouisum est Mercurij tantũ die, venturo tempore faciendas, decernimus, nè ab illis res aliæ, per Consilium agendæ, vt hactenus factum est, impediantur. Itaque in posterum, alio sine monitu, partes, vt ad eandem audiendam relationem in Consilio compareãt, monitæ censeantur.

Non indiget summario.

Feder. Rex Prag. 8. de off. Prot. Cæsar. nu. 2. cap. 3. L. IX.

ITem mandat, & ordinat Regia Maiestas, quod in causis decidendis, debeant votare Præsidentes, & si opus exegerit

gerit, adhibeantur Rationales, & demum causæ ipsæ per Locumtenentem, iuxta vota præfatorum, & non aliter terminentur, & decidantur.

Non indiget summario.

Ferdin. Cathol. Rex Pragm. 13. de offic. S. R. C. L. X.

ITem quod postquam fuerit causa disputata, non possit alia referri, seu votari in dicto Consilio donec illa fuerit votata, nisi iusto impedimento existente, possit etiam, si causa fuerit ardua, & dubia, differri votare dictam causam per tres dies tantum, & interim possint referri aliquæ causæ breues, quæ infra illud tempus possint expediri, vel aliquæ causæ summariæ, quæ de sui natura non sequuntur ordinarium.

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 5. L. XI.

ITem quod si causa fuerit cœpta votari, & relator dedit votum suum, non posit differri votari per alios, sed, ante quam recedatur à loco Consilij, votetur per omnes, nisi appareat, & emergat tale dubium, quod videatur etiam illis, qui votauerunt, vel maiori parti Consilij, q debeat differri in crastinum.

Non indiget summario.

Idem ibid nu. 6. L. XII.

ITem quod causa votata, debeat scribi in continenti conclusio dictæ causæ, communi voto, vel in discordia antequã recedatur à loco Consilij: Et facta, & scripta conclusione votorum, non posit mutari substantia dictæ conclusionis inconsulta Regia Maiestate, vel illius Locumtenente generali; sed secundum ipsã conclusionem, debeat omnino ferri sententia infra sex dies immediatè sequẽtes.

Non indiget summario.

Idem Prag. 16. eod. L. XIII.

ITẽ postquã facta fuerit relatio de aliquo incidẽti, vel emergẽti per aliquẽ ex Regijs Consil. debeat votari immediatè, antequam de alijs incidentibus fiat relatio, nisi ex aliqua iusta causa differatur: & tunc non possit differri nisi vsque ad sequentem diem, & interim alia expediri, excepto casu impedimenti relatoris.

Iudices M. C. V. non publicent vota, nisi quando sunt simul congregati in Tribunali, & tunc nullus adsit, & iudicetur iuxta vota maioris partis. Et pariter iuxta vota maioris partis cum interuentu, & voto Aduocati Fisci fiant cõpositiones. d. h.

1516. D. Raimundus de Cardona Prorex Prag. 5. de off. M. Iust. nu. 2. L. XIIII.

ET più perche intendemo, ch'alcuna volta lo votare, & publicare de loro voti, & pareri, che fanno alcuni delli Giudici, ne sequitano molti disordini, & molte volte si fa pregiuditio alla ragione delle parti, & interesse al Regio Fisco, per tanto ve dicemo, & ordinamo, che da quà auanti per qualsiuoglia causa, ò quesito colore non permettiate, ch'alcuno di voi Giudici dichiari suo parere, & voto, se prima tutti quelli Giudici, che si trouaranno nel Palazzo di questa Gran Corte, non si ritireranno insieme in secreto, & discutino, & tutti insieme votino, senza far intendere à persona alcuna la disparità de voti, quando occorresse, con fare giudicare quello, che vota la maggior parte, come è il douere, & solito, & cosi vogliamo, che si osserui nelle compositioni, che s'hauranno da fare, quali vogliamo, che si faccino con interuento, & voto dell' Auocato Fiscale, & non vogliamo altramente.

Non indiget summario.

1532. D. Petrus de Toleto Prorex prag. ead. L. X V.

ITem che detti magn. Regente, e Giudici debbiano discutere, & votare secretamente, & giuntamente, & non separatameute l'vno dall'altro, massime nelle cause criminali, & tangenti al Reg. Fisco con interuento del Magn. Auocato, & Procurator Fiscale, si come è solito.

Non

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 4. L. XVI.

ITem perche habbiamo prouisto, & ordinato, si come per la presente ordiniamo, che tanto nel votare di dare li tormenti, come in tutte le altre cose importanti, interuengano tutti li Giudici, ò la maggior parte di loro, & si voti secretamente, & si essequa il voto, & parere della maggior parte, & nelli decreti si sottoscriuano tutti, secondo è determinato, tanto qlli, che ci cõcorreno, quanto quelli, che non ci concorreno, & possa ciascuno poner il suo voto à parte nel libro, si come è stato sempre costumato, & che non sia persona alcuna, che presuma quelli riuelare, senz'ordine di tutti, & l'essequire di detti decreti si faccia per chi sarà ordinato.

Non indiget summario.

Idem ibid. num. 5. L. XVII.

ITem si debbia attendere, & osseruare l'ordine solito di scriuer delli decreti, & voti giuntamente nel palazzo della Gran Corte della Vicaria, & secretamente, & notarsi in libro, qual libro debbia detener in bãco deputato à questo effetto, con due chiaui, vna dell'Attuario, che scriue, & l'altra del Magnifico Regente, & quelli voti si habbian da scriuer per quel mastro d'atti, che fà il mese.

In S.C. Quot votantes debeant esse, quid agendũ in paribus votis, qui interesse possint hęc lex declarat.

1533. *Carol. V. Imper. Prag. 41. de off. S. R. C. num. 3.4.5.6. L. XVIII.*

PRæterea circa debitam causarum expeditionem, vtque litigantium votis consulatur, decernimus, quod in qualibet, tam condemnatoria, quam absolutoria sententia, summæ, seu valoris ducentorum ducatorum vsualis monetæ ipsius Regni, aut inde supra, tria vota conformia interesse debeant, quod si in altera ex dictis aulis illa non interfuerint, & causa, siuè lis summam, seu valorem mille ducatorum dictæ monetæ attigerit, tunc Præsidens dictarum aularum, vnum, aut duos doctores alterius aulæ nominare teneatur, qui decisioni dictæ litis interesse debeant. In casu vero, quo mille ducatorum summã excederet, in tali discordia, ambæ aulæ interueniant; quod si simul congregatis tria vota conformia non fuerint, sed paritas eorum, in huiusmodi paritatis euentum, ad te Proregem recursum haberi volumus, qui Iudices collegas, non suspectos, illico deputare, aut ex isto Regio nostro Collat. Consilio, aliquem seu aliquos illuc mittere tenearis, qui cũ doctoribus dictarum aularum, ad huiusmodi litis decisionẽ congregentur, quando autem causa, seu lis summam, seu valorem dictorum ducatorum ducentorũ non attinget, duo dumtaxat vota conformia sententiam proferant, & in casu paritatis Præsidens prædictus, alterius aulæ doctorem nominare curet, donec dicta duo vota conformia concurrant. Quoad vero faciliores litium decisiones, vtque pauperes litigantes indebitis expensis non grauentur: Volumus, atque committimus, quod quando Præsidenti & doctoribus Consilij prædicti Sanctæ Claræ, videbitur se binatim congregare, litesque citra valorem ducentorum ducatorum quascunque audire, & determinare valeant, quod si forsan concordes non fuerint, alius vt supra eis addatur. In causa enim minoris summæ, seu valoris dictorum ducatorum ducentorũ in tribunali M. C. V. aut alio quocunq; tribunali, siue istius Regni Audientia prius decisa, quando super ea in dicto tribunali Sanctæ Claræ cognosci contigerit, prima sententia diffinitiua horum Consiliariorum, pro vltima decisione seu determinatione talis litis habeatur, à qua appellari, supplicariue, aut aliter recursus haberi minime valeat; nisi in casu quo scripturarum, aut dictorum, & testium falsitatem allegaret, tunc enim permittimus, quod sententia prius executioni mandata, pars dictam falsitatem alle-

allegans audiatur, quod si Iudicibus bene sic esse videbitur, efficiat, vt pars sententiæ executionem petens, idoneè caueat, vt si in reuisionis gradu reuocata fuerit, effectum habeat talis reuocatio.

Si vero causa, siue lis, tametsi minoris summæ, seu valoris ducentorum ducatorum in Consilio primæ instantiæ tractata erit, aut in alio tribunali diffinitiuè decisa non fuerit, in quolibet dictorum casuum, locum esse reuisioni iubemus, quemadmodum in causis maioribus supra dictum est,

Circa ea etiam, quæ secretum dictum nostri S.R.C. Sanctæ Claræ maximè cõcernunt, opportunè consulentes decernimus, & iubemus, quod tempore votationis, & conclusionis causarum, soli Iudices, qui eas votare, concludere, & decidere debebunt, & nullus alius præter eos, etiam si Consiliarius fuerit, præsens esse debeat.

Non pandantur vota.

1539. *Idem Prag.6.de Off.Iud. & Prag. 5. de off. M. Iust. num. 7. L. XIX.*

CVm vero ex propalatione eorum, quę in consilijs, & tribunalibus nostris geruntur, & præsertim votorum in causis, quæ in his tractantur, magnum inconueniens, & obsequio nostro, & rectæ administrationi iustitiæ, sequi posset: Volentes huic morbo (vt par est) debite mederi, statuimus, & interdicimus, ne cui Consiliariorum, aut officialium nostrorum cuiuscunq; authoritatis, & qualitatis sit, liceat liberumve sit, consilia, & negotia in præfatis consilijs, aut Tribunalibus agitata, & discussa, cuiquam hominum aperire, seu declarare, neque votorum sententiam, vel ante, vel post decisionem causarum reuelare: volumus etiam, quod vota dictarum causarum expediendarum illicò annotentur, pro maiori parte votorum, quæ fuerunt, in secus vero facientes, vltra iræ, & indignationis nostræ grauissimæ, & priuationis officiorum, pœnas alias, nostro arbitrio reseruatas, exequi mandabimus.

Non indiget summario.

Idem Prag.8.de off Proc.Cæs nu.3. L. XX.

ITem volumus, & mandamus, quod in causis decidendis, votare debeat Locumtenens, & Pręsidentes, & si opus fuerit, possit Locumtenens adhibere Rationales, prout negotij, & causæ merita exigerint, & iuxta vota maioris partis concludere, & terminare, ac iustitiam facere ęqua lance, prout hactenus extitit consuetum.

Vota nõ publicẽtur per Actuarios seu Scribas. h.d.

1558. *D. Federicus de Tolet. Prorex Prag. 21. de off. M. Iust. num. 34. & Prag. 29. eod. num. 61. L. XXI.*

ITem vogliamo, & ordinamo, che li Mastri d'atti, Subattarij, & Scriuani, sub pœna falsi oltre la pena infrascritta, non possano, nè debbiano notificare alle parti, nè ad altri gli voti, qual si piglieranno da gli Giudici di detta gran Corte nelle cause, che si trattaranno, fin che non sono firmati li decreti da detti Giudici, & publicati.

Non indiget summario.

Idem Prag. 10. de off. S. R. C. nu. 5. L. XXII.

ITem quod causæ, quæ primo fuerunt conclusæ, primo debeant expediri, & votari in dicto consilio: Quod intelligatur secundum ordinem causarum commissarum, singulis Regijs Consiliarijs, dummodo partes, vel earum Procuratores sint præsentes, vel altera ipsarum partium, quæ petat expeditionem causæ, exceptis causis priuilegiatis, & de sui natura summarijs, quę non habent sequi ordinem aliarum causarum plenariarũ; Attamẽ inter causas ipsas priuilegiatas, etiam seruetur ordo petitionis reseruato etiam arbitrio nostro Vige Regi, si sibi videtur ex iustissimis causis aliquam dictarum causarum extra dictam regulam expediri debere.

Non indiget summario.

Idem

Idem Prag. 11. de off. S. R. C. praeced. tenor l. Quoties sup. eod. L. XXIII.

IN hoc etiam detestandum inter Cōsiliarios abusū inualuisse accepimus, quem vti rectæ iustitię administrationi admodum contrarium, abhorrentes, illū nitus vitandum, præsentemq; sanctionē omnino obseruandam præcipimus.

Non indiget summario.

Idem Prag 12. de off. S. R. C. praeced. ten. l. Si processus sup. eod. L. XXIV.

COnstitutio illa pręsenti lege satis prouide facta, etiam post renouationem, & confirmationem istam male obseruata est. Mandamus propterea illam obseruari cum temperamento, de quo in præcedenti sanctione facta super ordine expediendarum causarum.

Discussio non fiat inter Consiliarios post data vota, & Secretarius non interueniat, neque annotet, sed annotationem faciat vltimus Consiliarius.
Votans non interrumpatur.
Votare debens antequam votet, nullo signo pandat votum. h. d.

Idem Prag. 13 de off. S. R. C. praecedente tenor. l. Post causa sup. eod. L. XXV.

NOn defuere in præsenti explicandorum votorum tractatu, post has Regis Ferdinandi ordinationes, aliæ subscriptæ, per Catholicam Maiestatem felicis recordationis editæ, huiusmodi sub tenore.

Sequitur tenor l. item quod postquam cum duab. seq. sup. eod. & deinde.

PRædictas Catholic. Regis institutiones super explicatione, descriptioneq; votorum, & alijs in eis contentis circumspectèq; satis, & considerate factas renouantes, iuxta illarum seriem præcipimus obseruari, ijs tantum, quæ in prima dediscussione inter Consiliarios post explicata vota, ac in ea, & alijs suprascriptis de interuētu Secretarij, ac illius annotatione disposita sunt omnino explosis, sed secundum morem diutius obseruatum, quæ in ijs de Secretario tradita sunt, per Commissarium vltimum in aula Commissarij residentem, fiant, & describantur in diffinitiuis omnibus, ac etiam interloquutorijs, magnæ importātiæ, & in alijs, vbi votorum diuersitas interuenerit, in quorum quidem votorum explicatione nedum votantem ab alijs interrumpi modo aliquo nolumus, vt in pręmissis statutum est, sed quod Cōsiliarius quisque, ac etiam Præsidens, antequam votandi locum sibi competere cæperit, verbis, signis, aut quouis modo; in quam sit iturus, sententiam, significet, omninò prohibemus, contrafacientibus pæna non leui nostro arbitrio reseruata imminenti.

Non indiget summario.

Idem Prag. 16. de off. S. R. C. L. XXVI.

DVm autem contigerit de incidentibus relationem in Cōsilio fieri, seruetur institutio Cath. Maiest. tenoris subscripti videlicet.

Sequitur tenor l. item postquam supra eod.

Non indiget Summario.

Idem Prag. 24. de off. Proc Caes. L. XXVII.

ET vota notentur, & distincte scribantur cum annotatione diei per nouissimum dictæ R. Cam. Præsidentem Doctorem; & postmodum decisio facta, vt inde formari possit sententia, seu decretum, Notario tradatur, qui illam in libro notamentorū notare habeat, Quinterno alio votorum, nouissimi Præsidentis doctoris manu scriptorum, penes Locumtenentem remanente; qui illum in arca sub claui in tribunali diligenter conseruet.

Non est necesse quod in votando interueniat Procurator Fisci, neq; quod liber decretorum ponatur in banco cum duabus clauibus h. d.

Idem Prag. 5. de off. M. Iust. L. XXVIII.

CVmq; circa vota, & decreta, quæ pro expeditione causarum per eosdem Iudices proferuntur, & pro eorum executione, & propalatione promulgatæ fuerint à Carolo V. Inuictiss. Imperatore, Illust. D. Raimundo de Cardona, & Illust.

Illuſt. D. Petro à Toleto Viceregibus, Pragmaticæ, & capitula, decernimus, & iubemus, quod ad vnguem ſeruetur; ſed dum in capitulis D. Petri ſtatuitur, quod in votando, interueniat Procurator Fiſci, quodq; liber decretorum ponatur in banco cum duabus clauibus, quia neutrum ipſorum vſu eſt receptum, & decreta Iudicum, poſtquam ab eis ſubſcripta ſunt, ſtatim partibus intimantur, & omnibus innoteſcunt, propterea in ijs tantum non conuenit obſeruari, ſicut hodie non ſeruantur.

Sequitur tenor l. Et più perche l. Item che detti Magnifici cum duab. ſequent. ſup. eod.

Non indiget ſummario.

Idem Prorex Prag. 17. de off. Procur. Caſ. præced. ten. l. Conſiliarior. ſup. eod. L. XXIX.

EXtat Pragmatica Cæſ. Maieſt. recolendæ per ſęcula memoriæ, edita inter alias, atque impreſſa in Oppido Madritti die 11. Menſis Nouembris 1539. præcedenti conformis. Quas omnes ſub pœnis in ijs contentis, & alijs arbitrarijs, in ijſdem reſeruatis, rigidè explicandis, & exequendis obſeruari præcipimus. Mandantes Conſiliarios omnimodam adhibere diligentiam, votorum notitiam etiam à perſonis in præſenti ſanctione deſcriptis, nullatenus haberi.

Rationalis referens votat in R. Camera. h. d.

Idem Prag. 8. de off. Procur. Caſ. L. XXX.

Filijfam. denunciatio non admittitur, nisi cum obligatione ipsius, cũ consensu patris, vel absq; consensu patris; si habet Castrensia, vel quasi, vel cum obligatione expromissoris. h. d.

Rit. 201. L. VII.

ITem seruat ipsa curia, quod, quando venit aliquis, qui sit filiusfam, & vult denunciare aliquem, non recipit denunciationem, nisi cum obligatione vt supra, cui obligationi pater consentiat; Vel nisi constet curiæ, quod habeat de bonis alijs, de quibus possit solui dicta pœna, vt puta bona Castrensia in actu armorum quæsita, vel quasi Castrensia, vt id quod lucratur aduocatus, & procurator filiusfam. ex industria, cui similiter obligationi non assentiet pater. Et nisi sit aliquis, qui se sponte obliget non per modum fideiussionis, sed principaliter de soluenda dicta pœna, in casu quo non probauerit, vel concordauerit se sine licentia curiæ cum denunciato.

Capit. Regij, & Baronales non tenentur denunciare delicta R. A. nisi vt infra. h. d.

1616. Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 11. de off. Iud. nu. 38. L. VIII.

LE dette R. Audientie non facciano da quà auanti ordine alli Capitanei Demaniali, nè meno Baronali, che l'inuieno nota delli delitti graui, che succedeno in detti luoghi, non intromettendose nelle cause predette, se non in caso d'aggrauio; eccetto quando li parerà far ordine, che li diano auisi delli furti, & rompimenti di strada publica, che

che succedessero in loro territorij, ò d'alcuna comitiua, che andasse armando per la campagna; nel qual caso siano detti Capitanei obligati à darneli auiso, acciò possano darci il remedio, ch'è conueniente.

De Inquisitionibus. Tit. CLIV.

Non indiget summario.

Feder. Imp. Constit. lib. 1. tit. de inquisit. facien. L. I.



Nquisitiones generales per Prouincias, & partes Prouinciarum, vbi, & quando expedire viderint Iustitiarij facere non omittãt de malefactoribus, & hominibus malæ conuersationis, & vitæ, per se ipsos, Iudices, & Notarios suos, & non per alios simplices, quibus eas hactenus cõmittebant.

Pro faciendis inquisitionibus generalibus fiant edicta, obseruanda, vt infra h.d.

Idem ibidem. L. II.

COmminabuntur autem prędicti Iustitiarij, & comminationes obseruent, quod quicunq; de his qui præsentes coram eis fuerint, vel ad quorum notitiam edictum de inquisitione, generaliter facienda, peruenerit, super iniurijs suis querela, aut de mala fama, seu conuersatione cuiuspiam, vel de aliquo crimine, vel maleficio in prouincia patrato, veritatem non deposuerit, vel querelam, donec instantia faciendæ inquisitionis durauerit de maleficijs, vsq; ad illum diem in antea perpetratis, & iniurijs sibi illatis; vt accusator, aut testis nullatenus audiatur; nisi iustam, & probabilem timoris, vel ignorantiæ causam ostenderit repellendus, propter quam edicti tempore conqueri, vel super inquisitione deponere minimè potuisset.

Non indiget summario.

Idem Constit. lib. 1. tit. de Inquisit. Const. Hi qui. L. III.

DE specialibus autem causis, & ad singularium delationes contra singulares personas factas, ad inquisitionẽ criminalem faciendam minimè procedatur; præterquam in crimine læsæ Maiestatis contra personam nostram, vel nostrorum collateralium, perpetrato, vel nisi speciale conscientiæ nostræ mandatum, super inquisitione facienda, habeatur. In quibus causis dandam, vel negãdam inquisitionis copiam plenè per inquirentem, ad nos relatione præmissa, certificatum nostræ Maiestatis arbitriũ, prouida deliberatione mandabit; Quæ quidem relatio continebit conditionem deferentis, atq; delati, & nomen, & famam ipsius, criminis etiam qualitatem, testium numerum, & ipsas depositiones eorum, & per ipsas depositiones eorum, famam etiam eorundem, quatenus ipsã per inquisitionem summariam, Iustitiarius scire potest.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. IV.

IN prædictis etiam casibus, & omnibus alijs, in quibus inquisitio facienda est, secundum iura communia, vel nostri nominis sanctiones, exprimendũ est delatoris nomen, & omnes sollemnitates seruandæ sunt, quæ veteribus legibus, & nostris Constit. super delationibus, & delatoribus editis continentur, præterquam in eo tantum crimine læsæ Maiestatis nostræ, quod personam nostrã directò contingit. Vel nisi iusta, & probabilis per eum apud quem delatio facta est, videbitur causa timoris, propter quam delator in publicum prodire formidet. Nihilominus tamen inquisitor hoc casu omnia teneatur ex officio suo circunspectè prospicere, tam in personis productorum testium, quam in omnibus circumstantijs alijs, & specialiter quis sit zelus delatoris, aut causa, quæ ipsum ad ipsam delationem inducat, & generaliter sic omnia ex officio suo suppleat inquisitor, quod in aliquo ignorantia prædictorum delato nocere non possit, quæ si per inquirentem perspicaciter obseruata

uata non fuerint, inquisitio irritetur, denuo facienda, ipso nihilominus de dolo, vel negligentia, prout ex arbitrio nostro processerit, condemnando.

Pro generalibus inquisitionibus non fiant compositiones, sed procedatur ad decisionem absolsoluendo, vel condemnando, vt iuris; data copia repertorum, & defensionibus.
Inquisitiones non fiant nisi in Terris, in quibus inquiri debet.
Notati in eis non trahantur post inquirentes. h.d.

Carol. I. Rex cap. 16. L. V.

ITem, quod prædicti Iustitiarij occasione generalium inquisitionũ, quas per se cum Iudicibus, & actorum Notarijs faciunt semel in anno, nihil ab Vniuersitatibus, vel singularibus personis recipiant pro compositione. Sed secundum merita probatorum ex inquisitione ipsa ad condemnationem, vel absolutionem, sicut fuerit de iure, procedant, data copia probatorum, & admissis defensionibus illorum qui per inquisitionem tanguntur. Et easdem inquisitiones in terris, in quibus inquiri debet faciant, & non extra. Nec alios qui in ipsa inquisitione notati sunt post se trahant, vt hactenus propter extorsionem malefieri consueuit. Et si contra factum fuerit processus non valeat ipso iure, & emendari faciant damna passis. Et tam ipsi, quam Iudices, & actorum Notarij pro nostræ volũtatis arbitrio corporaliter puniãtur.

Inquisitiones non committantur per Iustitiarios.
Officia quæ possunt committi committantur personis de Prouincia, qui non sint familiares, aut stipendiarij Iustitiariorum: aut qui prece, vel pretio impetrant. h. d.

Idem cap. 36. L. VI.

ITem Iustitiarij inquisitiones super criminalibus non committant, alia vero officia, quæ committi possunt, committant fidelibus, & idoneis personis de prouincia eis decreta, qui non sint de familiaribus, vel stipendiarijs secum morantibus, itaq; nihil recipiant pro commissione ipsorum officiorum, nec eis cõmittant, qui prece, vel pretio impetrãt. Et si contrafecerint, ad pęnam medię libræ auri pro qualibet vice nostræ Curiæ teneantur. Et id, quod turpiter soluitur, deferatur in Fiscum.

Inquisitiones generales fiant semel in anno ad specialem, nempe contra specialem personam, vel de speciali crimine non procedatur, prætextu generalis inquisitionis.
Sed vbi adest speciale mandatum Regis.
Seu in casibus à iure permissis.
Seu vbi M. Iustitiar. Regens, & Iudices pro maiori votorũ parte iudicauerint debere procedi. h.d.

Carol. II. Rex cap. 142. L. VII.

GEnerales inquisitiones singulis annis semel tantum in locis singulis per Prouinciarum Præsides fieri volumus. Nec sub prætextu generalis inquisitionis descendat ad specialem, specialiter inquirendo contra specialem personam, vel de crimine speciali, nisi de nostro speciali mandato, aut in alijs permissis à iure casibus specialiter inquiratur. His addicimus M. C. nostræ Magist. Iustitiarium, vel eius Locumtenentem, & Iudices ipsius M. C. nostræ posse vbi concorditer viderint omnes, vel maior pars eorum inquirere, & inquiri facere de speciali crimine, & contra specialem personam.

Non indiget summario.

Carol. II. Rex. cap. 149. L. VIII.

DE iniurijs, offensis, maleficijs, atq; culpis quibuslibet, religiosis, clericis, & ecclesiasticis personis illatis, vbi nullus accusator apparet, ex officio inquiratur, nostro, vel nostræ Curiæ non expectato mandato: & iniuriatores, seu malefactores pęna debita puniantur.

Committitur, quod fiant speciales inquisitiones de delictis, pro quibus veniret imponenda pœna sanguinis, si sunt offensæ personæ Ecclesiasticæ, pupilli, viduæ, & miserabiles personæ, tam si nullus adest accusator, vel denunciator, quam si affuit, & destitit. Quoad inquisitiones de homicidijs clandestinis obseruetur Constitut. Reg. h. d. cum l. seq.

Carol. II. Rex cap. 218. L. IX.

VT pœna merita puniat commissa delicta, & ipsius impunitas sceleribus viam non aperiat largiorem. Ecce tibi

tibi præsentium tenore committimus, quod de specialibus causis ad singulorũ delationes contra speciales personas ad inquisitionem de criminibus, quæ sanguinis pœnam ingerunt, ex officio tuo procedere valeas si accusator idoneus non apparet vbi personæ ecclesiasticæ, pupilli, viduæ, debiliores cum à potente lęduntur, vel alterius personæ miserabilis flagitum est commissum. Si vero accusator, vel denunciator ab accusatioue vel denunciatione desistit illicitè, seu timore per specialem inquisitionem, vel ex officio tuo similiter contra nocentem reum sine trepidatione procedas, prout noua nostri nominis constitutio seriose declarat. In homicidijs autem clandestinis, vbi nullus accusator appareat inquisitionem facere poteris sicut per Regni Constit. veterem est statutum.

Robert. Rex ibidem *L. X.*

PRidem per diuersas vices dñus Pater noster statuta edidit, sub seriebus, & tenoribus, qui sequuntur.
Sequitur ten. l. prox. præced.

Potest procedi ex officio pro delictis notis, publice diuulgatis, manifestis, vel euidentibus, seu quæ fama publica arguit ad Regis beneplacitũ. Pro alijs vero fiat relatio distincta cum circumstantijs, Regi, vt possit prouidere. h. d.

Idem cap. 219. *L. XI.*

CVra nobis specialis incumbit, & in affectu præcipue gerimus, vt opportunis remedijs per noua suffragia maleficia compescamus, sane contingit interdum publica delicta committi, quæ non sunt publice diuulgata, nec manifesta, vel euidentia, seu fama publica ipsa flagitia arguente quodammodo, quorũ tamen nullus accusator, vel delator apparet. Volumus igitur, & præsenti edictione præscribimus, vt in præmissis casibus, vsq; ad voluntatis nostræ beneplacitum, ex officio tuo ad punitatem scelerum, iustitia mediante procedas, vt punitis criminibus vndecũq; claruerint, malorum refrenetur audacia, & proborum innocentia remaneat in quieto. Volumus igitur, & fidelitati tuæ mandamus expresse, quatenus statuta ipsa, vsq; ad nostrum beneplacitum debeas tenaciter obseruare. Si vero aliqua crimina committi contingerit in tuâ iurisdictione, super quibus nullus contra maleficos accusator apparet. Nec aduersus eum potes ad inquirendum, ex dictorum statutorum vigore, procedere, nomina, & cognomina maleficorum ipsorum, dum debitis circumstātijs, commissorum criminum qualitatem, conditionem illorum, qui ex inde infamantur, & personarum contra quas commissa dicuntur, Maiestati nostræ iuxta tenorem noui nostri capituli, studeas seriosius intimare, vt iuxta mandatum nostrum ad inquisitionem specialem contra eos, si nobis videbitur facienda, consultius in prædictis procedas præsentes autẽ &c. Data &c.

Potest, & debet procedi ex officio vbi lęsus non potest pro sua instare iniuria & iustitia experiri. si id summarie constat Iudici. h. d.

1324 *Carol. Dux Calabriæ Vicar. Regn. cap. 227.* *L. XII.*

COntingit plerumq; percussum sic lædi grauiter, quod suam non potest iniuriam prosequi, nec adesse præsens in cõpetenti aliquo Tribunali. Quo fit, vt cum digna culpæ differtur vltio, iudicantis animus ad illam, in recenti calentior, pigeat, & à motibus excitati iudicij refrigescat. Ne igitur coerctio publica pereat aut mordens tepeat disciplina, præsentis ordinationis edicto præscribimus, vt in præfato casu, quo læsus pro sua nequit instare iniuria, seu iustitia experiri, vbi accusator deficit, si de ijs Iudici constet summariè, suppleat hoc iudicantis officium, & ipsius solertia per suæ indignationis studium prosequatur.

Non potest procedi ex officio, absque accusatore, & denunciatore, nisi in casibus infrascriptis.
Vbi imponitur pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abscissionis membri.
Vbi commissum est flagitium in personam Ecclesiasticam, vel pupilli, vel viduæ.
Vbi est commissum homicidium clandestinum. processus non sunt formandi ex fama h. d.

1324 *Robertus Rex cap. 236.* *L. XIII.*

Vt

VT delatas ad nostram Audientiam sæpius de processibus (qui per non nullos Prçsides Regni nostri Siciliæ, per officiũ, indistinctè quodammodo, cõponebantur) querimonias, grauesque vndiq; profectò molestas sensibus, sedaremus, nec omitteremus optima remedia circa refrænandam peruersorum audaciam ad patrandum delicta, quin potius in puniendis eisdem, vbi facti qualitas deposceret iustitię rigor exercẽdus adesset. Præhabita pridiè consulta deliberatione prouidemus, ex nunc in antea, nulli prorsus ex officio fiant, præterquam in subscriptis casibus, nostra limitatione restrictis, vbi v3 imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscissio, & cum in personam ecclesiasticam, vel pupilli, ac viduæ, flagitium est commissum, & super homicidijs clãdestinis, vbi nullus accusator appareat, in quibus etiam per ueterem Constit. Regni specialis permittitur inquisitio facienda: fidelitati itaq; vestræ harum serie iubemus expressè, quatenus præscriptis deliberatione, ac prouisione diligenter attentis, seruatisq; tenaciter, & fama deferente clamorem (vt fieri cõsueuit huc hactenus, non sine eiusdem inique, vsurpationis abusu) à processibus vestris repulsa penitus, & exclusa, tam in præfatis casibus, quam alijs quibuscumq; criminibus ex fama, & vbi accusator, vel denunciator legitimus non appareret. (Præterquam in præmissis casibus, iá dicta limitatione restrictis, in quibus etiã nõ ex prędicta fama, sed accusatore, seu denunciatore legitimè comparente) per officium procedere nullatenus prçsumatis. Nos enim omnem processum per vos contra præsentem iussionem nostrã fortassis habendum, irritum ex nunc fore decernimus. Datum &c. anno Domini 1324. die 12. mensis Iulij septimæ ind.

Non potest procedi ex officio, nisi in casibus sequentibus.
Vbi imponitur pœnã mortis naturalis, ciuilis, vel abscissionis membri.
Vbi est illata iniuria personæ ecclesiasticæ, pupilo, vel viduæ.
Vbi est commissum homicidium clandestinum.
Et in his casibus potest procedi ad tempus.
Ex fama non sunt formandi processus. h. d.

1329 *Idem Capitan. &c. cap. 237. L. XIV.*

SI temporum alternata conditio, legibus detrahens, noua interdum ex causa, edicta dat fieri; publicæ tamen commoditatis inspectio; iuri connexa illa, frequenter consultius suadet imitari; Cum enim in humanis actibus nihil fit omnino perfectum; Quod creditur quãdoq; proficuum, successu ipsis inuenitur, experientia docente, nociuum. Sanè moti pridem ad manifestas querelas assiduas, nobis factas, de processibus Officialium Regni nostri, prorumpentiũ sinè diffinitiua ad inquirendũ generaliter & specialiter ex officio contra quascumq; personas. Ex quo sępius cõtingere ponebatur, nonnullos, timentes processus huiusmodi à nostro dominio fugere, metu potius rigoris ipsius officij, quam læsæ conscientiæ criminum obiectorum. Nos præsentis temporis turbati, quod mansuetudinem exigit, potius quam rigorẽ, consideratione suasi. Procedi ex officio in quibuscunq; causis, siue criminibus duximus inhibendum, speciali à nobis edicto inde emanante, (vsque ad anni spatium, in nostris expressum edictalibus litteris, missis tibi) perpetuò valituro, vt per hoc interim silerent querelantium murmura, & pateret apertius quies pacis, si asperitatem lænitione vincente, ad mitigationem, excessuum, ac insolentiũ reducere adeuio, ipsa nostra fortassis (sicut sperauimus) foret editio profutura. Verũ sicut experimento facti, ex post facto perpendimus, in hoc mansuetudo nostra, quę prçfato causam dedit edicto, non profuit quin malorum audacia creuerit, seque ipsam ampliaret. Eligentes igitur perinde vtile fore aduersus maleficos rigere officium potius quam tepere præsertim, cum propter varietatem temporum non sit maleficis indulgendum, edictum ipsum deliberatione consulta immutantes. Volumus & fidelitati tuæ præsentium serie iubemus expressè quatenus iuxta punitionem scelerũ, edicto non obstante præfato, vsq; & per totum mensem Maij primo futurum, cum consilio Assessoris tui in subscriptis casibus, nostra nuper limitatione restrictis, vbi v3. im-

videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscissio, & vbi in personam Ecclesiasticam, ac Pupilli, & Viduæ flagitium est commissum. Et insuper in homicidijs clandestinis, vbi nullus accusator apparet (in quibus etiam per Const. Regni specialis inquisitio permittitur fieri) liceat ex tui officij potestate procedere ac terminare processus alios ex officio per te ceptos, ipsius nostri edicti prætextu suspensos, ea tamen in his mode rationis, ac discretionis maturitate seruata, fama deferente clamorem, vt fieri assolet, à Processibus tuis in anteà prorsus exclusa, quod te ipso abuti officio quomodolibet propterea non contingat, cum omnis iniuria non sit officij asperitate plectenda, & constitutiones, atq; capitula, ordinationesq; aliæ pro bono statu fideliũ nostri Regni editæ, ad sanum intellectum, ac iustum, & æquum trahendæ sint potius, quam ad iniquum arbitrium, siuè compendium detorquendæ. Nos enim omnem processum per te forsitan contra nostram huiusmodi iussionem habendum, ex nunc irritũ fore decernimus, atq; nullum. Data Neap. anno Domini 1329. die 10. Februarij 12. indictionis Regnorum nostrorum anno 20.

Non potest procedi ex officio, nisi in casibus sequentibus.
Vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, seu abscissionis membri.
Vbĩ est illata iniuria personæ ecclesiasticæ, viduæ, vel pupillo, qui non possunt vindictam prosequi.
Vbĩ est commissum homicidium clandestinum h. d.

Idem cap. 238. L. XV.

NE tuorum, in ipso, quo fungeris Præsidatus officio prædecessorum reproba sequendo vestigia, processus tuos super excessibus absq; differentia protrahas ad officij potestatem, neuè maleficia, iuris rigore prætereant impunita in subscriptis casibus, vbi vʒ imponitur pęna mortis ciuilis vel naturalis, aut membri abscissio, aut vbi in persona ecclesiastica, pupilli, ac viduæ (quibus dumtaxat pro illata iniuria vindictam non est prosequẽdi facultas) flagitium est commissum, & insuper in homicidijs clandestinis, vbi nullus accusator apparet, per totum mensem Augusti futurum, vna cum consilio Iudicis, & Assessoris dati tibi per curiam, ex officio tuo, te discretè procedere volumus, & iubemus. Data Neap. &c.

Non fiant generales inquisitiones, sed procedatur ex officio in casibus à iure permissis. h. d.

Ioanna Regina cap. 279. L. XVI.

ITem quod prædicti officiales nullatenus de cætero audeant in Terris, & locis dicti Regni generales inquisitiones facere de criminibus, & delictis, etiam saltem semel in anno; sed contenti sint contra maleficos processus facere, per ordinarias vias iuris, & ex officio seu specialis inquisitionis indagine, in casibus à iure permissis. Cum, sit frequens fama notoria, quod officiales prædicti, qui pro tẽporibus retro actis fuerunt, ad huiusmodi inquisitiones generales faciendas prodierunt, & ex ipsarum inquisitionum processibus compositiones, & exactiones, & aceruos fecerunt pecuniarum, licet per capitula Regni essent inhibitæ, & non pro vigore iustitiæ, sed pro fine pecuniæ inquirebant.

M. C. pro verbis iniuriosis non procedit ad querelam; Pro alijs procedit ad querelam, sed non ex mero officio: exceptis criminibus ingerentibus pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, vel abscissionis membri. h. d.

1420. Rit 211. L. XVII.

STatuentes etiam insuper, & decernentes, earumdem tenore præsentium de dicta certa nostra scientia, quod nulla Curiarum prædictarum dictæ Ciuitatis Neapolis ex officio procedere posit de verbis iniuriosis ad denunciationem partis, sed per libellum accusatorium institutum, secundum Const. Regni, & iura communia procedere debeat, atque possit. In alijs verò criminibus, & delictis dicta M. C. V. procedere posit, & valeat, non ex mero officio, sed ad denunciationem partis, exceptis dumtaxat criminibus, & delictis vbi imponitur pæna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abscissio: Inquibus quidem casibus per ipsam

M.C. procedatur ſecundum iura communia, Regni Conſtitutiones, & capitula. Curia autem prædicti capit. Ciuit. noſtræ Neap. procedendo in criminalibus, & delictis contra quoslibet, per omnia ſeruent iura communia, Regni Conſt. & capitula, Ritibus, obſeruantijs, Priuilegijs, literis, & reſcriptis quibuſcunq; præſentibus forte contrarijs, ſub quacumque forma, & expreſsione verborum, etiam ſi de illis, ſpecialis eſſet mentio facienda (quibus, in quantum præſentibus refragantur, tenore præſentium, & de dicta noſtra ſcientia, totaliter derogamus) non obſtãtibus quoquo modo.

De Captura informationum, earumq; commiſſione, & conſignatione. Tit. CLV.

Non indiget ſummario.

1515. D. Bernardus de Villamari Prorex Prag. 19 de off. M Iuſt. nu. 9. L. I.



Tem vogliamo, che detti Scriuani Fiſcali incontinenti che ſi formano inquiſitione, & ſi ſono fatte le querele, denuncie, & accuſationi debbiano con diligentia pigliare informatione, & eſſaminare tutti li teſtimonij, che li ſaranno dati, & d'eſſe dare relatione all'Auocato Fiſcale, Regente, & Giudici, & ſubito fare le prouiſioni neceſſarie, che li ſaranno ordinate, & ſollecitare l'eſpeditione di tutte.

Informationes captæ diuidantur, & conſignentur vt infra. h. d.

1519. D. Raimundus de Cardona Prorex Prag. 21. de off. M. Iuſt. nu. 5. L. II.

ITem per alcuni degni reſpetti, & accioche le cauſe fiſcali ſiano, vt decet trattate, & ſenza riſpetto, s'ordina, & commanda à tutti Maſtrid'atti Fiſcali, che quelli che haueranno fatta l'inquiſitione di quel delitto, che s'oppone; detta inquiſitione, & proceſſo non debbiano dare in potere d'alcuno Giudice, eccetto, che di quello che per lo Regente li ſerà ordinato; per lo qual Regente ogni ſettimana ad minus per vn dì, dette inquiſitioni, & proceſsi ſi debbiano diuidere, & conſignare in potere di detti Giudici, accioche ſubito ſi eſpediſcano, & queſto ſi faccia per detto Regente, & ad inſtantia dell'Auocato, & Procurator Fiſcale.

Non indiget ſummario.

1525. M. C. V. Prag. 19. de off. M. Iuſt. num. 13. L. III.

ITem vogliamo, che detti Scriuani Fiſcali, incontinenti, che formaranno inquiſitioni, ò che li ſono fatte le querele, denuncie, & accuſationi, debbiano con ogni diligentia, pigliare informatione, & eſſaminare tutti li teſtimonij, che li ſaranno dati, & di eſsi fare relatione all'Auocato Fiſcale, Regente, & Giudici, & ſubbito fare le prouiſioni neceſſarie, che li ſaranno ordinate, & ſollecitare l'eſpeditione di tutte.

Non indiget ſummario.

1525. M. C. V. Prag. 19. de off. M. Iuſt. num. 16. 17. 18. 19. 20. L. IIII.

ITem quod incontinenti debeant capere informationem de delictis commiſsis, & in dictis querelis contentis, & recipere, & examinare omnes teſtes, quos habere poterint, cum diligentia.

Item interrogare, & capere informationem, ſi delictum eſt de nocte, apponere cauſam ſcientiæ, ſi Luna lucebat, vel ſi ibi erat lux, vel in claro aere.

Item interrogare, & examinare cum diligentia teſtes de fama contra inculpatum, & inquiſitum de delicto.

Item interrogare, & examinare teſtes ſuper mala fama, & infamia delinquentis, tam de delicto in ſpecie, quam in genere, vel in communi.

Item capere informationem de inimicitia inter offenſum, & inquiſitum.

Non indiget ſummario.

M. C. V. ibid. num. 21. L. V.

Item

ITem statim habita informatione de prædictis omnibus, vel altero ipsorum omnia notificare Aduocato Regij Fisci, vt prouideri possit, ac etiam Procuratori.

Non indiget summario.

M. C. V. Ibid. num. 22. L. *VI.*

ITem quod directè, vel indirectè non reuelentur, aut notificentur alicui probata, & contenta in inquisitionibus prædictis, & signanter inquisitis, vel alteri pro eorum parte.

Non indiget summario.

M. C. V. ibid. num. 26. L. *VII.*

ITem exprimere causas semper quando examinantur testes, & non dicatur super prædictis, & tota, sed dicatur, pro furto, pro vulnere, pro homicidio, seu alio delicto particulariter interrogando.

Scriba capiat ante omnia informationem de delicto in genere, & notet vt infra.

M. C. V. ibid. num. 29. 30. L. *VIII.*

ITem quod dicti Scribæ, & quilibet ipsorum debeant in primis, & ante omnia de delictis, de quibus formantur inquisitiones, vt puta hominem esse interfectum, vel vulnera illata letha capere diligentes informationes pro verificatione delictorum.

Item quod quilibet Scribarum prædictorum, sub pæna priuationis officij debeat quolibet die, quo informationes aliquas, seu querelas; vel denunciationes capit, annotare in registro, & scribere omnes inquisitos, seù querulatos, nominatos, siuè inculpatos quomodocumq; in informationibus, fideliter.

Non indiget summario.

M. C. V. ibid. num. 33. 34. 35. L. *IX.*

ITem quod Scribæ, & quilibet ipsorum statim formata inquisitione: siuè facta quærela, debeat cum diligentia interrogare partem offensam pro eius informatione, & instructione, & eamdem poni facere per extensum cum iuramento de toto facto, & causa, cum omnibus circumstantijs particulariter.

Item quod formata inquisitione, seu facta denunciatione de furto, siuè alio delicto, antè omnia debeat capere informationes, & cum diligentia verificare delictum, de quo agitur.

Item formata inquisitione de vulnere, statim casu, quo sequuta fuerit mors, capiatur informatio de morte, vel annotetur mortuus in actis formiter.

Non indiget summario.

M. C. V. Prag. ead. num. 38. L. *X.*

ITem quod quilibet ipsorũ Scribarum causarum criminalium, quando contigerit capere informationem, & formare processus debeat, & teneatur manu propria annotare in pede dictarum informationum propè nomen Actuarij principalis, eius nomen, ad hoc, vt sciri possit, per quem fiat.

Detur Aduocato, & Procuratori Fisci lista nominatorum in informationibus. h. d.

1532. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 22. de off. M. Iust. num. 7.* L. *XI.*

ITem che ogni settimana gli Actuarij criminali debbiano dare lista particolare, & notamento di tutti li delinquenti inquisiti, & querelati, & accusati, & nominati ne loro processi, & informationi al Magn. Auocato, & Procurator Fiscale, acciò che quelli possano far sollecitare, & essequire. Et detti Actuarij debbiano, & habbiano da osseruare tutte instruttioni, & ordini, sopra ciò fatti, alla pena della priuatione de loro officij.

Dicta testium integrè scribantur, tam pro Fisco, quã contra Fiscum. h. d.

1539 *Car. V. Imp. Pr. 6. de off. Iust. Prag. 21. de off. M. Iust. n. 8. Pr. 6. de Actuar.* L. *XII.*

ITem quia nobis datum est intelligi ꝙ commissis criminibus intus, vel extra Ciuit. Neap. Iudices, vel Actuarij seu eorum Scribæ, qui ad informationẽ capien-

dam accedunt, dicta testium super ipsis criminibus deponentium diuidere, eaq; integra, prout testes deponunt scribere quandoq; non consueuerunt, sed tantummodo scribunt id quod contra inquisitos, vel accusatos, testes ipsi pro Fisco nostro deponunt, si quid autem in fauorem reorum per easdem depositiones apparuerit, illud scribere omittunt, quod quidem mali exempli, magniq; præiudicij inquisitorum fortassè innocentium esse videtur, idcirco mandamus, quod in posterum quicumq; Iudex, Actuarius, siuè Scriba, ad informationes huiusmodi capiendas accesserit intus, vel extra Ciuitatem Neapolis, testium dicta super crimine, seu criminibus deponentium indiminuta, atq; integra recipiãt, receptaq; scribant adeoq; eorum, quæ deponunt, siue contra, seu pro inquisitis faciant, nihil omittatur: qui contrafecerint, tamquam officijs eorum abutentes, pœnis nostro, & Proregis nostri in dicto Regno, arbitrio reseruatis puniantur.

Scribæ adhibeant diligentiam vt infra in capiendis informationibus. h. d.

1554. M.C.V. Prag. 29 de off. M. Iust. num. 50. L. XIII.

ITem che detti Scriuani criminali nelle informationi, che piglieranno di qualsiuoglia delitto, ancora che la pigliano ad instantia del Reg. Fisco, & della parte querelante, debbiano vsare ogni diligenza, & verità, & cossi per l'vna parte, come per l'altra, & scriuere tutto il fatto, come il testimonio lo dice, non obstante, che alcuna cosa dicesse, che fosse in escusatione dell'inquisito; ma in tal caso debbia hauere l'auertenza di fare quelli interrogatorij, che conuengono, per conoscere, se quello che dice, con verità, ò con malitia lo dice, per escolpare l'inquisito, & in tutto debbiano osseruare la dispositione della R. Pragmat. sotto pena di esser castigati come falsarij, & altra pena ad arbitrio di essa Gran Corte.

Scribantur querelæ in informationibus.
Examinetur Medicus super qualitate vulneris.
Informationes captæ recognoscantur per Aduocatum, & Procuratorem Fisci. deinde asportentur ad Regentem, & committantur, & commissæ asportentur ad Commissarium.
Fiant perquisitiones, & notentur, ac remissiones quoque notentur.
Accedant Scribæ ad Regentem pro expediendis commissionibus, & subscribendis prouisionibus. h. d.

1554. M. C. V. Pragm. ead. num. 51. L. XIIII.

ITem che in tutte le informationi debbiano scriuere la querela, essendo fatta, & essaminare il medico super qualitate vulneris; & le informationi subito, che saranno pigliate, portarle à vedere all'Auocato, & Procurator Fiscale, & subito recuperarle, & portarle al Regente, & farle commettere, & subito portarle à chi se commetteno, & se l'inquisito sarà carcerato, debbiano far fare la perquisitione, per tutte le banche, & notarla nell'informatione, & similmente la remissione della parte: con ponere la giornata, alla pena di dui tari per ogni volta, che non si farà, per negligenza alcuna delle cose predette, & altra maggior pena ad arbitrio di detta Gran Corte, facendosi per malitia.

Item li Scriuani, ò detti Mastri d'atti ordinarij, informati delle cause, vengano al detto Regente à quell'hora, che hauerà finito di mangiare con tutti li processi, ò informationi, che s'haueranno da commettere, & quelle prouisioni, che s'haueranno da firmare; accioche esso Regente le possa spedire.

Non indiget summario.

1557. D. Franciscus Pacecbus Prorex Prag. 21. de off. M. Iust. nu. 27. Pragm. 29. eod. num. 58. L. XV.

ITem che detti Mastri d'atti, & Scriuani nelle informationi, che piglieranno siano tenuti, & habbiano da interrogare li testimonij ch'essamineranno, concernente il delitto, & tutto il fatto, & scriuere tutto quello, che depongono, seruata forma Regiæ Pragmaticæ.

Non indiget summario.

1559. Dux de Alcalà Prorex Prag. 6. de off. M. Iust. L. XVI.

VT plurimum iustitiæ administratio consistit in testium examine, ea propter summo studio per retro Reges, & ViceReges Regni huius, & nouissimè per nos fuerunt editæ prouisiones, quæ sequuntur, quas inuiolabiliter obseruari statuimus. Sequitur ten. l. itē quia nobis sup. eod.

Non indiget summario.

1559. Idem Pragm. 21. de off. M. Iust. sub nu. 5. praced. ten. l. item per alcuni sup. eod. L. XVII.

HOdie dietim committuntur causæ per Regentem, & ita volumus obseruari.

Non indiget summario.

1566. Philipp. II. Rex prag. 39. de off. M. Iust. num. 7. 28. L. XVIII.

POrquè nò esto en mano de lo Mastro d'atta, ò de otro Scriuano formar lo processo, como le paresciere, dependiendo dello la vida, y azienda de los presos, mādamos que se guarden inuiolabilmente las ordenes dadas sobre la forma que se ha da tener en la esamination de los testigos, que se toman por el Fisco, ò ad instantia de parte para information della Corte, y en la repetition dellos. Et infra.

Assi para remedio de los incōuenientes, y por indizios, que puedan resultar à los inquisidos, por non assentar los Mastredattas lo que diezen los testigos en su fauor, mandamos, y proueereis, que se guarde inuiolabilmente la Pragmatica hecha sobre esto por el Emperador mi Señor.

Non indiget summario.

1583 Dux Ossuna Sen. Prorex inter Priuil. Neap. fol. 174. L. XIX.

ITem supplicano V. E. se degni ordinare, che nelle informationi se pigliano contra delinquenti s'habbia da scriuere, per extensum tutto quello, che il testimonio depone per il Fisco, & inquisito: già che così sta ordinato per Regia Pragmatica, imponēdo pena estraordinaria à quelli Scriuani, & Commissarij, che questo non osseruassero. Mandat Sua Excellentia pragmaticam super hoc editam inconcusse seruari, transgressoresq; grauiter puniri, nedum pœnis in pragm. contentis, sed alia maiori, & grauiori, arbitrio Illustris Vice Regis, iuxta qualitatem casus infligenda.

Non indiget summario.

1592 Philipp. II Rex Prag. 10. de off & qua eis probib. nu. 4. L. XX.

POrque muchas vezes es necessario carcerar los delinquentes vnos cō otros y tambien mostrarse a los testigos, que los reconoscan, paraque se entienda, y veda la veridad, mando que a las tales carceracion se hable presente el Iuecz, y no se hagan d'otra manera su pena de suspēsion d'officio por vn año.

Scribæ informationes captas ostendant Aduocato Fisci. h. d.

Idem Prag. eadem nu. 7. L. XXI.

POr la pragm. esta mandado, que los Escriuanos criminales de la Grā Corte de la Vicaria lleue cada Domingo las informaciones q̄ hizieren de Officio, y los attos sobre ellas hechos al Aduogado Fiscal de la dicha gran Corte y parece por la visita que el dicho Aduogado Fiscal de la dicha gran Corte no las ha visto, ny reconoscido y se hauendo escusado con dizir que por ser Domingo el dia que la Pragm. señala, no lo ha hecho. Por tanto mando que da qui adelante los tales Escriuanos como fueren hazido las dichas informaciones vayan a dar cuenta al dicho Aduogado Fiscal el mismo dia, que la reciban, y el sea obligado à tomar la nota dellas.

De Perquisitione. Tit. CLVI.

Quolibet die de mane fiant perquisitiones vt infra hoc d.

1554 M.C.V.Pr.29.de off.M.Iust.n.53.L.I.

ITem quello Scriuano, alquale toccarà di fare il mese, & il libro delli carcerati,

ti, sia obligato, senz'aspettare, che li sia ordinato, ogni matina subito che arriuarà in Vicaria, far fare per tutte le banche le perquisitioni de carcerati, che saranno venuti la notte, ò il dì precedente, talche à tempo che si leggerà la lista di detti carcerati, si troui fatta detta perquisitione, alla pena di dui tarì per ogni volta, & altra riserbata ad arbitrio di essa Gran Corte.

Non indiget summario.

1576 Marchio Mondejar Prorex Prag. 42. de off. M. Iust. nu. 15. L. II.

IN lo fare delle perquisitioni de carcerati, ch'entrano la notte, & lo dì precedente, s'è concluso, che si debbiano osseruare, & s'osseruino in questo le Reg. Pragmatiche, che l'hanno bene, & con molta consideratione prouisto; e per questo il Fisco n'haue fatta instāza, & li Giudici l'hāno determinata conforme à giustitia.

Non indiget summario.

1583 Dux Ossuna Sen. Prorex inter Prim. Neap. fol. 173. at. L. III.

ITem se supplica V. E. resti seruita cōmandare con graui pene, che la perquisitione, qual s'ha da fare per ogni carcerato, se debbia fare fra 24. hore, essendo peso del Fisco farla fare in virtù delle R. Pragmatiche, & non fandosi, non debbia il Giudice ritardare l'espeditione del carcerato: Essendo infinite volte dal ritardare di dette perquisitioni successa morte di molti carcerati innocenti, oltre le grosse estorsioni si fanno dalli Scriuani per fare dette perquisitioni. Sua Excellentia mandat per Reg. Fiscum omnem solertem adhiberi diligentiam, quod Officiales, ad quos spectat, nullam, vel minimam negligentiam committant; quod si secus fecerint, seuerissima pœna ipsos officiales puniri mandat.

Perquisitiones non consignētur partibus ante liquidationem. h. d.

1616 Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 11 de off. Iud. nu. 58. L. IV.

PErche si fanno alle volte perquisitioni, & si consegnano alle parti senza liquidarsi, di maniera, che sole accadere, che se notino alcune persone di delitti, delli quali sono stati ò licentiati, ò assoluti; & di più spesso s'imputa alcun delitto, non al delinquente, ma ad altra persona; il che non succederia, se si liquidassero dette perquisitioni. Per tanto ordinamo, & commandamo, che non si possano dare dette perquisitioni, se non saranno prima liquidate, & certificate, sotto pena al Scriuano, ò Mastrod'atti, che ponerà la mano, la prima volta di suspensione dall'officio per vn'anno, & la seconda di priuatione.

De Citatione ad informandum, & ad capitula. Tit. CLVII.

Non citentur homines ad nouem, neq; cogantur ad se componendum. h. d.

Ioanna Regina cap. 282. L. I



Tem quod Iustitiarij de cætero non faciant vocari homines terrarum, & locorum commissarū eis Prouinciarum, ad nouem, neq; eos iubeāt sequi per Prouincias donec se redimant, tollaturq; pœnitus abusus, qui communiter in omnibus huiusmodi officialibus hactenus inoleuit deuocando, vt prædicitur homines Terrarum, & locorum ipsorum ad nouem, & de iubendo eos sequi per Prouincias, donec se redimant ab eisdem.

Scribæ procurent expediri citationes contra denunciatum, & registrari denunciationem; & ante lapsum peremptorij faciant interrogatoria, seu capita, & non permittant labi terminos. h. d.

Rit. 29. L. II.

ITem quod teneantur Fiscales facta, & data eis denunciatione per quemcunque denunciatorem facere citationē contra denunciatum, & denunciationem registrari facere in quaterno Locumtenentis, & in vltimo peremptorio citationum prædictarum facere interrogatoria, seu capita consueta, & non permitti labi terminos consuetos.

Non

Non indiget summario.

Ferdin. I. Rex Prag. 29. de off. M. Iust. n. 7. L. III.

ITem quod die sequenti, post denunciationes, & querelas expediantur citationes in forma, & seruientibus Fisci assignētur, qui sine mora exequantur, quod eis iniungetur, & mandabitur.

Non summatur propter breuitatem.

1486. *Idem inter Priuil. Neap. fol. 16. à t. cap. 14. L. IIII.*

ITem che quello cittadino di essa Città, & suo distritto, ò habitante in essa possa esser citato ad informandum Curiam, nisi expressa causa excepto in crimine læsæ Maiestatis. Placet R. M.

Non indiget summario.

1519. *D. Raimundus de Cardona. Prorex Prag. 21. de off. M. Iust. n. 2. L. V.*

ITem che li Mastri d'atti Fiscali fatta, che serà la querela debbiano con saputa del Regente, ouer d'alcuno giudice, ò Auocato, & Procurator Fiscale, fare la citatione contra li querelati, & consignar la alli Nuntij sopra ciò deputati, & quelli citati nell'vltimo peremptorio farli chiamare in banca, & chi non compare farlo bandire, & non pretermettano li termini consueti, eccetto se al Regente, ò al Giudice paresse farlo pigliare di persona.

Non indiget summario. Loquitur de Scribis M. C. V.

1525. *M. C. V. Prag. 29. de off. M. Iust. n. 23. L. VI.*

ITem quod incontinenti faciant citationes, & prouisiones necessarias, & ordinatas cōtra inquisitos, accusatos, aut querelatos secretè.

Relatio citationis in criminalibus qualiter, & per quem sit facienda hic declaratur.

1536. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 2. de citatio. L. VII.*

QVia, vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum, & prouidendum, vt tollatur ab inde omnis dubitatio, quæ fieri & allegari possit in citationibus contra prætensos delinquentes faciendis per magnam Curiam Vicariæ, & ne amplius possit in dubium verti, si reus, qui fuit citatus, & postmodum forjudicatus, fuerit legitime citatus, vel non, vel de relatione Nuncij citantis dubitari amplius contingat; statuimus, & ordinamus, quod in causis criminalibus, in quibus rei postulati erunt citandi in eorum domibus, seruetur ab inde capitulum Magnæ Curiæ Vicariæ statutum in citationibus faciendis in causis ciuilibus & mixtis. Addendo ad dictum capitulum, mandamus quod Nuncius qui fecerit dictam citationem iuxta formam dicti capituli, debeat præsentare citationem ipsam Magistro actorum causæ, qui debeat in pede dictæ citationis cōtinuare manu sua diem præsentationis dictæ citationis, & illam in actis inserere, cum relatione dicti Nuncij.

Citatio ad informandum in M. C. expediatur per vnum ex Iudicibus, cum subscriptione, & sigillo, visa prius informatione, & non aliter. h. d.

1540. *Carol. V. Imperator Prag. 3. de citatio. L. VIII.*

QVoniam hucusque citationes in causis criminalibus fieri, & extra Neapolim mitti consueuere, post solam informationem captam per vnum ex Magistris actorum: absque eo quod à Iudicibus inspectæ fuerint informationes, in graue damnum nonnullorum; Propterea statuimus, quod nulla post hac citatio expediri, & extra Ciuitatem Neapolis mitti possit, nisi sit prius inspecta informatio, capta, saltem per vnum ex Iudicibus, & per eum citatio sit subscripta, atque sigillata, si secus factum fuerit, actorum Magister falsi pœnam incurrat.

Non indiget summario.

1542. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag 44 de off. S. R. C. n. 3. L. IX.*

ITem si aliquis fuerit citatus per M. C. Vic. ad informandum, qui sit præsens, vel habitet in præsenti Ciuitate, seu in Pro-

Prouincia Terræ Laboris, vel etiam per triginta milliaria distet à M. C. si, antequam in eadem compareat, porrigat supplicationem in S. R. C. non audiatur, nisi primo comparuerit personaliter in M. Curia Vicariæ.

Informationes captę committantur; deinde expediantur citationes ad informandum, & ad capitula, & informationes consignentur, & custodiantur vt infra.

1557. D. Franciscus Pacecchus Prorex Prag. 21. de off. M. Iust. n. 25. Prag. 29. eod. nu. 55. L. X.

ITem che detti Mastri d'atti, & loro scriuani debbiano far commettere tutte l'informationi, che piglieranno quel medesmo dì, che le piglieranno seu saltim il dì seguente, & fare spedire le prouisioni necessarie ad informandum, vel ad capitula, come conuerrà: & spedite dette prouisioni debbiano subito portare l' informationi in potere dell'Auocato Fiscale, nella Banca di questa Gran Corte; le quali se habbiano à riponere in vn stipo, che si farà à questo effetto con due chiaui: vna delle quali vogliamo che s'habbia da tenere per il Regente, & l'altra per l'Auocato Fiscale, sin che compariranno l' inquisiti di dette informationi.

Non indiget summario.

1566. Philipp. II. Rex Prag. 39. de off. M. Iust. n. 1. L. XI.

EN lo que tocha al Tribunal de la Gran Corte, entendemos, que muchas vezes por malitia, ò negligentia del Mastrodatta ò Iuez, por no veer bene las informaciones del Fisco, se citan, para informar la Corte algunas personas por causas criminales liuianas y sin sufficiente probanza, ni hauer inditios para tortura, lo qual es contra lo que esta dispuesto por pragmaticas y ritos della dicha gran Corte, y dello si siegue notabil daño, y por que es razon que este se escuse en quanto fuere possible, mandamos que para remedio d'ellos, s' osseruen las dichas pragmaticas, y ritos, dando orden, que da qui adelante se tenga muy gran auertencia y consideration para que, las citatioues fuera d'essa Ciudad de Napoles non se hagan sin causa, y sin que primiero sea vista por el Iuez, conforme a lo que assi mismo esta dispuesto por Pragm.

Alguzerij M. C. V. matriculati, ac scientes legere, & scribere faciant relationes in citationibus ad informandum, & ad capitula, ad forindicandum, & super tenore instrumenti.

In alijs citationibus alij etiam facere possunt. h. d. cum l. seq.

1600. Comes de Lemos Senior Prorex Prag. 7. de citat. L. XII.

A Noi è stato presentato il seguente memoriale videlicet. Illustriss. & Eccellentiss. Sig. Il Procurator Fiscale del Regno fa intendere à V.E. come molte liti succedono tra parti in cause ciuili, & criminali, & in pregiuditio del Fisco, dalle referende, che si fanno dalli Alguzini, & Ronconieri di essa gran Corte, che non sapeno scriuere, che da diuersi, & dall'istesse parti si fanno fare le riferende, onde ne succedono, come s'è detto, liti grandissime: si supplica V.E. resti seruita commandare che li Alguzini della Vicaria matricolati, che sanno scriuere, facciano dette referende, & non altri, & questo dentro questa Città di Napoli, & lo riceuerà à gratia vt Deus &c. Et visto per noi il tenore del preinserto memoriale, volendo prouedere in ciò, come si conuiene per lo beneficio publico, & buona administratione della giustitia ci è parso farui la presente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che al riceuer di questa debbiate dar ordine, che li Alguzini di questa Gran Corte della Vicaria matriculati, che sanno leggere, & scriuere facciano solamente dette riferende, & non altri in questa fidelissima Città di Napoli in modo alcuno, che tal' è nostra volùtà, & intentione.

Idem ibid. L. XIII.

LI giorni passati fu per noi spedito ordine diretto à questa gran Corte del tenor seguente videlicet,

Sequitur ten. l. prox. præced. & deinde.

Et perche l'intention nostra è stata, & è di prohibire assolutamente li Alguzini de Vicaria, che non sapeano ne leggere, ne

ne scriuere di potere intimare, & fare riferende nelle citationi super tenore instrumenti ad informandum, ad capitula, & ad foriudicandum tantùm per l'interesse che s'è visto per esperienza, che ne risultaua al Regio Fisco. Però in quanto all' intimare, & fare riferende nelle altre scritture, volemo, che s' osserui quel che sempre s'è osseruato, & è stato solito per non impedirnose li negotij. Per tanto vi dicemo, & ordinamo, che così lo debbiate esseguire, & non altramente, che tal'è nostra volunta, & intentione.

Citatio ad informandum, & ad capitula non expediatur per Commissarios deputatos ad capiendā informationem, nisi causę cognitio, & decisio sit commissa. h. d.

1616. Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 11. de off. Iudi. n. 73. L. XIIII.

DI più ordinamo, che li Commissarij, che con commissione nostra, ò de altro tribunale vanno à pigliare informatione d'alcuno delitto, dopò che haueranno presa detta informatione, non se debbiano trattenere in citar ad informandum, & ad capitula li rei, eccetto se tenessero cōmissione di proceder nella causa vsque ad sententiam; perche douendosi poi per li tribunali, a quali se rimette detta informatione di nouo citar detti delinquenti, non hauendosi raggione delle citationi, & contumacie contratte auanti li Commissarij; viene la dimora, & trattenimento di essi Commissarij per conto di dette citationi, a non sentir d'altro, che di dispendio del Fisco, o delle parti; & di allungare il processo in dette cause.

De citationis ad informandum, & ad capitula reconsignatione, & contumaciarum accusatione. Tit. CLVIII.

Citationes notentur in libro. & infra terminum scriptor contumaciarum accuset contumacias, vt lapso triduo citati vocentur in banca. h. d.

1481. Ferdin. I. Rex Prag. 28. de off. M. Iust. n. 1. & 2. L. I.



ITem ordinatur scriptori contumaciarum, vt omnes citationes criminales, vel Fiscum tangentes in quinternio ad hoc deputando debeat scribere, & annotare; vt nec obliuione, nec malitia, possit Fisci iuribus praeiudicari.

Item scriptor contumaciarum infra terminum contumacias accuset; & omnes citationes Fiscum tangentes, in vltimo peremptorio termino Fisci scriptoribus consignet, vt elapso triduo, citati possint in banca vocari.

Non indiget summario.

1515. D. Bernardus de Villamari Prorex Prag. ead. n. 3. L. II.

ITem vogliamo, & ordiniamo, che lo scrittore delle contumacie, debbia annotare tutte le citationi criminali, & che toccano al Fisco, nel libro deputando à questo, con la particolare notatione à chi se consegnano, acciò che non si possano occultare, in pregiuditio della R. Corte.

Pro Fisco admittuntur accusationes contumaciarū, & quod citationes nō sint remissæ in termino. h. d.

1537. D. Petrus de Tolet. Prorex Prag. 5. de citatio. L. III.

PErche molte volte, che si citano gl'inquisiti, & querelati à riceuere li capituli, & procedere nelle querele, & inquisitioni; e molte volte per non s'accusare in tempo le contumacie del Fisco, se fanno molti inconuenienti, e dubij di potersi procedere alla forgiudicatione & altro, come conuiene. Però ci ha parso prouedere, acciò che li delitti non remanghino impuniti, come per la presente dicemo, & ordiniamo, ch'essendo citati gl'inquisiti, e querelati, ad instantia del Regio Fisco, nō comparendo alli dì terminati, per essere il Procurator fiscale sempre presente, s'intēdano accusate dette contumacie in tempore, & si possa, e debbia procedere, si come in effetto fussero accusate le contumacie in tempo, e così farete da quà auante

 esse-

esseguire, che tale è nostra volontà, per la buona essecutione della giustitia: Non fando lo contrario, per quanto hauete cara la gratia di Sua Maestà Cesarea, e pena di ducati mille desiderate euitare.

De excusatione citati ad informãdum, & ad capitula.
Tit. CLIX.

Agitur quando potest excusari citatus à maiori Iudice, ex eo quod prius coram minori contra eum fuit processum, & proceditur pro alio delicto h. d.

Feder Imper. Constit. lib. 1. tit. de accusat. coram Iust. L. I.



Contingit interdum aliquem de crimine capitali coram Regionum Iustitiario accusatum, pendente causa ipsa, per Magistrum Iustitiarium M. C. nostræ citari de pari crimine, vel minori, aut etiam de quęstione ciuili castrorum, vel aliorum feudalium, quorum cognitio specialiter ad Curiam nostram spectat, sicque prærogatiua maioris Auditorij, causa, quæ aliquando coram Iustitiar. vsq; ad calculum diffinitiuæ sententiæ iam deuenerat, necessario prorogatur, nec innocens absoluendus detegitur, nec puniendus debita pœna damnatur. Sancimus itaq; priorem causam, coram Iustit. motam, terminari debere, quæ omnia. s. qualitas, & in quãtum sit in quęstione processum per literas Iust. Magistro Iustit. patefiant; ac tunc demum, si hoc euentus prioris iudicij patiatur, puta quod ex priori sententia non sit mortuus accusatus, quo casu iam pœnam aliam sufferre non potest: sed citatus ad Curiã nostram venire debebit.

Cæterum si de maiori crimine per Magistrum Iustit. citabitur accusatus, priuilegio maioris Auditorij, cum maioritate iudicij concurrente; nisi coram priori iudice, vsq; ad diffinitiuam sententiam sit peruentum; citatus, si cõtumax videri noluerit, coram Magistro Iustit. se præsentet. In omnibus superioribus crimina lęsę Maiest. excipimus, de quibus conuicti, & damnati vitam cum bonis amittant, in quibus de quouis alio capitali crimine coram Iustit. accusati, & citati per superiorem iudicem, ad euitandum contumaciæ pœnam, sui copiam facere non detractent.

Non admittitur excusatio pro eo, qui fuit, post commissum delictum, in loco delicti visus. h. d.

Carol. III. Vicar. Reg. cap. 228. L. II.

strum, etiam Demaniale, aut alia persona cuiusuis dignitatis, gradus, præeminentiæ, status, & conditionis fuerint, quibuscunq; gratiis, prærogatiuis, officijs, priuilegijs, quibusuis clausulis & iuramentis firmatis munita, etiam si de illis sic habenda foret ratio specialis, illis (illorum tenores per omnia hic habẽdo pro expressis) quantum præsentibus contradicerent, motu proprio, ex certa nostra scientia, & dominica potestate specifice derogando, aliquem cuiusuis criminis, & delicti commissi, vel committendi reum obnoxium, vel culpatum, aut alias quomodocunque & qualitercunque mala committentem in quacumque huius nostri Regni parte, ad se separatæ iurisdictionis, & fori, fugientem, aut venientem, recipiat, victualia ministret, seu in his Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis fugere, recipi, venire, victualia ministrare, vel manere faciat, sinat & permittat, immo receptum, venientem, stantem, ingressum, aut morantem, illico cum primũ sciuerit, seu saltem ad requisitorias litteras officialis vel Domini loci, & fori vbi deliquerit, culpatusue fuerit, seu originis, vel incolatus sui Iudicis competentis, aut dictæ nostræ Magnæ Curiæ Vicariæ, eiusq; Regentis, & Iudicum pro tempore existentium, capiat, & remittat ipsum, Iudici loci delictij, originis, aut Magnæ Curiæ Vicariæ, vel alterius eorum requirentis, cognitionem, examen, & debitam pro delicti patrati, & mali commissi qualitate, sententiam, pœnam, & mulctam subiturum. In quorum fidem, & ad perpetuam rei memoriam præsentes fieri iussimus, & cum magno Maiestatis nostræ Sigillo communi pendente.

Si causa inquisiti fuerit remissa per M C.V. ad Iudicem competentem, & ille iustitiam fecerit, cæteræ remittantur. Si iustitiam non fecerit, & impunitum culpabilem dimiserit, aliæ causæ non remittantur h.d.

1469. *Idem Pragm.* 14. *de off.* M.*Iust.* *L. II.*

Item considerato, che nella Città nostra di Napoli sono molti Tribunali, & ciascuno di quelli hà speciali sottoposti à sua iurisdittione, & per questo molti huomini, non contenti di ben viuere, s'adattano à far male, essendo quasi certi, che se per la gran Corte, ò altri fossero presi, sariano rimessi a loro Giudice, dal quale senza punitione sariano liberati, per la qual cosa sono successi, & ogni dì sariano per succedere molti inconuenienti, perche non essendo li delinquenti puniti, è causa d'animarli à fare, & viuere male. Per tãto sua Maestà, volendo prouedere à questo, vuole, ordina, & commanda, che se dal presente dì auanti, per la gran Corte della Vicaria ò altri, saranno presi qualsiuoglia delinquenti d'altra iurisdittione, che la sua, & per essi saranno remessi à loro Tribunali ordinarij, se per essi saranno puniti secondo loro demeriti, vogliamo, che de cetero se gli habbiano da rimettere gli altri, com'è debito, ma lo primo che si restasse, & cessasse di punire, non se li debbia più rimettere alcuno, ma ben punirse poi, & castigarsi tutti per la detta gran Corte della Vicaria indifferentemente, etiam quelli della giurisdittione di quello officiale c'haurà cessato in fare la giustitia, & punire il delinquente, che li sarà stato rimesso vt supra.

Non indiget summario.

1481. *Idem Prag. eod.* L. III.

Item cùm remittitur delitus ad eius iudicem competentem, cum comminatione, quod infra mensem talis officialis, cui remittitur, iustitiam faciat iuxta formam Prag. sint scriptores fisci vigiles, & solliciti, vt elapso mense, si dictus officialis iustitiam facere neglexerit, contra delatum, citationes expediant, ad procedendum in dicta magna Curia, pro iustitia in causa remissa, retardata.

Inquisiti neque per Iudices Regios, neque Baronales pro primis causis distrahantur extra eorum incolatum, sed remittantur ad eorum Iudicem.
Pro causis appellationum, grauaminum & nullitatum, non euocentur extra Prouinciam. h.d.

1488. *Idem Prag.* 2. *vbi de delict.* L. IV.

Que

QVerula expositione per multos & diuersos ex nostris subditis nobis facta, intelleximus, quanto detrimento, & incómodo & expensis afficiantur nostri subditi, cum pro primis causis extra districtum incolatus ipsorum, ad instantiam nonnullorum euocantur, & distrahuntur, per quod euenit, quod ipsi nostri subditi, multiplicibus laboribus, incómodis, & sumptibus onerātur, ex quo fit, vt paupertate, & inopia opprimantur, super quibus volentes, vt optimũ & prudentem Regem decet, opportune prouidere, habita super præmissis nostri Sacri Consilij matura deliberatione, præsertim cum nihil tanto studio, ac diligentia curemus, quam iustitiæ erga omnes cultum & obseruantiam, & quod ipsi fideles nostri ab impensis, & incommodis quoad fieri potest illæsi præseruentur, eam ob rem præsentis nostræ Pragmaticæ tenore, edicti, & sanctionis perpetuo duraturæ, edicimus, sancimus, & ordinamus, quod à publicatione illius in antea, nullum ex nostris Tribunalibus, vel aliquis ex nostris officialibus, & Baronum quorumcumque audeat vel præsumat pro primis dumtaxat causis, ad instantiam cuiusuis personæ quantumuis priuilegiatæ, extra districtum proprij incolatus, cuiusquè nostri Regnicolæ, aliquem ex nostris subditis distrahere, vel illum euocare. Quinimo statuimus, & ordinamus, quod in hoc casu, quicumq; euocatus, vel distractus ex ipsis fuerit, nec teneatur pro quacumque prima causa, modo aliquo comparere, sed ad suum Iudicem ordinarium, & pro tempore statutum, quo ad cognitionem ipsarum primarum causarum remitti; Ita quidem & taliter, quod intra districtum suum aliquis ex ipsis nostris subditis, vel Baronum non distrahatur, in causis vero appellationum, grauaminum, & nullitatum, sancimus & ordinamus, quod ipsi nostri Regnicolæ, ad instantiam quarumcumque personarum, contra eos legitime agentium, possint intra Prouinciam, per nostros generales Locatenentes, & Gubernatores, seu Auditores, per nos ordinatos, vel ordinādos in vnaquaq; Prouincia remitti. Et vt præsens Pragm. suum sortiatur effectum, ipsam Illust. Alphonso de Aragonia Duci Calabriæ primogenito & Vicario nostro generali, significantes, mandamus iam dictis nostris Tribunalibus & cuilibet ipsorũ, necnon reliquis Officialibus nostris, ac Baronum quorumcumque huius nostri Regni, quatenus forma & tenore præsentis nostræ Pragmaticæ, edicti, & sanctionis per eos vnũquemque ipsorum intellectis, illũ & illam ad vnguem seruent & faciant ab omnibus intacte seruari, nec contrarium faciant pro quanto dictus Illustr. Dux amorem gerere cupit, ceteri vero gratiam nostram charã habent, & pœnam ducatorum duorum millium cupiunt non subire. In quorũ fidẽ.

Delinquentes in Regno Siciliæ vltra farum remittãtur ad Offic. Regni Siciliæ citra, & e contra h. h.

1494 *Idem Prag. 3. Vbi de delict.* L. V.

CVm fuerit inter Serenissimum Regẽ Alphonsum Regni Neapolis, & nos iam actum, conuentum, & confirmatum, quod delinquentes, & facinorosi homines, qui delicta, & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Siciliæ vltra Farum, remittantur per Officiales Regni hinc inde, videlicet ad loca, in quibus dicta delicta committuntur, vt iustitia mediante puniri possint, & ipsis delinquẽtibus cedat in pœnam, & alijs in exemplũ. Idcirco tenore præsentium nostra ex certa scientia deliberate, & consulte, vobis omnibus supradictis officialibus, vnicuiq; vestrum dicimus, committimus, & mandamus expresse, quatenus semper & omni futuro tempore, quo delinquentes prædicti ex dictæ Siciliæ vltra Farum Regno in hoc Siciliæ Regnum transire, & in eo se recipere contigerit, ad omnem instãtiam, & simplicem requisitionem, & literas eiusdem Serenissimi Regis Alphonsi, seu aliorum quorumcũque officialium dicti eius Regni vlterioris Siciliæ, ad quos spectauerit, ipsos delinquentes & facinorosos homines remittatis, & remittere debeatis prædicto Serenissimo Regi, & officialibus prædicti sui Regni, à quibus fueritis requisiti, & e conuerso quando occurrat, quod delinquentes ex hoc Siciliæ Regno in prædictum vlterioris Regnum se recipiant, & trans-

transferant, requiretis, & requirere debeatis prædictum Serenissimum Dominũ Regem Alphonsum, seu officiales sui prędicti Regni, quorum iurisdictioni spectauerit, quod iuxta conuentionem prædictã vobis, & vestrum vnicuique, prædictos delinquentes & facinorosos homines remittant, & remittere debeant, vt puniri & castigari possit quilibet delinquens, & facinorosus homo, in eodem loco, vbi delictũ commissum fuerit, prout iura volunt, & mandant, prout obseruabitur, vt confiditur à dicto Serenis. Rege Alphonso, & suis dictis vlterioris Siciliæ officialibus, sic obseruari volumus & mãdamus per vos prædictos officiales Siciliæ Regni, & vestrum quemlibet indiminutè, & inconcussè, iuxta tenorem, & formam prædictæ conuentionis, quoniam sic de mentis nostræ plenitudine pro conuentorum obseruatione, & delictorum animaduersione procedit, & contrarium non faciatis pro quanto gratiam Sacræ Maiestatis Serenissimi Regnis caram habetis, & pœnam ducatorum auri mille cupitis euitare. In quorum fidem pręsentes fieri iussimus, magno huius Regni R. Sigillo pendenti munitas.

Non indiget summario.

1515. *D. Bernardus à Villamarl Prorex Prag. 14. de off. M. Iust. L. VI.*

ITem perche sono molti officiali di Baroni, & Tribunali nella Città di Napoli, & nel Regno, li quali tengono la cognitione delle cause criminali, con ampli priuilegij, & molte volte si dimanda che li siano per questa gran Corte remessi li loro sudditi, vogliamo, & ordiniamo, che se li rimettano essendo di giustitia, ma vogliamo che se li notifichi il Bando di Rè Ferrante primo, fatto alli xx. di Marzo 1469. che incomincia, Bando della Catholica Maestà.

Item considerato, &c. Registrato ne gli libri di questa gran Corte, non ministrandosi per essi in alcuno rimesso la giustitia, & detto Bando vogliamo, che da quà auãti s'osserui, & facciate osseruare.

Item vogliamo, & ordiniamo, che gli scriuani criminali stiano attenti, che le cause criminali si rimettano con comminatione, & subito ch' è passato il termine della comminatione, & fra termine di diece dì, non ci è fatta fede dell'espeditione della causa, à fare citare le parti à procedere in Vicaria, si come vuole il douere.

Non indiget summario.

1525. *M. C. V. Prag. ead. L. VII.*

ITem vogliamo, & ordiniamo, che li scriuani criminali stiano attẽti, che le cause criminali si rimettano con comminatione, & subito, ch'è passato il termine di detta comminatione, & che fra termine di diece dì non ci è fatta fede della espeditione della causa, à fare citare le parti à ꝓcedere in Vicaria, come vuole il douere

Non indiget summario.

1536. *Carol. V. Imper. Prag. 4. Vbi de deli. L. VIII.*

REnouamus etiam aliam Pragmaticam per nos factam, quod delinquẽtes in Insula Siciliæ si peruenerint ad hoc Regnum, capiantur, & remittantur ad Vice Regem Siciliæ, vt illos pœnis condignis punire & castigare possit, & e conuerso faciat Illustriss. Vicerex dictæ Insulæ de regnicolis huius regni, si delinquerint in regno, & confugerint ad dictam insulam, & pro faciliori executione per dictos Vicereges singulis annis detur notitia ad inuicem de dictis delinquentibus, & banditis, qui à dicto regno, vel à dicta Insula aufugerint.

Non indiget summario.

1536. *Idem Prag. 5. Vbi de deli. L. IX.*

ITem quod officiales Regij huius Regni debeant capere malefactores, qui deliquerint, etiam extra territorium; constando illos maleficium commisisse, vel aliter banditos esse, & illos remittere ad officialem territorij, in quo deliquerint, si alias non essent publici latrones, disrobatores stratarum publicarum, qui possunt à quocunque officiali, capi, puniri, & castigari.

Delin-

Delinquentes in Regno vltra farum. & capti in Regno Siciliæ citra, remittantur ad Iudices locorũ, in quibus deliquerunt, cum fida custodia; & econtra. In vtroq; Regno hinc inde singulis annis Fisci patroni dent listam delinquentium. h. d.

1540. *Idem Prag. 6. vbi de deli.* L. X.

ITem quia delinquentes, facinorum suorum pœnam euitare cupientes, ad Regnum Siciliæ vltra Farum aufugere, eademq; de causa malefactores Regni prędicti, ad istud Regnum Neapolis se recipere consueuere, mandamus propterea super hoc Pragmaticam prius editam, & per nos Neapoli sancitam, inconcusse seruari. Proregesque vtriusque Regni, formam eis traditam sectando, & obseruando quoad capturam dictorum delinquentium, ipsos ad Regnum, vbi delicta commissa fuerint, remittendo, respectiue, cum debita, & sufficienti custodia, pro executione iustitiæ, & conseruatione amborum Regnorum, nec non quoad dandum singulis annis notitiam dictorum delinquentium inquisitorum tam ex officio, quam ad partis instantiam, ea diligenter curent & mandent: Mandamus etiam Fisci patronis vtriusque Regni, vt singulis annis listam contumacium, & delinquentium transmittendo, procurent in hoc diligenter iussionum nostrarum obseruantiam.

Non indiget summario.

1555. *Cardin. Segunt. Prorex Prag 6. de off. Iust. n. 12.* L. XI.

ITem quod Actuarij aduertant quod causæ, quæ remittuntur cum comminatione, si infra terminum comminationis non fuerint expeditæ, & ipsi Audientiæ facta fides de expeditione; Magistri actorum teneantur dare notitiam Fisci patrono, & Procuratori, & citentur partes ad procedendum in ipsa R. A.

Non indiget summario.

Idem ibid. n. 25. L. XII.

ITem quod nec Gubernatores, nec Auditores debeant, nec possint remittere aliquos inquisitos, seu contumaces, nec tractare de eorum remissione, nisi comparentibus personaliter principalibus inquisitis, vel contumacibus, & purgata eorum contumacia, tractetur de remissione ipsorum, vt iuris est.

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcala Prorex Prag. 14. de off. M. Iust.* L. XIII.

COntingit plerunq; in Magna Curia, & per Barones Regni, & per alia Tribunalia, Neapoli existentia, peti carceratorum, & causarum remissionem: Et vt per iustitiæ tramites per iudicem, cui de iure causæ remittuntur, debeant determinari, & vt omnis euitetur collusio, promulgatum fuit Bannum per Serenissimum Regẽ Ferdinandum primũ in anno 1469. Et per Illustr. Don Bernardinum Villamari Capitulum in anno 1515. Cumque, & Bannum, & Capitulum prędictum sanctissime, & propter zelum iustitiæ promulgata fuerint, volumus, & iubemus, vt sublato omni abusu omnino seruentur. Verum quia circa hoc etiam accidit, vt quandoque propter retardatam iustitiam, causæ cum cõminatione remittanrur, vt infra certũ terminum expediantur, & fuerint super hoc alias expedita quædam Capitula, ea quoque seruari decernimus, & iubemus.

Sequitur ten. l. Item considerato. l. Item cum remittitur. l. item perche. & l. item vogliamo. sup. eod.

R. A. præfigat terminum Baronibus ad recipiendum vassallum remissum. h. d.

1565. *Idem Prag. ide. remi. cau.* L. XIV.

CIrca le remissioni de carcerati, che dimandano li Baroni, come à loro Vassalli, & che dapoi essendoli rimessi si dismenticano, & non mandano à pigliarli, vi rispondemo, che alli decreti; che si faranno in questa Reg. Audientia di dette remissioni, debbiate fare prefigere conueniente termine, per lo quale il Barone, al qual si remette la causa, habbia da mandare à pigliarsi il Vassallo, che se li rimette, declarandosi nel predetto decreto il predetto termine elasso, si procederà per la R. Audientia in la causa à quanto sarà di giustitia.

Non indiget summario.

1566 Philipp. II. Rex Prag. 39. de off. M. Iust. nu. 12. L. XV.

ITem que la gran Corte de la Vicaria sin iusta causa non auo que à si causas de las Audientias Prouinciales, y otros Tribunales, porque muchas vezes succede, de lo que los agrauiados padescēmas, y los delinquentes non son castigados.

Causæ remissæ ad Barones, cum clausula, quod eligatur Iudex in Ciuitate, actitentur per Actuarios, & Scribas M. C. qui detinent processus earundem causarum h. d.

1581 Princeps Petra Persia Prorex Prag. 20. de Actuar. L. XVI.

LI dì prossimi passati n'è stato presentato memoriale del tenor seguente videlicet. Illustriss. & Eccell. Signore. Il Duca Ottauio Farnese riduce à memoria di V. E. come essendo fatto ordine nella Visita di Vicaria, con interuento del Sig. Regente Salernitano, che in tutte le cause che per la Vicaria se rimetteno alli Baroni, con che se proceda qua in Ciuitate Neapolis, si proceda per Actuarij dall'istessi Scriuani, che hanno attitate dette cause, & essendo stata rimessa ad esso esponēte vna causa criminale d'alcuni suoi vassalli d'Altamura, con che se proceda in Ciuitate, li fu fatto vno, & doi mandati dal Magnif. D. Giouan Sances Giudice della Vicaria, che in detta causa douesse procedere con Gio. Domenico d'Aiello, che haue attitata detta causa in Vicaria, per Attuario; sentendosi esso esponente grauato da dett'ordine della Visita, e detti mandati, leuandoseli la sua iurisdittione, che amplamente se li concede da sua M. Cattolica; hebbe ricorso da V. E. reclamando da dett'ordine. Per V. E. fù ordinato al Sig. Auocato Fiscale della Vicaria, che ne facesse relatione à V. E. Intende, che detto Auocato Fiscale ne habbia fatta relatione, & fino a mò non è vscita fuora alcuna prouisione; & perche se impedisce il procedere in detta causa, per la quale se ritrouano carcerati molti; Per questo prega V. E. che voglia ordinare, reuocato detto ordine di detta visita, che esso esponente possa far procedere, tanto in detta causa, come in tutte le altre, che occorreranno, dal suo Mastrod'atti ordinario per esso deputato, & da deputarsi conforme alli suoi priuilegij, che lo riceuerà a gratia vt Deus &c. Ilquale memoriale essendo stato da noi visto, è stata ordinata la seguente decretatione videlicet. Magnificus Fisci patronus statuta die, & auditis partibus de supplicatis relationem faciat suæ Excellentiæ in Collaterali Cōsilio. Darocha Regens. Prouisum per Illustriss. Proregem Neap. 12. Nouembris 1581. Porta. Et essendo in virtù d'esso fatta relatione per lo sudetto Magnif. Auocato Fiscale, in questo Reg. Collat. Conseglio, & intesi li Magnif. Auocati del detto Illustriss. Duca Ottauio Farnese, & per tal'occasione discusso il detto negotio generalmente, tanto per quello, che tocca alla giustitia, quanto al boun gouerno, & administratione di essa, & disgrauio delli carcerati presenti, & futuri hauemo concluso, & deliberato ordinare, come con voto, & parere del detto Regio Collateral Conseglio appresso di noi assistente, ordiniamo, & per Prammatica sanctione statuimo, & commandamo, che in tutte cause criminali de carcerati, in lo carcere di questa Gran Corte della Vicaria, Vassalli delli Baroni del presente Regno, alli quali si sono rimessi, ò per le quali s'è data licēza, che possano procedere in questa Magnif. & fideliss. Città di Napoli, se debbia procedere come Mastrod'atti in nome del Barone per quelli Scriuani criminali di questa gran Corte, che auanti la remissione predetta, seu licenza come di sopra, procedeuano in dette cause: Quali scriuani ordiniamo, che in la visita, che si fa de carcerati in questa gran Corte, & massimamente in quella che si fà per vno delli Magnif. & circunspetti Regenti, la Regia Cancellaria, & del Conseglio Collaterale di sua Maestà, debbiano fare relatione dello stato delle cause predette; acciò cessi ogni vessatione di detti carcerati, & inconuenienti, che potriano nascere, & così l'essequirete, che tal'è nostra voluntà.

De

De exceptionibus declinatorijs in criminalibus, fori electione, & priuilegio. Tit. CLXIX.

Non indiget summario.

Rit. 230. L. I.



Tem quod si aliqua mulier vidua, vel pupillus, citatus, de mandato dictæ Curiæ, pro aliquo crimine voluerit declinare forum ipsius Curiæ, ad alium Iudicem competentem, comparere debet personaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid sibi de iure competit, super declinatione fori prædicti.

De suspitione, & recusatione Iudicum, & Ministrorum in criminal. Tit. CLXX.

Non appellatur in causis suspitionum, nec etiam ab incidentibus h. d.

1598 Comes de Oliuares Prorex Prag. 10. de Apell. L. I.

Er il Magnifico Pietro Antonio Mastrillo Auocato Fiscale della gran Corte della Vicaria ci è stato fatto intendere, come nella causa della suspitione allegata per Horatio Prencie Mastrod'atti di detta grã corte in persona del Magn. Conseglierо Gioan Tomase Vespulo dell'homicidio del quond. Gio. Giacomo Capocefalo p questo S. C. mediante supplicatione si sia trattato d'ammettere l'appellatione dall'incidente della predetta suspitione, contro la forma delle Regie Pragmatiche, & decreto interposto per il Regio Collateral Conseglio, sotto la data delli 19. di Gennaro 1581. referente il quond. Regente Darocha, all'hora R. Consegliero, per il quale stà stabilito, che tanto nelle cause vertenti in questo S. Conseglio, come nella gran Corte della Vicaria di suspitioni, non si debbia appellare dalle suspitioni, ne tãpoco dall'incidenti nelle cause di esse, presenti, e futuri, supplicandoci fossimo seruiti ordinare, che non si debbiano admettere tali appellationi, al che volendo noi prouedere, come conuiene, ci è parso faruі la presente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che in conto alcuno debbiate admettere appellationi alle dette cause di suspitioni, ne all'incidenti di esse, ne espedire suppliche sopra di ciò, conforme alle dette Regie Prammatiche, & precalendato decreto, quali volemo che s'osseruino ad vnguem, & inuiolabiliter; Per tanto così l'esseguirete, & farete esseguire. che tal'è nostra volontà, & intentione.

De desistentijs, remissionibus, transactionibus, & exculpationib. Tit. CLXXI.

Non indiget summario.

Feder. Imp. Const. lib. 1. tit. de transact. L. I.



Ostquam citatæ partes coram iustitiario comparent, liceat ipsis legitimas conuentiones, & transactiones inire, prę terquam in enormibus iniurijs, ex quibus illas tantum reputari censemus enormes, quæ per iura communia designantur atroces.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. Vt lit. non contest. in crim. Iud. &c. L. II.

POst citationem emissam, lite non dum in criminali iudicio contestata, nec aliqua partium comparente, si accusatus, & accusator voluerint inter se componere, transigendi eis licentiam impartimur. Quod si aliquid, vt ab accusatione desistat, accusator acceperit, quia sinè licentia Curiæ hoc præsumpsit, duplum eius, quod proinde eum accepisse constabit, & absq; diminutione aliqua, Curiæ nostræ

 soluat,

soluat, nisi forte pro æstimatione damni commissi, accusatore aliquid accepisse cõstiterit, cum damnum rei familiaris instituenda accusatio continebat.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. III.

QVod si vsque adeo sit processum, vt ex citatione facta partes in iudicio sint præsentes, sine licentia, & mandato Curiæ componendi partibus tũc concedimus potestatem, contra quod si factum fuerit, accusator decem Augustales Fisco nostro componat.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. IV.

POst litem vero contestatam, si transigant, aut componant viginti quatuor augustales accusator, & accusatus ærario nostro se nouerint illaturos; causa nihilominus suo ordine peragenda, si transactionem, aut compositionem eadem Curia non acceptat.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. V.

QVæ omnia in illis criminibus locum habere censemus, quæ sanguinis pœnam imponunt, in quibus trãsactiones vel pactiones fieri vetera iura permittunt, alijs, quæ sanguinis pœnam non irrogant, excepta falsi accusatione, in suo robore duraturis.

Accusator post litem contest. si expresse renunciat accusationi, vel non implet sollemnia, vel non prosequitur accusationem in terminis sibi datis punitur vt infra.

Idem Constitut. lib. 1. tit. de accusat. post lit. contest. L. VI.

ACcusatorem post litem super criminali accusatione in iudicio contestatam, si in termino peremptorio, sibi dato, non venerit accusationis sollemnia impleturus, tertia parte bonorum mobilium decernimus esse mulctandum, & si in termino alio sibi denuo destinato, inchoatam accusationem detractauerit exequi, contumaciam contumaciç aggregando (quia secundum veterum legum scita destitisse videtur) in centum augustales condemnetur; quam pœnam loco quinque librarum auri, in quibus desistentes hactenus damnabantur; succedere debere censemus. Eadem mulcta fortius obtinente, si accusator expressim accusationi renunciauerit institutæ.

Si post litem contestatam accusator, & accusatus colludentes non comparent in termino ipsis statuto, vel alter eorum, irrogatur pœna, vt hic.

Ide. Const. lib. 1. tit. de pœn. collud. L. VII.

SÆpe contingit accusatorem cum accusato colludere, vt non in totum ab accusatione discedant, sed vt terminum iudicij prorogent sine licentia Curiæ, neutro ad iudicium veniente; quem terminũ ante, vel ipsi sponte receperant, vel quem ipsis authoritas iudicialis indulsit. Nolentes igitur lites fieri aliquorum machinationibus immortales, statuimus, vtrumq; accusatorem, & accusatum, pro æqualibus portionibus eandem pœnam in casu præscripto subire centum augustalium, scilicet nostris vtilitatibus applicandam, quam alter eorum subire deberet, si in statuto sibi termino prosecuturus accusationem, non venisset ad Curiam.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. de his qui fideiuss. dar. & c. Const. Humanitate. L. VIII.

ACcusatores instanter accusationem volumus prosequi institutam, à qua si forte in odium incarcerati destiterint, vt supplicio carceris affligatur, desistentiæ pœnam, nostris constitutionibus stabilitam, ipsum decernimus substinere.

Accusator, & denunciator potest desistere ante comparitionem citati, si non tangitur interesse pœcuniarium Curiæ, & non compellitur præstare iuramentum de non concordando.

Secus vbi tangitur interesse pœcuniarium Curiæ, vel quia principaliter imponitur pœna pœcuniaria pro delicto, vel quia imponitur pœna personalis.

nalis, & publicationis bonorum, & tunc compellitur iurare, & veniens contra iuramentum punitur de periurio. h. d.

Carol. II. Rex cap. 207. L. IX.

AD Audientiam nostram quærela plurium clamosa perduxit, quod dum aliqui de tua iurisdictione, aliquam interdum passi iniuriam, percussionem forsitan, seu offensam, coram te veniunt quærimoniam ex inde posituri, ab ijs iuramentum exigis illicò nè præter tuæ, vel Curiæ nostræ licentiã, ab accusatione, vel denunciatione desistant, quam ponunt, quo fit, vt delatores, vel denunciatores ipsi ex calore recentis iniuriæ, vel offensæ, iuramentum hoc libenter præstant exactum, si priusquam ad citationẽ emissam in iudicio partes compareant pœnitentes, cum parte se pacificant, nec insistunt accusationi. Tu contra delatores, vel denunciatores eosdem procedis pariter, & delatos. Circa quod reputantes ad commodum per communis, ac mediæ viæ remedium, ita super ijs consulere, vt nec iustitiæ vigor in nimium transeat, nec passim ipsa iustitia negligatur, consultè prouidimus, & te firmiter obseruare mandamus. Vt ibi accusatio, vel denuntiatio, quæ ponitur, forte accusantem, vel denunciantem tangit solummodo, ipsum iurare, vt ab accusatione, vel denunciatione huiusmodi non desistat, siuè quod desistat, eundem nullo modo compellas. Sed ei liceat, prius quam ad citationem in iudicio partes compareant, vt præfertur, ab accusatione, vel denunciatione huiusmodi impunè desistere, prout Regni Cõst. est permissum. Aut vbi in denunciatione, vel accusatione ipsa nostra Curia tãgitur, vtpote pro pæcuniario interesse principaliter, quia agitur de defensa, vel pæna, aut accessorie, eoq; agitur de crimine, quod præter pœnam aliam corporalem bonorũ publicationem inducit, accusantem, vel denunciatem sinè iuramento, ad accusationem, vel denunciationem aliquatenus non admittas. Sed tunc si contra iuramentum ab accusatione, vel denunciatione desistat, ad pœnam periurij procedas ex officio, vt iuris est contra eum itaq; de contrario quærela aliqua denuò non feratur Præsentes autem literas &c. Data &c.

Si accusator in principali, vel appellationis causa non comparet, dum accusatus iam comparuit, deputatur vnus in contumaciam accusatoris, cum quo causa agitatur, & proceditur ad expeditionem, & accusator punitur. h. d. cum l. seq.

Robertus Rex Iustitiarijs cap. 220. L. X.

SPectat ad Præsides, vt crimina puniantur, & quod rei sic seruentur in carcere, vt sub diuturna custodia non marcescant. Sanè habuit nuper vestra consultatio facta nobis, quod de diuersis criminibus in nostra Curia, accusationibus institutis, ex earum obiectu, reis detentis in carcere, vel commissis in casibus fideiussoriæ cautionis, se accusatores absentant, & per vos citati, frequentius ad prosequendas causas non veniunt, sed in contumacia iam cæpta perdurant. Quo fit, vt deficiente accusatoris instantia, & per hoc condemnationis, vel absolutionis sententia procedere nequeunte, compeditos carcer indebitè maceret, & fideiussoriæ cautioni commissos, labor, & tædium importune fatiget. Super cuius dubitationis nodoso præpedio, nostris sensibus ingerentes vos pluries, quid proptuo se sit vobis agẽdum, per vestræ scriptionis seriem petijstis. Nos itaq; consultationi præmissæ, deliberatione præhabita, respondemus, quod vbi in principali, vel appellationis causa citatus accusator legitime comparere contemnit, substituatis aliquem virum idoneum, per vestri potestatem officij, qui cæptam causam criminis prosequatur (in illis sumens terminis, in quibus est ab accusatore dimissa, sinè nouis assertionibus, & probationibus, quas accusator præsens facere de nouò non posset) ad finem debitum, vestro iubente, & instruente officio, post cuius prosequutionis tramitem Deum, & iustitiam habendo præ oculis, ad condemnationem, vel absolutionem eorumdem reorum, prout rationabile fuerit, etiam accusatoribus absentibus, procedere non tardetis. Et nihilominus contra prædictos accusatores absentes processum vestrum sic formetis iustitiæ congruentem, quod ipsos

psos contumaciæ pœna debita feriat, & pressos reos præsumpta calumniantium, & impunita temeritas non affligat, cuius formæ decretum in pendentibus, & futuris causis tenaciter obseruare vos volumus, & oppositum fieri, per quoscumq; actus contrarios, prohibemus. Illo, vel illis ex vobis Iudicibus, vno saltim, qui præsens extiterit, executioni vacaturis,& decisuris, quod vnus vestrum, vel plures incæperint, aliorũ absentia non obstante.

Idem Iust. Principatus citra cap eod. L. XI.

AD consultationem Magist. Iustitiarij Regni Siciliæ, & Iudicum sibi assidentium pridem edictaliter respondentes, ordinationem fecimus, quam seriose nostris literis expresse mandauimus per maiores Officiales nostros, & per vos, ac Iustitiarios alios Regni nostri Siciliæ, atque cæteros Capitaneos,generaliter,& inuiolabiliter obseruari; sed quia in ordinatione præfata defectus extitit, quod de appellationis causa nulla expressio facta fuit; Ecce iterum ordinationem ipsam cum additione congrua causæ appellationis eiusdem vobis distincte transmittimus, per vos publicandam ex more, futuris temporibus, & etiam in causis pendentibus in antea obseruandam, cuius tenor per omnia talis est.

Sequitur ten. l prox. præced. & deinde.

Quo circa iubemus expresse, vt ordinationem ipsam, & quantum ad vos pertinet, vel pertinere poterit, tenaciter, & inuiolabiliter obseruetis, Data &c.

Non indiget summario.

Rit. 202. L. XII.

ITem quod si partes voluerint, seu procuratores, in earum causa ciuili,& criminali, ad vlteriora procedere, & fuerint forsitan in concordia; debeant petere à Curia licentiam desistendi, soluto iure Curiæ consueto,iuxta antiquam obseruantiam dictæ Curiæ, & si non petierint, teneantur ad pœnam tarenorum decem. Et infra. Se quid si partes in iudicio desistunt, tunc, aut ante litem contestatam, & soluit actor tarenos tres,post litem contestatã duodecim, & hoc cũ licentia Cur. solet fieri; & omnia seruantur; quãdocũq; tamen contingat in prædictis casibus me accusatorem, vel actorem esse in iudicio, & etiam conuentum, mandabitur mihi, quod dem libellum, vbi non velim desistere, sed velim agere, vel accusare.

Ius desistentiæ soluitur, vt infra. Denunciator obligat se de non concordando, & probando desistit cum licentia; si vero desistit absq; licentia, Curia componere potest, in casibus tamen permissis per Const. Regni; in alijs vero procedit ad expeditionem. h. d.

Rit. 203. L. XIII.

ITem seruat ipsa Curia, quod si accusator vult desistere ante litis contestationem, soluit tarenos sex; post litis contestationem tarenos duodecim; Sed in ciuilibus ante litis contestationem tarenos tres, post litem contestatam tarenos sex. In denunciatore vero vide cap. ad Audientiam,sed Cur. Vicariæ non seruat ipsum, & si denunciator desistit, procedi ad dationem capitulorum, & si probatur delictũ, proceditur ad condemnationem, sed exigitur obligatio, quia obligat se de non concordando se cum parte, sine licentia Curiæ, & de probando, interim tamen Curia admittit partem denunciatam ad compositionem, vbi denunciator sit in concordia cum ea quod,scilicet habere concordiam cum ea, non potest, sine licentia Curiæ; quæ Curia consentit semper; verum non componit, nisi in casibus comprehensis in Constitutionibus Regni, & ideo in casibus, in quibus non potest componi, Curia procedit ad anteriora, & expedit processum, iustitia mediante.

Priuilegia concessa Vniuersitatibus, quod non possit procedi ex officio, seu remissa querela, reuocantur, & reducũtur ad dispositionem iuris communis, Const. & Cap. Regn. h. d.

1462. Ferdin. I. Rex Pragm. 1. de Priu. vni. concess. L. XIIII.

NOnnullis Vniuersitatibus supplicantibus,quãdoque concessimus, quod in earum Ciuitatibus, Terris, & locis in occurentibus casibus, siue causis contra spe-

speciales personas ex officio Curiæ procedi non posse de criminibus, & delictis, quæ per eas pretendentur fore commissa; sed dumtaxat ad instantiam partis offensæ, ac etiam quod causa ad instantiam partis inchoata, quando ipsa desistente, vel remittente accusationi, denuntiationi, vel querelæ, vlterius per Curiam contra delatos procedi non posse, quod dum communi vtilitate credebatur indultum, siue concessum, sicut experientia docuit, tendere dignoscebatur ad noxiam, dum sæpe contingit, quod parte minime deferente, aut quandoque desistente, aut renunciante, terroris incussione, ne deterius inde sibi contingat, desistere cogitur, & quandoq; corrupta pretio ad desistendum, & renunciandum inducitur, impeditaque inde iustitia, crescunt maleficia, crimina, & delicta, quia impunitas criminis incentiuum præbet delinquendi: cum igitur intersit Reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita, quia non tantum vtilitas priuatorum, qui offenduntur, verum etiam vigor publicæ disciplinæ postulat, maleficia puniri, congruitq; bono, & graui Præsidi curare, vt placata, atq; quieta Prouincia sit, quam regit, quod non difficillime obtinebit, si sollicite agat, vt malis hominibus Prouincia careat, eosque conquirat, propterea volentes his debite prouidere, tenore præsentium de certa nostra scientia, nostrique Consilij matura deliberatione præcedente, huiusmodi cõcessiones, priuilegia, & literas inde secutas, sub quibusuis tenoribus siue formis, & quibusuis considerationibus hactenus emanatis, quatenus à iure Regni huius Constitutionibus, & Capitulis in his deuiant, & exorbitant, reuocamus, & annullamus, volentes, & decernentes, quod nõ obstantibus in his, iura communia, & Regni Constitutiones, & Capitula illibatè seruentur. Mandantes propterea Magnificis Regni huius Magistro Iustitiario, eiusque Locumtenenti, & Regenti Curiam Vicariæ, & Iudicibus eiusdem, nostrique vices gerentibus, Iustitiarijs quarumuis Prouinciarum Regni huius, & Capitaneis quarumuis Ciuitatum, locorum, & Terrarum dicti Regni, cæterisq; officialibus, quauis denominatione notentur, & quibusuis officio, & iurisdictione fungantur, ad quos spectabit quoquomodo, quatenus, præsentium forma per eos diligenter attenta, illam in occurrentibus casibus efficaciter obseruent, & mandent, & faciant ab alijs efficaciter obseruari, in his iura vtique communia, Constitutiones, & capitula huiusmodi præsertim pro Regni status informatione composita, sine transgressione seruantes: prædictis concessionibus, priuilegijs, & literis (quas, vt prædicitur, reuocamus) non obstantibus quo quomodo nec contrariũ faciant pro quanto gratiam nostram caram habent, iramq. & indignationem, ac pœnam vnciarum auri mille cupiunt euitare.

Non indiget summario.

1496. *Feder. Rex inter Priuil. Neap. fol. 25. cap. 36. L. XV.*

ITem supplicano, attento in la Gran Corte della Vicaria, sono cinque banche de scrittori Fiscali, doue se fãno molte indebite estorsioni, ilche cede in grande detrimento, & danno delli sudditi de V. Maest. lesione, & quodamodo offuscatione della giustitia, ordinare, & commandare sub pœna priuationis eorum officiorum, & sub alia pœna reseruata ad arbitrio de Vost. Maestà, che nullo delli detti scrittori Fiscali presuma, ne debbia pigliare altre denuntie, & querele, nisi solum, & dumtaxat quelle, doue venesse pœna mortis, abscissionis membri, relegationis, fustigationis, & similium, & debbiano totalmente astenerse, & quelle non pigliare doue venesse possessione de alcuna terra, territorio, siue case, attento, che per la detta Gran Corte, in questo sono fatti molti decreti, & ordinationi, li quali non sono osseruati per lo Regente, & officiali di detta Gran Corte, & quelli tali faranno dette denuntie, querele, & accuse, se possano pentire infra tre dì. Placet Regiæ Maiestati.

Non indiget summario.

1503. *D. Consaluus Ferrandes M. Capit. Prorex inter Priuil. Neap. fol. 36. cap. 40. L. XVI.*

Item

ITem se supplica, che tanto in la vostra Gran Corte della Vicaria, quanto in gl'altri Tribunali residenti in Napoli, in le cause criminali, doue se procede à querela, ò denuntia della parte offesa; il querelante, ò denuntiante habbia facultà de potersi pentire infra tre dì, poi fatta la querela, ò denuntia, & pentendose, la Corte non possa, ne debbia procedere in tal causa, ma sia tenuta de cassare detta querela, ò denuntia, fosse stata fatta. Placet Præfato Illustrissimo Domino Locumtenenti Generali.

Non indiget summario.

1505. *Ferdin. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 47. a t. cap. 68. L. XVII.*

ITem supplicano, che tanto in la Gran Corte della Vicaria, quanto in gl'altri Tribunali, residenti in Napoli, in le cause criminali, doue se procede à querela, & denuntia della parte offesa; il querelante, seu denuntiante, habbia facultà di poterse pentire infra tre dì poi fatta la querela, & denuntia, & pentendosi la Corte non possa, ne debbia procedere in tal causa, ma sia tenuta di cassare detta querela, ò denuntia, che fosse stata fatta. Placet Catholicæ Maiestati.

Non indiget summario.

1525. *M. C. V. Prag. 29. de off. M. Iust nu. 32. L. XVIII.*

ITem quod statim facto actu remissionis, siue cõcordiæ partis, debeat Actuarius interrogare partem remittentem, seu concordatam, qua de causa facit remissionem, si facit eam vi, timore, siue prece, pretio, vel amore, particulariter, & signanter, si habuit aliquid ob dictam remissionem, vel fuit aliquid sibi promissum.

Non indiget summario.

1532. *D. Petrus de Tolet. Prorex Pragm. 38. de off. M. Iust. num. 39. L. XIX.*

ITem se si fa querela dì cosa, & delitto, che non venga pena di relegatione, ma infra, & se si fà la reuocatione infra li tre dì, la qual ha luogo come se fusse cassatura, & non si può procedere. Se paghi la remissione, & cassatura grana diece.

Non indiget summario.

1554. *M. C. V. Prag. 21. de off. M. Iust. num. 16. L. XX.*

ITem che tutte le remissioni, & esculpationi, che si faranno per le parti offese pœnes acta, non si debbiano pigliare per altri, che per lo Mastrod'atti in capite, il qual le debbia notare, & scriuere quel medesmo dì, che le parti le faranno, & vnirle con le informationi, & farle gl'interrogatorij necessarij, seruata la forma delli ordini notati alla pandetta, alla pena di vn ducato, & di pagare l'interesse alla parte.

Non indiget summario.

1559. *Dux de Alcalà Prorex Prag. 38. de off. M. Iust. nu. 55. praeced. ten. l. item se si fa sup. eod. L. XXI.*

ET vt prædicta omnia, illum, quem volumus sortiantur effectum, ac inconcusse seruentur, mandamus Regenti, & Iudicibus dictæ M. C. cæterisq; Officialibus eiusdem, vt omnia, & singula supradicta, prout ad vnumquemq; ipsorum spectat, & pertinet, obseruent, obseruariq; faciant ad vnguem; Et contrarium non faciant, si vltra pœnas in supradictis capitulis, & ordinibus contentas, iram, & indignationem Præfatæ Catholicę Maiestatis, aliamq; pœnam grauiorem, nostro arbitrio contrauenienti pro qualibet vice inferendam, cupiunt euitare.

Remissiones fiant in Tribunali, & coram Iudicibus. h. d.

1565. *Philipp. II. Rex Prag. 1. de remiss. par. & Prag. 7 de composit. L. XXII.*

VNa de las causas por que muchos se attreuen a comettir delittos, es por la speranza que tienen de ottener remission de las partes, y despues de nos, y assi para consequirlo, premiero intendemos que vsan de tantos medios que quando mas

mas no pueden, las costrengen à ello por amenazas, y contra su voluntad, y porque por muchos respettos conuien en parte quitar esta violencia: Por la presente declaramos, q̃ de à qui adelãte no valga ninguna remission de parte, que se hiziere, si no fuere en el Tribunal de Capuana, Vicaria, y Gouernadores, ò Auditores de Prouincias, ò delante de los Iuezes ordinarios de los lugares, donde tuuieren domicilios las partes.

Obseruetur l. nonnullis supra eodem.
Procedatur ex officio vt infra h. d.

1568 *Dux de Alcala Prorex Pragm. 2. de Priuil. vniu. L. XXIII.*

A Noi è stato presentato memoriale del tenor seguente v3. Illustrissimo & Eccellentissimo Signore. Lo Procurator Fiscale delle cause criminali del presente Regno, fa intendere à V. E. come vna delle cause principali, per la qual si commetteno tanti delitti per lo Regno predetto, e per non poter dare il debito castigo alli delinquenti, lo che procede da certi pretensi Priuilegij, che se pretendeno dalle Vniuersità, cioè che in li. delitti quantunque capitali non se possa procedere ex officio Curiæ, & procedendosi à querela desistendo le parti querelanti, ò rimettendo, meno se possa più procedere, dal che nasce, che gli huomini facilmente si inuitano à delinquere, e poi ch'hanno delinquito, per godere simili priuilegij, constringono per forza le parti offese à rimettere, in gran disseruitio de Dio, e della giustitia. E perche Illustrissimo Signore, non conuiene, che tali Priuilegij se osseruino, si come altre volte per Pragmatica di Rè Ferrante primo è stato ordinato, però supplica Vostra Eccellenza hauendo rispetto alle cose sudette, si degni per beneficio publico, & per osseruantia della pragmatica predetta, ordinare che tale priuilegij non se osseruino in nessuna parte del presente Regno, anzi commandare, che seruata forma delle constitutioni, capitoli, e pragmatiche del Regno predetto se possa procedere ex officio nelli delitti, che occorreranno, non obstante che non ci sia querela de parte, ouero essendo stata esposta poi sia rimessa, perche di questo modo li delitti non rimaneranno impuniti, e la giustitia hauerà il luoco suo, vt Deus, &c.

Tenor verò dictæ Regiæ Pragm. est v3.
Sequitur ten. l. nonnulli sup. eod. & deinde.

Et visto per noi il tenore della preinserta pragmatica, & memoriale à noi presentato per parte del detto Magnifico Procurator Fiscale, volendo sopra ciò debitamente prouedere, vi dicemo, & ordiniamo, che debbiate prouedere, & dare ordine in nome nostro à tutti gli offitiali, tanto demaniali, come de Baroni di queste à voi decrete Prouintie, che per osseruantia della preinserta pragmatica, non debbiano in modo alcuno osseruare li priuilegij contenti nel detto memoriale, anzi che seruata la forma della dispositione delle leggi cõmune, pragmatiche, & capitoli del Regno, debbiano procedere ex officio in tutte quelle cause, che de giustitia se deue ex officio procedere, stante la reuocatione fatta di detti priuilegij per la preinserta pragmatica, e lo medesmo essequano, non obstante che si pretendesse essere ottenuto alcuno di detti priuilegij dopoi la publicatione della detta pragmatica, & s'alcuno pretenderà cosa in contrario, compara auanti di noi, che li sarà ministrato complimento di giustitia, per interim insino ad altro ordine nostro ordinarete, che si essequa quanto di sopra stà ordinato, senza replica, nè contradittione alcuna, sotte le pene in detta pragmat. contente.

De contestatione litis, ac examine principalis in criminalib. Tit. CLXXII.

Non indiget summario.

Feder. Imp. Const. lib. 2. tit. de his qui fideiuss. dar. &c. Const. Humanitate. L. I.

ILLVD etiam præsenti adiungimus sanctioni, vt quando accusati, vel delati propterea in carcere teneantur, quod fideiussores dare non possunt, & se defendere sint parati, soluti vinculis in iudicio

præsententur, nec ex vinculis causam dicant, & deinde post instantiam soluti iudicij, ad vincula reducantur.

De habilitatione inquisitorum sub fideiussorib. Tit. CLXXIII.

Regulariter inquisitus est habilitandus sub fideiussoribus. Fallit in subscriptis casibus.
Primus est, vbi quis est confessus delictum.
Secundus est, vbi quis est captus in fragranti crimine
Tertius est vbi publicum, seu notorium est, quod quis commisit delictum.
Quartus est, vbi quis commisit crimen læsæ Maiestatis in Regem, eiusue Collaterales. h. d.

Feder. Imper. Constitut. lib. 2. tit. de his qui fideius. dar. poss. L. I.

Vmanitate nobis suggerente, sancimus, quod si quãdo accusatus, vel delatus super criminalibus capitalibus causis fideiussores dare paratus sit, si pro qualitate criminis, & personæ, nec minus facilitate conueniendi, sufficientes, & idonei reputentur, tradi militibus, vel squallore carceris, macerari non volumus accusatum, nisi crimen adeo, vel confessione sua, vel ipsa fragranti deprehensione fit euidens, aut, publicè facta inquisitione, sit publicum, aut notorium habeatur, vt iam constet reum ad nihil aliud inficiari proposita, nisi vt pœnam differat, quam leuis, & infamatæ personæ temeritas, & propositæ qualitas accusationis exposcit. Ab huius autem nostræ sanctionis humanitate præcludimus accusatos, vel delatos criminis Maiestatis contra personam nostram, seu nostrorum Collateralium satagẽtes, quos, velut suspectos, interdum nos ipsi, ante supplicium carcerati custodia specialiter, & expressim detineri mandamus, vel iustitiariorum nostrorum aliquis hoc iniungat, cum vel personæ leuitas, & immanitas criminis istud exegerit, quod contra salutem nostram aliquid attentasse dicatur.

Ponuntur alij casus, in quibus inquisitus non habilitatur sub fideiussoribus.
Quintus est si alias fuit habilitatus sub fideiussoribus, & requisitus se non præsentauit.
Sextus est si fuit inquisitus de delicto reiterato.
Septimus est si probatur, quod est leuis conuersationis, & vitæ.
Octauus est, si contumaciam in criminalibus contraxit.
Extra casus prædictos inquisiti præstantes fideiussores, non carcerantur, & carcerati habilitantur. h. d.

Idem ibidem. L. II.

Qvod si fideiussorum committeretur custodiæ, non tanti haberet, fideiussores relinquere pœnæ, quanti, quod pro commisso facinore pœnam debitam posset euadere, aut non commissum aliquando facinus, quod esset acerbius, confirmaret, vel nisi leuis conuersationis, & vitæ, per publicam famam, vel inquisitiones, de eis aliquando factas, accusati fortè extiterint, aut delati; aut aliquando quod sui copiam subtraxerint for banniti. Prædictis autem cessantibus, de regulari, & communi iure, sufficientium fideiussorum fidei committi decernimus accusatos, vt non incarcerentur, propterea quod accusati sunt tantum, qui in nullo forsitan deliquerunt, & incarcerati, & qui incarcerationis tempore fideiussores idoneos dare non poterant, datis fideiussoribus liberentur. Contingebat enim aliquando, quod ob timorem carceris, accusati, etiam innocentes, se à iudicijs subtrahebant, & pœnæ nocentium, qui carcerali custodia tenebantur, differebantur interdum, dum causam in vinculis non dicebant, contingebat hoc sæpe, propter accusatorum absentiam, qui ad victoriam sibi abundè sufficere credunt, quod aduersarios suos faciunt carceri mancipari.

Carcerati de mandato Regio non habilitentur, neq; ad expeditionem causæ eorundem procedatur absque ordine Regio h. d.

Idem ibidem. L. III.

Eorum tamen causas, quos de conscientia nostra capi, & detineri mandamus, inconsultis nobis, examinari non volumus, nec decidi. Maluimus enim aliquando reum criminis carcerem detineri, quam perdere; & vidimus aliquos iustè captos, & deinde misericorditer liberatos, postea factos bonos, & frugi, dum ipsis vexatio præbuit intellectum.

Si

Si inquisitus non potest dare fideiussores, non carcerentur eius coniuncti h. d.

Idem ibidem. L. IV.

AB illo potissime Iustitiarij nostri abstineăt, vt vnum pro alio, velut patrem pro filio, vel econuerso, seu fratrem pro fratre, vel quancunque coniunctam personam, pro reo fideiussores forsitan nō præstantem, carceri non intrudant.

Non indiget summario.

Carol. I. Rex cap. 47. L. V.

ITem Iustitiarij delatos in Curia sua, vel accusatos, post præstitam fideiussionem ab eis in casibus à Const. aut iure permissis, non protrahant post se, nec cōpellant in Curia morari, nisi in terminis constitutionis, in quibus secundum constitutiones, aut de iure, debet in causa procedi.

Inquisitus, & conuictus de crimine inducente mortem naturalem, ciuilem, vel abscissionem membri, capiatur, & audiatur in vinculis h. d.

Carol. II. Rex cap. 140. L. VI.

AB illo inchoandum, fore primitus prouidentes, quod in eodem Regno multorum malorum semina producebant. Ideoq; præsenti edictali constitutione, in perpetuum valitura, decernimus, vt cum specialiter in præmissis casibus, contra specialem personam legitime fuerit inquisitum de crimine, cuius pæna mortem naturalem, vel ciuilem, vel menbri abscissionem inducit, aut de huiusmodi crimine, accusatione ordinaria proposita, contra quenquam, vbi de commisso, inquisitori, vel cognitori plene constiterit, statim notatum, vel accusatum capiat de persona, custodiendum, secundum qualitatem, & conditionem ipsius, non expectata publicatione inquisitionis, aut testium accusatoris, aut probatione defensionum notati, ad quas probandas sibi forsitan terminus dandus erat, sed in vinculis positus, plene in suis defensionibus audiatur.

Non indiget Summario.

Idem cap. 141. L. VII.

IN generalibus autem inquisitionibus non capiatur notatus, competentes fideiussores offerens, etiam probato de crimine, ante datam sibi, repertorum copiă contra eum.

Non indiget summario.

Rit. 33. L. VIII.

ITem quod teneantur omnes, qui recipiunt fideiussiones eodem die, quo recipiunt, reuelare Locumtenenti, & Iudicibus, seu vni ex ipsis Iudicibus, & Aerario, & ad tardius sequenti die, ad hoc, vt exequenda circa præmissa possint exectioni demandari.

Non indiget summario.

Rit. 159. L. IX.

IN primis, quod fideiussores iurant, sicut principales in criminalibus, sed in ciuilibus, nec principales, nec fideiussores iurant. Item notandum est quod fideiussores se obligant præsentare reum, si, & quoties ipse principalis fuerit requisitus, vel ipsi fuerint requisiti, verum quando extra iudicium requiruntur dicti fideiussores, requiritur in eadem requisitione etiam ipse principalis, fideiussores ad penam fideiussionis, & principalis ad pœnam quatuor vnciarum, seu tertiæ partis bonorum mobilium, si dicta tertia maior dicta pœna non existat. hoc notatur in Cōstitutione Regni lite lib. 2.

Non indiget summario.

Rit. eod. L. X.

ITem nota quod in criminalibus fideiussores recipiuntur ad pœnas iustas, vz. pro homicidio ad pœnam vnciarum centum, si vero de priuato carcere, vel etiam falsitatis, ad pœnam quinquaginta vnciarum, si vero sint alia delicta ad pœnam vnciarum 25. & obligant se, & bona eorum omnia in solidum &c. prout post infra in Ritibus exequutionum Commissariorum, in quinto Ritu.

Non indiget summario.

Rit. 160. L. XI.

ITem quod nullus recipiatur fideiussor de Capuana nobilis, nec nobilis de Nido, maxime milites, & alij potentiores, Curiales, vel alij, sed habiles ad conueniendum, & faciendum executiones contra eos, verum vnus nobilis de Nido, vel de Capuana recipitur pro alio nobili.

Fideiussio potest capi per Actuarium, seu Scribam qualibet die non feriata, etiam absente Regente, & Iudicibus h. d.

Rit. 161. L. XII.

Item quælibet fideiussio potest accipi omni die, licet illo die Curia non regatur, dummodo posset regi si voluisset, licet esset dies feriata, & qualibet hora potest recipi de mane, de sero, & quacumq; hora diei, præsente, vel absente Regente, & Iudicibus, sufficit enim, quod eam recipiat Magister actorum, & notarius, quia in actu dictæ receptionis dicitur Magistro N. dictæ Curiæ, actorum Notario, prædicta omnia, & singula sollemniter, & legitime stipulante nomine, & pro parte dictæ Curiæ. Quandoq; etiam Subactuarij dictę Curiæ prædicto modo recipiunt fideiussores, quamuis Magister actorum non esset ibi præsens in Curia, dummodo esset in Curia, & dicitur nihilominus præsente dicto N.

Non indiget summario.

Rit. 163. L. XIII.

ITem pro quolibet denunciato debent esse duo fideiussores, qui non sint filij famil. nec clerici, & iurent quantum valēt bona ipsorum, extractis debitis, & dotibus ipsorum; & quamuis iurent vsq; ad certam summam, tamen quilibet tenetur insolidum. Verum quando essent tres denunciati, si essent quatuor diuites fideiussores, Curia recipit eos quatuor, vel quinque arbitrio dictæ Curiæ, & sic deinceps; & quando essent quatuor denunciati, sufficerent si darentur sex, vel septem diuites; & quando essent multi denunciati, Curia recipit pro medietate fideiussores, quos deberet recipere secundum dictum ordinem, & pro alia medietate ipsi denunciati inter se, vnus pro alio fideiubet; & vocatur vicaria fideiussio, quando vnus pro alio fideiubet; & hoc seruatur.

Non indiget summario.

1532 *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 21. de Off. M. Iust. nu. 7. L. XIV.*

ITem, che tutti gli Attuarij debbiano subito che per loro sarà presa alcuna pleggiaria nelle cause criminali, quella notificare alli Mastri d'atti criminali nelle cause, acciò quelli possano detta pleggiaria annotare nel processo di detta causa, secondo l'ordine à loro dato.

Inquisiti de delictis, quorum pæna est mortis naturalis, ciuilis, abscissionis membri, triremium, aut relegationis, non habilitentur, nisi ex causa, visa tribunali, & infirmi detineantur in infirmaria h. d.

1557 *D. Franc. Pacecbus Prorex Prag. 8. de Off. M. Iust. nu. 5. 6. L. XV.*

ITem vogliamo, & così ordiniamo per la presente, che nelle cause criminali, nelle quali si verrà ad imponere pena di morte naturale, ò ciuile, ò abscissione di membro, ò di galera, ò di relegatione, nō si possano habilitare gl'inquisiti, che saranno citati per questa gran Corte, nè per il Palazzo, nè per altra parte, tanto à tempo, che compareranno gl'inquisiti, come dopò, che saranno comparsi, & carcerati, eccetto, che in Banca, & proposta la causa dell'habilitatione per lo Commissario, che sarà della causa d'auanti delli Magnifici Regenti, & Giudici, di questa gran Corte, & inteso il Magnifico Auocato Fiscale.

Item vogliamo, & così ordiniamo, per la presente, & commandiamo, che non si debbiano habilitare gl'inquisiti, sotto pretesto d'infirmità, extra Carcerem, nelli casi, in quibus viene ad imporsi pena di morte naturale, ò ciuile, ò abscissione di membro, ò di galera, seu relegatione, ma nelli casi predetti gl'inquisiti infermi si debbiano curare nell'Infermaria à questo effetto deputata in detto Carcere: Per

tanto

tanto, ve diciamo, & ordiniamo, che prouediate che li predetti ordini si debbiano ad vnguem osseruare, iuxta lor continentia e tenore, sotto pena di priuation di officio, & altra à nostro arbitrio reseruata.

Non indiget summario.

1566 *Philipp. II. Rex Prag. 39. de Off. M. Iust. nu. 6. L. XVI.*

ITem ordenamos, y mandamos que en hazer la fee que el Medico ordinario de la Vicaria dà de la infirmidad d'algun preso, que pretende habilitation para salir fuera de las carceres en qualquiere caso que sea, se guarde, y que à quella sea cóforme à la orden de la Vicaria del año 1554. que comienza. Item que el Fisico de la carcel de baxo de la Rubrica de Medico, y Enfermero.

Non indiget summario.

1576 *Marchio Mondejar Prorex Prag. 42 de Off. M. Iust. nu. 14. L. XVII.*

IN lo habilitare delli carcerati infermi, s'è concluso, che s'intenda lo detto Magn. Auocato, & poi eo audito, lo Tribunale proueda qllo, che serà di giustitia, circa dette habilitationi.

Non indiget summario.

1590 *Prag. 10. de carcer. L. XVIII.*

HAuiendo visto su Excel. lo que contienen los dos inclusos villetes del Sig. Auogado fiscal Surgente parece à Su Excel. que las fe y de los que se habilitan siendo dendere del fisco se le ayan de intimar antes que se habiliten como enfermos respecto de los spirtos que estan per deudas y sendeudores del fisco por penas de instrumentos y otras cosas de Cancellaria à 23. di Agosto 1590. Muy Ill. Señor B. M. à V. M. su mayor Ser.

Don Ber. Barrionouo.

De Consignatione per clamidem. Tit. CLXXIIII.

Die feriata, in qua nequit fieri habilitatio, carceratus consignatur per clamidé vt infra h.d. cú l.seq.

Rit. 44. L. I.



ITem seruat ipsa Curia; quod quando liberatur aliquis per Curiam, aliquo die feriato, ita quod Curia regi illa die non posset; tunc si ille liberandus debet iterum venire ad Curiam, quia fideiussio tali die recipi non potest, tenetur iste modus, videlicet, quod Regens personaliter assignat per clamidem liberandum aliquibus, vel alicui pro captiuo, & ille promictit, primo die iuridico, eum præsentare in Curia ad certam pœnam, arbitrio Regentis, puta, centum vnciarum, & de hac assignatione cum ista pœna specificata, vel maiori, vel minori, secundum delicti qualitatem fit publicum instrumentum inter Dominum Regentem, tamquam officialem, & personam publicam, stipulantem nomine, & pro parte dictæ Curiæ, & illum, cui dictus captiuus assignatur ex alia, & deinde ille, cui assignatur captiuus, venit primo die iuridico, & obligat se voluntarie, præsens apud acta, ad dictam pœnam, præsentare dictum captiuum ipsi Curiæ, si, & quoties fuerit per ipsam Curiam requisitus.

Rit. 162. L. II.

ITem si esset dies feriata, ita quod Curia regi illo die non potest, tunc ipsis fideiussoribus asignatur captiuus pro captiuo, non vt fideiussoribus, sed vt recipientibus eum tamquam captiuum, & non fit mentio quod sint fideiussores, & Regens, vel Locumtenens suum capit captiuum per clamidem, & asignat tunc aliquibus de ipsis prædictis, & promittunt ad certam prædictam pœnam præsentare primo die iuridico quando Curia ipsa regitur, & de hoc inter Regentem, prædicta stipulantem nomine Curiæ sollemniter, & legitime, & inter illos, qui recipiunt eum pro captiuo, fit publicum instrumentum, & primo die iuridico veniente, siue regatur Curia, siue non obligant se de præsentando eum, & pœnes acta in forma Curiæ consueta, quo facto in conti-

tinenti Regens rumpit instrumentum prædictum dictis accipientibus, se obligantibus modo prædicto.

De processu contra principalem, & fideiussorem, atq; consignatarium pro representatione. Tit. CLXXV.

Loquitur de purgatione moræ iudicialis.

Carol. III. cap. 230. L. I.

LEgem veterem digestorũ. Et si potest tres, aut quinque pluresue dies, de iudicialis moræ purgatione loquentem, ante contestationem litis, secundum sensus plurium intellectam, post litem etiam cõtestatam sic debere intelligi declaramus, cum eadem æquitatis ratio conclusiones varias vna terminatione recipiat, & diuersas actionis species per dissimilitudinem non excludat. His illud adijcimus, vt Prouinciarum Præsides, omnesq; iuridici, partes, in iudicio comparentes ad renunciandum beneficio legis eiusdem, nec volentes recipiant, & inuoluntarios non compellant, quod si contra factum fuerit, nullam efficaciam assequatur.

Non indiget summario.

Rit. 94. L. II.

ITem seruat ipsa Curia in principali causa ciuiliter, vel criminaliter, & in fideiussoribus suis, quando citantur ad aliquem actum, post contestationem litis, quod illo sero, quo debuit comparere ad citationem factam, accusatur contumacia tantum, & sequenti sero fit condemnatio, & deinde ipso sequenti die fit ille actus, ad quem fuit citatus, & deinde in antea quandocunq;

Non indiget summario.

Rit. 97. L. III.

ET fit citatio isto modo scilicet post litem contestatam; mandamus, quatenus citetis dictum talem ad pœnam vnciarum quatuor auri, non tamen in citatione dicitur, seu tertiam partem bonorũ mobilium, vt supra, & quamuis in citatione non dicatur sic, vt dictum est, & cõdemnatur, Fideiussores autem requiruntur vt sistant principalem, & ad pęnam fideiussionis, & condemnantur per dictum modum ad pœnam fideiussionis, non expectando triduum.

Non indiget summario.

Rit. 163. L. IIII.

ITem non possunt purgare moram fideiussores infra dies septem, vt dictant iura communia, & capitulum Regni, quia Curia ipsa non vtitur dictis iuribus, & capitulo de hoc loquentibus, licet in alijs Regni partibus obseruentur dicta iura per capitulum illud, idest legem veterem.

Item quando requiritur principalis, & fideiussores, licet sit in loco, vbi Curia regitur: fit litera clausa cum sigillo iustitiæ, quo ipsa Curia vtitur.

Item quod si condemnatus est fideiussor, quia non præsentauit principalem, licet ipse fideiussor compareat eodem die, non purgat contumaciam, nisi dicto die veniat cum principali, quem præsentet; & ita seruatur in Curia.

Non indiget summario.

Rit. 164. L. V.

ITem eodem sero, seu die faciant condemnari fideiussores suos, simul cum eo, ad pœnam fideiussionis, sine noua requisitione fideiussorum. Et si tu dices, quomodo possunt condemnari fideiussores sine requisitione? Respondetur, quod hoc est propter formam fideiussionis, quæ est quod præsentabunt eum, si, & quoties ipse fuerit per Curiam requisitus, qui reus etiam tunc, cum datur terminus, requiritur, si quis attendat formam dati termini, quæ hodie vsitatur in Regno.

Non indiget Summario

Rit. 165. L. VI.

Nota

NOra quod hæc dictio, vel, est dictio disiunctiua, ex qua sufficit, vt condemnētur fideiussores, quando est requisitus principalis, absque tamen requisitione ipsorum fideiussorum, propter hanc formam fideiussionis, quæ vsitatur per ipsam Curiam, excepto, quod in ciuilibus fideiussores non iurant, in criminalibus autem iurant fideiussores, & principales, in ciuilibus non iurant principales, nec fideiussores.

Vbi datur terminus peremptorius principali, & fideiussori, si non comparet in eodem termino, accusatur contumacia per accusatorem, Curiæ coadiutorem, vel Aduocatum Fisci, & sequenti die fit condemnatio.
Terminus peremptorius datur in principali, in publicationibus repulsarum, interrogationum, & beneficiorum h. d.

Rit. 198. L. VII.

ITem seruat ipsa Curia, quod vbicunq; datur terminus, qui dicitur peremptorius, ad dictam Curiam veniendum, vsq; per totum diem talem, mensis talis, huius anni, talis indictionis, sicut fit in principali termino, qui datur ad probandum, in tota causa, & in termino repulsæ, & in termino cuiuslibet publicationis causæ, tam primæ, quam publicationis repulsæ, quam publicationis responsionis, quam termino super aliqua petitione beneficij &c. (quæ quidem verba, scilicet, peremptorius ad dictam Curiam veniendum ponuntur, vbi datur aliquis terminus ad aliquid faciendum) tunc accusatus criminaliter, si die illo vltimo termini non compareat, & accusator compareat, vel coadiutor, vel Aduocatus Fisci, si est ex officio accusatus contra dictum accusatum, vel inquisitum, contumacia accusatur, & sequenti die ad petitionem dicti Accusatoris, vel Aduocati Fisci potest idem accusatus, vel inquisitus condemnari ad pœnam fideiussionis & banniri, & fideiussor condemnatur ad pœnam fideiussionis.

Non indiget summario.

Rit. 217. L. VIII.

ITem, quod post receptionem dictarum fideiussionum, commissarius ipse mandet ex Reginali, dictæq; Curiæ parte, dictis principalibus bannitis, si præsentes fuerint, seu eorum fideiussoribus supradictis in illorum absentia, ad pœnam fideiussionum præfatarum, quatenus fuerint bāniti, si quidem ipsi fuerint ex officio dictæ Curiæ banniti, quod dictos bannitos, seu ipsos bannitos principales, infra terminum per dictum Commissarium eisdem bannitis, seu eorum fideiussoribus præfigendum pro causis præmissis, sistant in iudicio dictæ Curiæ, & se præsentent.

De Probationibus, termino ad probandum in criminalibus in communi, concessione copiæ repertorum, et productione iuriū Tit. CLXXVI.

Non indiget summario.
Loquitur de inquisitis per generales inquisitiones.

Feder. Imper. Constit. lib. 1. sub tit. de inqui. fac. Const. Hi qui. L. I.



CAeterū si tale quid cōtra eos probatum extiterit, ex quo personam amittere debeant; vel membrorum mutilationem incurrere, aut perpetuo carcere macerari; tunc si quidem is, contra quem inquisitio facta fuerit, leuis vitæ, & malæ conuersationis fuisse non probabitur, vel per quoscunque maleficus non probetur; inquisitionis ei copia tribuatur. Porrò si per ipsam inquisitionem, aut alias contra eum factas, leuis conuersationis, & vitæ probetur, aut quod propter manifestam fugam ex maleficio fuerit forbannitus, & per decem bonæ opinionis viros, non inimicos delati, probatum fuerit contra eum, facta sibi copia nominum tantum testium, non dictorum, nec eorum specialiter, qui contra ipsum inquisitionem deponunt, ad condemnationem ipsius, iuxta qualitatē probati criminis procedatur.

Non indiget summario.

Idem Constitut. lib. 1. tit. de probib. nost. Off. occas. L. II.

Item

ITem dira, & dura obseruatio, quæ hactenus obtinebat; videlicet, quod si per inquisitionem contra aliquem factam per decemnarium numerum probatur, non dabatur copia reclamandi; Nolumus, quod de cætero obseruetur, sed & per quemcunque, & quoscunque probetur, copiam habeat accusatus, & in suis defensionibus audiatur.

Non indiget summario.

Carol. II. Rex cap 143. *L. III.*

ET vt omnis in hoc dubietas sopiatur, quando generalis, vel specialis inquisitio de crimine legitime facta fuerit, distinctione non habita leuium, vel non leuium personarum, omnium repertorum copiam, tam nominum, quam dictorum, per quemcumque, & quoscumque probatum fuerit, dari notato mandamus.

Infra quindecim dies post capturam procedatur contra reum vt infra h. d.

1532 *Carol. V. Imp. inter Priuil. Neap. fol.* 89. *at. cap.* 12. *L. IIII.*

ITem supplicano V. M. Cesf. atteso che per ordine dell'Illustrissimo Vicerè, & Luogotenenti in questo Regno, ouero de alcuni de suoi tribunali è accascato pigliar si priggione alcuna persona, etiam qualificata, & quella pigliata, s'è tenuta, & tiene, per molti mesi, senza procedere all'espeditione della causa, seu cause di detti carcerati, che se degni ordinare al suo Illustrissimo Vicerè, ò Luogotenente, ò Collaterale Conseglio, quali al presente sono, & pro tempore saranno, & altri tribunali, per ordine delli quali si teneranno in carcere, che carcerato l'inquisito per qualsiuoglia, mediocre, graue, ò grauissimo delitto infra quindici immediate seguenti poi di sua cattura lo debbiano ammettere à sue defensioni, & fra detto tempo cominciare à procedere alla espeditione di detta causa, iustitia mediante. Placet Reg. M. vt post captum reum intra quindecim dies ad summum procedatur contra eum prout iuris, erit, nisi ex iustissimis causis, ad commodum, & salutem Regni, & reipublicè spectantibus ipsi Viceregi, aut Locumtenenti Generali aliter procedendum videatur.

Dentur defensiones inquisitis infra quindecim dies, post capturam. h. d.

1536. *Idem inter priuil. Neap. fol.* 105. *cap.* 13. *L. V.*

ITem perche Vostra Cesarea Maestà fu supplicata in li anni passati, che essendo inquisita qualsiuoglia persona, de qualsiuoglia delitto, & essendo carcerato l'inquisito, per ordine de qualsiuoglia officiale, etiam dell'Illustrissimo Vicere suo in questo regno, intra quindici dì, poi la cattura dell'inquisito se deuesse ammettere alle defensioni, ò se procedesse alla espeditione di detta causa, iustitia mediāte, quale supplicatione fu decretata, nel modo infrascritto. Placet Regijs Maiestatibus quod post captum reum infra quindecim dies ad summum procedatur contra eum prout iuris erit, nisi ex iustissimis causis ad commodum, & salutem regni, & reipublicè, spectantibus ipsi Viceregi, aut Locumtenenti generali, aliter procedendum videatur. Et stante la detta decretatione la gratia è del tutto disutile, & senza effetto, atteso che sempre se figura, che sia caso per la vtilità, & commodo del Regno, perche li delitti non siano impuniti; se supplica V. Cesarea Maestà, che se degni concederli detta gratia semplicemente, & senza alcuna excettione, quale gratia è stata, & è conforme alla giustitia, non essendo conueniente, che suoi vassalli siano detratiati, ma deuendose procedere iustitia mediante alla punitione, o alla assolutione de quelli, che sono inquisiti.

Placet Cæs. & Cath. Maiest. & iubet iuxta suam decretationem dudum factam rectam & breuem iustitiam fieri, &c.

Dentur defensiones infra quindecim dies exceptis trib. casib. vt infra. h. d.

1554. *Idem int. priuil. Neap. fol.* 154. *cap.* 12. *L. VI.*

IL capitolo, per il quale si dispone, per qualsiuoglia grauissimo delitto, non se hab-

habbia à ritardare al carcerato di darli le defensioni, piu di quindeci giorni, ancora che ci interuenghi ordine di qualsiuoglia officiale, perche da alcuni anni in quà si sono carcerati huomini di molta qualità nelle carcere criminali, alle quali per dieci, o dodici mesi non li sono state date le defensioni, donde è nato vn copioso numero di forusciti, ricusando, etiam l'innocenti, di comparere, come securi di douere esserno longo tempo macerati nello carcere. Questo abuso è stato fondato da ministri per le parole della decretatione di detto capitolo, nel quale si legge questa excettione, Nisi ex iustissimis causis ad modum & salutem regni, & reipublicæ spectantibus ipsi Viceregi, aut Locumtenenti generali, aliter prouidendũ videatur, la qual excettione fa la gratia totalméte inutile, perche allegano essere espediente alla republica, che siano puniti li delitti, e con questa allegatione spesse volte macerano l'innocenti, però si supplica humilmente la Maestà vostra, per torre questi inconuenienti, voglia dechiarare, in questa eccettione non si comprenda, se non crimen læsæ Maiestatis, ma in tutti li altri non se ritardi in dare le defensioni, più de quindici giorni, accioche senza molta dilatione siano l'innocenti assoluti, e li delinquenti puniti. Plac. Cæs. & Cath. Maiest. exceptis tamen criminibus læsæ Maiest. falsæ monetæ, & assassinij.

Non indiget summario.

1555 *Card. Segunt. Prorex Prag. 6. de off. Iust. nu. 17. L. VII.*

ITem quod Actuarij nullatenus ante publicationem dare habeant copiam repertorum inquisitis, nisi datis testibus Fisci pro repetitis, & legitime examinatis, concurrente vuluntate dicti Regij Fisci, & aliter non prouideant Gubernator, & Auditores Prouinciarum.

Non indiget summario.

1576. *Marchio Mondejar Prorex Prag. 42. de Off. M. Iust. nu. 6. L. VIII.*

CIrca il capo quod dentur defensiones, & non procedatur ex processu informatiuo, vel quod dentur defensiones extra carceres, non sia inteso l'Auocato Fiscale, & che lo Giudice Commissario, lo faccia esso solo in casa; s'è concluso, & così ordinato, che l'Auocato Fiscale in omnibus sia inteso, conforme alle Pragmatiche, & detti atti se debbiano fare nel Tribunale.

De Probatione contra inquisitum per testes, & eorum repetitione. Tit. CLXXVII.

Probationes fiant in ciuilibus, & criminalibus per instrumenta, vel per testes, qui sint qualitatis, & in numero, vt infra; sublata probatione per pugnam; testes viles esse non possint extra iudicia contra infrascriptos.
In Crimine læsæ Maiestatis omnium accusatorum, & testium sit exæquata conditio.
Militaribus priuilegijs gaudeant ij, in quibus infrascripta concurrunt.
Instructo processu procedatur ad expeditioné. h d.

Feder. Imper. const. lib. 2. tit. de pugn. subl. const. Prosequentes. L. I.

SEd si franchus aliquis à francho, vel etiam Longobardo super aliqua quæstione ciuili, vel etiam criminali, extiterit impetitus, per probationes testium, vel instrumentorum, & similium, per quos posset plene probari veritas, conuincatur. Probationes verumtamen testium, pro personarum qualitatibus, videlicet, & causarũ, volumus esse amodo pinguiores. Constituentes in primis, quod nullus angarius, vel villicus, seu quicunq; villanus, qui in villis, & casalibus habitat, & postremo nullus vilis conditionis, contra Comites, aut Barones, aut etiam simplices milites, capitaliter accusatos, vel de psonę códitione, vt pote de homagio, aut de omnibus bonis, seu maiori parte eorum, vel etiam de vno castro conuentos, in testem possit induci, aut inductus cótra prædictos fidem aliquam in iudicijs, vel arbitrio, vel extra iudicia, in contractibus, seu quasi contractibus fidem aliquam faciat, sed

perinde habeatur ac si non esset inductus. Sed contra prænominatas personas, milites tanummodo, & burgenses, bonæ, & honestæ opinionis, inducantur in testes, contra quos nulla omnino pugna de cætero offerri valeat ab eisdem. Numerum etiam testium in prædictis personis, & causis volumus esse maiorem, videlicet. Vt contra comitem criminaliter accusatum, vel de statu personæ, aut de omnibus bonis suis, vel de maiori parte bonorum, seu etiam de castro conuentum, duo Comites fidem faciant, vel quatuor Barones, aut octo milites, & sic per cõsequentiam. xvi. burgenses, probationem plenam inducant. Et sic gradatim contra Baronem duo Barones, aut loco duorum Baronum, quatuor milites, & vicequatuor militum octo burgenses. Et idem in milite, prout inferioris gradus se habeat conditio, inducatur in testes. Pauciores autem numero in personis prædictis, & causis, nullam omnino fidem inducant. Et contra prædictos, aut plures, nulla omnino pugnæ probatio vendicet sibi locum. In omnibus tamen prædictis, crimen lesæ Maiestatis excipimus, in quo omnium accusatorum, & testium sit conditio exequata. Militaribus tamen priuilegijs in omnibus supradictis, & alijs causis, & casibus, in quibus prærogatiuæ militum aliquid indulgetur, eos tantummodo milites vti volumus, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obseruant in equis, & armis, videlicet, & alijs militaribus signis, quibus Barones, & milites condecet decorari. Consuetudinem autem, quæ in quibusdam Regni partibus obtinebat, per quam hi, qui franchi non sunt, sed iure communi censentur, testibus contra se productis in quocunque iudicio possint pugnam offerre, funditus extirpamus; Sed personarum, & causarum distinctione seruata, in eorum causis, iuxta nouæ constitutionis nostræ statuta, iustitia præuia, & æquitate seruata, ad diffinitiuam sententiam procedatur.

Non indiget summario.

1515. *D. Bernardus de Villamari Prorex Prag. 29. de Off. M. Iust. nu. 11. L. II.*

ITem vogliamo, & ordiniamo, che gli Scriuani criminali debbiano con ogni diligentia riceuere, & essaminare tutti li testimonij del Fisco, infra il termine, & fatta la publicatione consegnare il processo in potere dell'Auocato Fiscale, acciò che si possa sollecitare l'espeditione.

Non indiget summario.

1519. *D. Raimundus de Cardona Prorex Prag. 6. de Off. M. Iust. nu. 2. L. III.*

ITem, che nell'essamine così de principali inquisiti, come delli testimonij del Fisco, & anco delle parti, se debbia essaminare per lo Mastrod'atti principale della causa, il Regente, ò ver Giudice, & non per Auocato, & Procurator Fiscale Verum se l'Auocato, & Procurator Fiscale ci vogliono esser presenti, ci possano essere.

Non indiget Summario.

1525. *M. C. V. Prag. 29. de Off. M. Iust. num. 14. L. IIII.*

ITem vogliamo, & ordiniamo, che li Scriuani criminali debbiano con ogni diligentia riceuere, & essaminare tutti li testimonij del Fisco infra terminum, & facta publicatione consignare il processo all'Auocato Fiscale, accioche si possa sollecitare l'espeditione di quello.

Testes contra inquisitũ repetantur infra terminum, vt infra; eoq; elapso, non retardetur expeditio h.d.

1536. *D. Petrus de Toleto Prorex Prag. 2. de citat. L. V.*

ET in super, quia de his, quos tenent carcere inclusos, lege sancitum est, vt, aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret, statuimus, & ordinamus, quod Fisci Procurator procuret repetitionem suorum testium in informationibus examinatorum, infra terminum datum reis, ad suas faciendas defensiones, quod si nõ fecerit, prætextu non repetitorum testium, expeditio causarum nullatenus differatur: Verum, si Fisci procurator infra tres dies,

post

post datas defensiones per Curiam, petierit maiorem dilationem pro repetēdis testibus, qui absentes essent; Iudices pro distantia locorum, vbi erunt testes repetendi, de cōpetenti dilatione prouideant, pro prædictorum testium repetitione, qua elapsa, ad terminationem causarum, prout iuris fuerit, procedatur. Et vt præmissa debitum sortiantur effectum, iuxta ipsarū sanctionum seriem, & tenorem; earundem tenore præsentium, & præfatarum Maiestatum nomine, supradictis omnibus dicimus, committimus, & mandamus, quatenus præinsertas sanctiones Pragmaticas, & Regias ordinationes obseruare debeant, ac exequi, & obseruari faciant iuxta ipsarum Regiarum sanctionum seriem, & tenorem, nec secus agant, pro quanto gratiam Præfatarum Maiestatum caram habent, iramq; & indignationem, & pœnam Præfatis Maiestatibus reseruatam, cupiunt euitare. In cuius rei testimonium, præsentes Regio Sigillo à terg. impressas, & firmiter obsignatas, fieri fecimus, & iussimus.

Non indiget summario.

1616. Comes de Lem. Iun. Prorex Prag. 11. de Off. Iudi. num. 83. L. VI.

VOgliamo, che quādo il reo serà contumace, & persistendo in contumacia, morirà alcuno, ò tutti li testimonij dell' informationi, non sia necessario di repeterli, acciò non senta il reo beneficio della sua contumacia, ma facciano detti testimonij morti l'istessa fede, che farriano, se fussero legitimamente repetiti.

De Testium absentium, ad defensionem inquisiti examinandorum nominatione, dilatione ad examinandum, et commissione Audientiæ eorumdem. Tit. CLXXVIII.

Vbi committitur Audientia testium in criminalibus, si illi ob culpam examinatoris, aut testium, non fuerint examinati, contra eos fit condemnatio, vt infra, si causa non recipit æstimationem; & non obstante lapsu termini, causa principalis peragitur. Et in ciuilibus, vbi examinator, & testes non sunt soluendo, pars læsa restituitur in integrū h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 2. tit in quib. cau. aud test. comm. Const. In pecuniarijs. L. I.



IN Criminalibus autem in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accusatur, æstimatio causæ haberi non potest; pœna tertiæ partis mobilium omnino Curiæ nostræ soluta, testes, aut Iudices impetratos parti læse in viaticis, & sumptibus litis Sacramento suo, cum taxatione Iudicis declarandis, volumus esse damnandos; principali causa nihilominus, non obstante lapsu termini, suo ordine peragenda. Eodem etiam obtinente in ciuilibus causis si testes, aut coactores eorum non soluendo fuerint, vt parti læsæ per restituendæ causæ beneficium succurratur.

Non indiget summario.

Rit. 141. L. II.

ITem quod curiæ, & altera ipsarum non committant audientiam testium in caussis criminalibus infra diætam vnam legalem, a dicta Ciuitate Neapolis, nisi essent senes, & valetudinarij, & honestæ mulieres, similesque personæ, & nisi de partium voluntate processerit.

Non indiget summario.

Rit. 156. L. III.

ITem seruat ipsa Curia alicui committere examinationes testium in criminali, senum, & valetudinariorum, iuxta textum illum notabilem constitutionis Regni, in pecuniarijs, & ita fuit de facto in Curia pridie, vbi fuit commissa examinatio contra statutum Salerni in dicta Ciuitate Salerni &c.

In criminalibus Audientia testium committitur literatis Curiæ eligendis, & cum salario soluendo vt infra h. d.

Rit. 157. L. IIII.

ITem seruat ipsa Curia, quod quamuis regulariter non potest committi examinatio testium in alijs casibus, quam in

prædicta proxima obseruantia contentis, tamen aduocatis, & literatis, qui ipsam curiam sequuntur, committitur pro maiori parte, quasi examinatio omnium testium in criminali, & examinant in ipsa curia, idest in loco, vbi regitur, & est ratio, quia tunc non videtur esse commissa, immo potius ipsa curia videtur examinare, & ista est ratio literatorum respondentium ad iura loquentia, ꝙ non potest cõmitti examinatio in criminalibus, & tunc aut est extraordinarius, puta quando dãtur capitula inquisitionum processus, & Regens ipse eligit vnum examinatorẽ, aut est ordinarius processus, & tunc dum curia regitur, quilibet eligit suum .i. accusator, & accusatus, qui duo electi litterati habeant testes examinare vtriusq; partis, & soluitur eis de examinatione eorum testium vtriusq; partis, scilicet in extraordinario processu, non soluitur examinatori, nisi de testibus partis, quæ infertur nõ de testibus Fisci.

De Testium iuramento, & examine pro defensione inquisiti. Tit. CLXXIX.

In examine testium scribitur, vt infra.

Rit. 157. L. I.



T quod dictæ examinationes fiunt in Curia non scribuntur in actis quia non scribitur quãdo talis examinatio cõmissa est tali. Nec ipsi examinatores qui examinant in Curia ipsa, vt dictum est faciũt mentionem, quod ipsi examinauerunt. scilicet simpliciter dicitur talis de tali loco testis iuratus, & interrogatus super primo capitulo, vel articulo dixit hoc inde scire, quod talis &c. Et omnia quæ dicta sunt in processu criminali ordinario seruantur in processibus ciuilibus inter partes adinuicem causantes &c.

Non indiget summario.

1555. Card. Segunt. Prorex Prag. 6. de Off. Iust. num. 13. L. II.

ITem quod Actuarij teneantur dare notitiam Aduocato, & Procuratori Fisci de omnibus carceratis, & informationibus contra eos; & quando dantur defensiones, & præsentantur exceptiones, nullatenus debeant recipere testes, nisi percunctatis exceptionibus per Aduocatum Fisci, & testes recipiendi cum interest, recipiantur in articulis signatis in præsentia Commissarij, & Aduocati Fisci, & facta publicatione in causa, minime portare habeant ad expediendum processum Auditori, & causæ Commissario, nisi illo percuntato per dictum Fisci Aduocatum, & Procuratorem.

Testes ad defensionem examinari possunt coram Iudice M.C. causæ Cõmissario, qui assistat, vt infra. Non est necessaria præsentia Aduocati Fisci, nisi in examine testium, in causa appellationis, introducta in S. C. h. d.

1559. Dux de Alcalà Prorex Prag. 6. de Off. M. Iust. num. 5. L. III.

HAuendo hauuto informatione, che l'espeditione delli carcerati criminali, quali se detengono in questa Gran Corte, và molto tarda, & la principal causa donde questo nasce, è, perche il Magnif. Auocato Fiscale attende esso solo all'essaminar delli testimonij, che producono detti carcerati in loro defensione, il quale per ritrouarsi occupato in altri negotij per lo carico di suo officio, & per essere il numero tanto grande, quanto è di detti carcerati, non vi può attendere, & fare prestamente dett'essamine, come cõueneua al seruitio di sua Cathol. Maest. & buona administratione della giustitia, & bisognando in questo farsi opportuno rimedio, ne ha parso prouedere come anticamente si costumaua, & è di raggione, che li Magn. Giudici criminali Commissarij delle cause habbiano da attendere in dett'essamine, & così per la presente ordiniamo, & commandiamo, che li predetti Giudici, & ciaschedun di loro, da quì auanti nelle cause, che sono à lor commesse, debbiano vacare continuamente almeno vn'hora del dì nell'essaminare di detti testimonij, nelli giorni di negotij, & nelli dì feriati, per due hore, restando

stando à carico del sopradetto Auocato Fiscale solamente di attendere, & vacare, nell'essamine delli testimonij, che detti carcerati produrranno nelle cause d'appellatione, & così essequirete, & non altramente, per quanto hauete cara la gratia della prefata Regia Maestà.

Non indiget summario.

1576. Marchio Mondejar Prorex Prag. 42. de Off. M. Iust. num. 5. L. IIII.

QVanto all'interuenire dell'Auocato Fiscale in lo essaminare de testimonij ad defensionem partium, s'è concluso, che s'osseruino le Pragmatiche, le quali non escludeno, che quando l'Auocato Fiscale vuole interuenire nell'essaminare delli testimonij nella prima instanza, non lo possa fare, & quando vorrà interuenire possa fare quelli interrogatorij per quello tocca alla buona administratione della giustitia, che li pareranno conuenire, & in tal caso non sia obligato andar in casa del Giudice, ma s'vniscano nel Tribunale della Vicaria.

De comparitione vltima die termini ad probandum, & publicatione in criminalibus. Tit. CLXXX.

Vltima die termini accusatur contumacia vt inf. h. d.

Rit. 203. L. I.

ITem nota quod die vltimo termini, qui datur ad probandum in causa criminali, debeo ego accusator, & etiam accusatus in dicta Curia comparere personaliter, vbi vero non compareo ipso die, facit accusatus scribi faceret comparitionem suam, & deinde in antea facit, me citari, ad procedendum in causa ad illum actum, vel actus, quem, vel quos vult facere. Vbi vero ipse accusatus non comparet ipso die, accusabo contumaciam contra eum, & die sequenti faciam eum condemnari ad pœnam fideiussionis, & banniri. & infra.

Item nota, quod die vltimo termini, qui datur ad probandum in causa criminali, debeo ego accusator, & etiam accusatus in dicta Curia comparere personaliter. Vbi vero non compareo ipso die, facit accusatus scribi comparitionem suam, & deinde in antea facit me citari ad procedendum in causa ad illum actum, quem, vel quos vult facere. Vbi vero accusatus non comparet ipso die, accusabo contumaciam contra eum, & sequenti die faciam eum condemnari, ad pœnam fideiussionis, & banniri.

Item eodem sero, seu die faciam condemnari fideiussores suos simul cum eo ad pœnam fideiussionis.

De Probatione per ferrum candens, per aquam feruentem, ac per duellum sublata. Tit. CLXXXI.

Probationes per ferrum candens, & aquam feruentem tolluntur. h. d.

Feder. Imp. Const. lib. 2. tit. de leg. parib. L. I.

LEges quæ à quibusdam simplicibus sunt dictæ paribiles, quæ nec rerum naturã despiciunt, nec veritatẽ attendunt. Nos, qui veram legum sciẽtiam perscrutamur, & inspicimus errores, à nostris iudicijs separamus, præsentis nostri nominis sanctionis edicto, in perpetuum inhibentes, omnibus Regni nostri Iudicibus, vt nullus ipsas leges paribiles, quæ abscons(a)e à veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus nostris indicet, sed communibus probationibus sint contenti, tam antiquis legibus, quam nostris constitutionibus introductis. Eorũ etenim sensum, non tam corrigendum duximus, quam deridendum, qui naturalem cãdentis ferri calorem tepescere, immò, quod est stultius, refrigescere, nulla iusta causa superueniente, confidunt. Aut qui reum criminis constitutum ob conscientiam læsam

ſam tantum afferunt ab aquæ frigidæ elemento non recipi, quem ſubmergi potius aeris competentis retentio non permittit.

Probationes per duellum tolluntur. h. d.

Idem Conſt. lib. 2. tit. de pugn. ſubla. L. II.

PRoſequentes beniuolum noſtræ voluntatis propoſitum, quo pugnas à noſtra Repub. præterquam in quibuſdam paucis admodum caſibus præexceptis, pro uidimus ſubmouere, ingerente ſe caſus præſentis materia circa Francos, qui perſonarum ſuarum, plurimumq; rerum ſuarum omnium, aut maioris partis earum fortunam in monomachiam, quæ duellum vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celſitudo noſtra prouiderit ſtatuendũ, conſtitutione præſenti manifeſtiſſime declarantes; Prædictum igitur probationis modum per pugnam, videlicet, quo iure Francorum viuentes hactenus vtebantur, tam circa principales perſonas, eam ſibi inuicem offerendo, quam circa perſonas teſtium inuicem productorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis de cætero volumus eſſe ſublatum.

Probationes per duellum ſunt ſublatæ, Fallit in crimine læſæ Maieſtatis in homicidio clandeſtino, & in veneficio.
Hæc lex cum quatuor ſequentibus non ſeruatur, quia duellum eſt prohibitum prout hic Iſer.

Idem Conſt. lib. 2. tit. in quibus cauſ. pug. lo. non hab. L. III.

MOnomachiam, quæ vulgariter duellum dicitur, paucis quibuſdam caſibus exceptis, inter Barones, Regni noſtræ dictioni ſubiectos, in perpetuum volumus locum non habere, quæ non tam vera probatio, quam quædam diuinatio dici poteſt, quæ naturæ non conſonat, à iure communi deuiat, æquitatis rationibus non conſentit.

Vix enim, aut nunquam duo pugiles inueniri poterant ſic æquales, vt vel in totum non ſit alter altero fortior; Vel in aliqua parte ſui vigore maiori, & potiori virtute, vel ſaltem ingenijs, alter alterum non excedat. Ab huius autem ſanctionis humanitate præcludimus homicidas, qui veneficio, vel quolibet genere furtiuæ mortis aliquem alium extinxiſſe dicunt, in quibus etiam à pugnæ probatione non permittimus inchoari. Sed per probationes ordinarias, ſi ſuperſint aliquæ, procedi primo debere iubemus, & deniq; officio Curiæ, ſubtili prius inquiſitione præmiſſa, ſi per probationes aliquas, vel per inquiſitionem, plene non poterit facinus comprobari, tunc demum ad pugnæ iudicium indicijs præcedentibus deſcendatur, quæ omnia per officium Iudicis prouide cognoſcentis, volumus explicari; vt inquiſitionis probata caute, & diligenter diſcutiat. Et ſi probatum non inuenerit, vt eſt dictum, offerendi pugnam licentiam tribuat accuſanti; nullo ex eo, quod ipſe ex officio ſuo fecit, accuſatoris iuri præiudicio generato. Si tamen accuſator in crimine prius offerat ſe probare per teſtes, & in eorum probatione deficiat, tunc inquiſitionis, & pugnæ probatione minime locum habente, reus qui nocens non conuincitur, & præſumitur, innocens abſoluatur.

Quod ius inter omnes tam francos, quã Longobardos, & in cauſis omnibus volumus eſſe commune. Satis enim militibus, & nobilibus Regni noſtri probationum impugnationes prouidimus, & alijs etiam, qui poterunt pugnam offerre, prout nouella conſtitutione noſtra euidentius eſt ſtatutum.

Crimen etiam leſæ Maieſtatis excipimus, in quo infraſcriptis capitulis pugnæ iudicium reſeruamus, nec mirum ſi leſæ Maieſtatis reos, homicidas furtiuos, atq; veneficos pugnæ ſubijcimus, non tam iudicio, quam terrori, non quod in ipſis noſtra ſerenitas iuſtum eſtimet, quod iniuſtũ in alijs reputauit, ſed quod in eorum pænam, & aliorum exemplum; publice in conſpectibus hominum ſub tremẽda probationis ſpecie, talis conſtitui volumus homicidas, qui occultas, atq; furtiuas inſidias, vitæ hominũ quos ſola poteſt creare diuina potentia, parare minime timuerunt. Eos enim extra omnes modeſtiæ terminos ſtabilimus qui aduerſus ſecuritatem noſtrã, per quã omnibus alijs præſtatur ſecuritas, moliri aliquid non verentur.

Non

Non indiget summario.

Idem constit. lib. 2. tit. de sacram. præst. à camp. L. IIII.

NVllus campio, si deuictus fuerit, ad faciendum bellum, denuo pro aliquo admittatur; nisi pro se, non cum ipse impetit alium, sed cum fuerit ab aliquo impetitus. Statuimus præterea, vt amodo campiones habeant clauas æquales non spinosas, nec cum aguzonibus, nec habentes cornua, nec ex parte fustis admodum vncis.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 2. tit. 2.

PRæsenti lege decernimus, vt campiones amodo, postquam circulum pugnatorium fuerint, prout est moris, ingressi, corporalia subeant Sacramenta, quod iuxta probabilem credulitatem eorum, credunt, dominos, pro quibus pugnam intrauerint, veritatem fouere, & non per calumniam, seu per astum, ad accusationem propositam, vel defensionem adhibitam, processisse, & quod cum omni virtute, & potentia, studio, & vigore, partes pro quibus pugnauerint, adiuuabunt. Pugilibus etiā expressius inhibemus, quod se non debeant inuicem affidare; quod manibus, vel dentibus, & modis quibuslibet poterunt, alter alterum non offendat. Immo vnus ad confusionem alterius toto posse conetur.

Succumbens in pugna punitur, vt infra.

Idem Const. lib. 2. tit. de Fraud. & dol. campio. L. VI.

SVmmo periculo, quod ex pugilum fraudibus, inertia, vel leui timore, hactenus contingebat, prouisione necessaria succurrentes, decernimus; Vt si his, qui pugnæ pro tempore præfuerint, videatur, cum aliorum consilio, qui tunc temporis inueniantur esse præsentes, quod cāpio in pugnando fraudem adhibeat, aut segnitiem manifestam, vel quod melius potuerit se defendere, nec tam cito in recedentis vocem erumpere debuisset; si quidem is, pro quo pugnat, excusatus extiterit, cum, si pugnæ succumbat, mori debeat, vt pote reus habitus criminis Maiestatis, vel de homicidio absconso conuictus, campio similiter periculum mortis incurrat. Cæterum si is, pro quo pugnat accusat, quia forte dolorē iustum prosequitur, pater, vel forte mater, aut filius de morte suorum, qui succumbat, in pugna mori, non debet; Cum nec ad pugnam fuisset admissus, nisi quia ipsum iusti doloris impetus, & indiciorum præcedentiū probatio, admiserunt. Campio tamen manum amittat, quam, exigēte legitima pæna periurij, quilibet alius scienter periurus amittat. Videbatur etenim impium in causa præsenti, capitali supplicio subiacere campionem, cum is cuius causam principaliter agit, per casum suum, periculo capitis non succumbat.

In crimine tamen læsæ Maiestatis, accusatorem etiam, qui in pugna seccūbit, sicut, & reum, si succubuisset in ea, vltimo supplicio subiugamus.

Offerens pugnam fit qualitatis, cuius est is, cui est oblata.
Et pugiles fint ætatis infrascriptæ. h. d.

Idem Const. lib. 2. tit. de qual. & æta. pugil. L. VII.

COnsuetudinem prauam, & à tramitē rationis cuiuslibet alienam, quæ in Regno nostro obtinuit hactenus, funditus extirpantes, statuimus; Vt is, qui alij pugnam obtulerit, in his casibus, in quibus est pugnæ iudicium reseruatum, iuxta conditionem, & qualitatem ipsius pugnare debeat, quem conuincere per oblatam pugnam intendit, non vt olim ad electionem illius, qui ipsam pugnam obtulerit, fieri debere; Præmeditare namq; deberet primitus accusator, & secum perpensa deliberatione pensare, quis, & qualis conditionis existat is, cui pugnam intendit offerre, & reus, qui fauorem à iure promeruit, & præter spem omnem ad pugnæ dispendium aduocatur, cum se defendat ab alio propulsatus, suæ defensionis modum non debet amittere per eum, qui antequam veniret ad pugnam, consilio forsitan

ſitan fraudulento tractauerat impugnationis ſpeciem contra omnem veritatem, aliquando confundere valeat accuſatum: ſed ſi miles fuerit is,qui pugna impetitur, & eques ſe voluerit defēdere aduerſarius, eius, quamuis miles non ſit, eques ſimiliter ipſum impugnet. E contrario ſi pedes fuerit, qui ſe defendere nititur, licet is, qui pugnam obtulerit, fuerit miles; non vt miles, ſed vt quilibet alius pugil accuſatum impugnet; defendentis ſe namque debet eſſe electio, qualiter melius ſe defendere valeat, ab alio impetitus. Illud etiam præſenti ſanctioni duximus annectendum, vt ſi is, qui pugnam obtulerit, læſus fuerit in aliqua parte ſui corporis, propterea is,qui pugna impetitur,in nullo ſuæ defenſionis auxilium, minorabit. Cæterum ſi impetitus forte ſit læſus in quacumq; parte corporis, quæ neceſſaria ſit ad pugnam, is, qui eam obtulit, in ėa parte ſe debilitare debebit, in qua debilitatus eſt, cui duellum offertur, veluti ſi vnum tantum oculum habeat impetitus, is, qui pugnam offert, aliquibus diebus antea illum oculum, appoſito aliquo, ſibi claudet, in quo pati dignoſcitur accuſatus, ſimiliter, & in digitis, & in membris alijs hoc volumus obtinere, iuxta proborum uirorum conſilium, & diſcretionem prouidam iudicantis. Nec illud prætermittendum vidimus,quod neceſſario gratiam noſtræ benignitatis expoſcit, vt qui ætatis annum ſexageſimum tetigerunt,& qui non dum xxv. annorum curricula impleuerunt,per ſe pugnare minime teneantur, ſed poſſint ad defenſionem ſuam,non cum alios impetunt,ſubijcere campiones, ne vel ætatis in altero naturali frigeſcente calore, vel iuuenilis virtutis in altero robore non impleto,non tā incerto, quam periculoſo pugnæ iudicio, quod eſſet aſperrimum, relinquamus.

De Quæſtionibus, & tormentis, & confeſſione inde ſecuta. Tit. CLXXXII.

Non indiget ſummario.

Carol. I. Rex cap. 44. *L. I.*



Tem caueant Iuſtitiarij, & Iudices, ne contra aliquem ad tormenta procedant, niſi ſecundum ordinationem, & formam Conſt. Regni, & iuris communis. In caſibus autem à cōſtitutionibus, & iure permiſſis, procedant ad captionem, & tormenta, prout in Conſtitutionibus, & iure cauetur.

Non indiget ſummario.

Idem cap. 45. *L. II.*

ITem quod in cognitionibus omnium cauſarum, tam criminalium, quam ciuilium, ad condemnationes,& tormenta, ſine conſilio Iudicum datorum eis per Curiam, non procedant. Et ſi contra fecerint, noſtro arbitrio puniantur.

Non indiget ſummario.

Carol. II. Rex cap. 144. *L. III.*

TOrmenta iuxta prouiſionem iuris communis, præcedentibus legitimis indicijs, argumentis, & ſuſpicionibus, volumus adhiberi; qualitate, & conditione perſonæ, quæſtionibus exponendæ, diligenter inſpecta, in criminibus omnibus pœnam vltra relegationem infligentibus in conuictos.

Non indiget ſummario.

Idem cap. 145. *L. IIII.*

HAbebitur quæſtio in publico coram aſſeſſoribus, actorū Notario, & Aduocatis, niſi nota, & rationabilis cauſa ſubeſſet, vt tortura deberet fieri in occulto, & maxime in criminibus læſæ Maieſtatis, vbi Iudicem, Aſſeſſorem, & actorum Notarium volumus eſſe præſentes.

Non indiget ſummario.

Idem ibidem. L. V.

COnfeſſio vero tormētis expoſiti, corā Aſſeſſore, & actorum Notario tantum fiet, niſi cauſa rationabilis Officialem mouerit, vt videat, alios ſimul cum ſuo

Iudice,

Iudice, & actorū Notario interesse debere.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. VI.

INdiciorum, & suspicionū, propter quæ ad tormenta proceditur, copia detur ei, qui quæstionibus exponetur, super quibus habeat copiam reclamandi. Alioquin nullus sit sequente tortura processus habitus contra ipsum, nullum sibi præiudicium afferat cōfessio forsitan ex tormentis talibus subsequuta.

Appellatio à tormentis admittitur, vt infra.
Si tortus mortuus est in tormentis, seruetur sequens dispositio. h. d.

Idem cap. 146. L. VII.

SI iustè quis appellauerit à tormentis, recipiatur appellatio ante adhibitam quæstionem, nam si præses, Iudex, & officialis, quocumq; nomine censeatur, appellationem legitimam interpositam, ante tormenta non receperit, aut hominem tormentauerit, vbi non debuit, seu in criminibus non inferentibus pænam vltra relegationem, aut contra præfatam formam de homine quæstionem habuerit. Si quidem tortus ipse ex tormentis, aut propter confessata per tormenta, sic sibi adhibita, mortuus fuerit, vel condemnatus ad mortem, & sententia in eum exequutioni mandata, officiales adhibitores talium tormentorum, ad vltimum supplicium propterea condemnentur.

Non indiget summario.

Idem ibid. L. VIII.

SI vero tormentatus mortuus non fuerit ex tormentis, dicti officiales poenā carceris biennalis incurrant, & tertia pars bonorum suorum omnium ipso facto Curiæ nostræ commodis applicetur, cuius dominium in Fiscum nostrum transeat ipso iure.

Non indiget summario.

Idem ibid. L. IX.

NEc vnquam officialis sic semel punitus, aut administrando excedens, inuitus ad exercendum officium aliūd deputetur, vel spontaneus admittatur, de quo ipsum inhabilem declaramus.

Agitur de confessione torti contra formā prædictā.

Idem ibid. L. X.

AD hoc si per Processum habitum contra tormētis expositum liqueat, tormenta fuisse adhibita cōtra prædictam formam, & modum, quamuis idem processus per eundem factus, qui tormenta inflixit, contineat, totum ipsum postmodum die, seu vice alia, sponte confessum fuisse de crimine, & absq; formidine tormentorum, præsumimus, & volumus, vt sit iuris præsumptio, quod illud tormentorum formidine sit confessus, quantumcumq; in processu contineatur, quod spōte, nisi de tali spotaneitate, seu voluntate spontanea tormentati constet Iudici appellationum, & ei ad quem ea res pertinet aliter quam per acta, & processum prædictum.

Non indiget summario.
De crimine hæresis, cum mere sit Ecclesiasticum Iudices Seculares nullo modo cognoscunt, prout in c. vt inquisitionis de here. in 6. & l. 1. & 2. supra de iud. Eccl.

Idem cap. 147. L. XI.

IN accusatis autem de crimine lesæ Maiestatis, & hæresis publicis latronibus, disrobatoribus viarum captis in fragranti crimine, aut in fuga, in teste vacillante, & in eo, qui deliquit Iudice sedente pro Tribunali ius Romanum, & commune seruetur, vt præter formam, & modum præsentis edicti subdantur, sicut Iudici de iure videbitur, quæstioni.

Non indiget Summario.

Idem ibid. L. XII.

IVstitiarij, & alij Præsidentes, si, de consilio Iudicis, & Assessorum eorum, exposuerint quemquam tormentis, contra prædictam formam, & modum, excusentur à pæna, Iudice, seu Assessore præ-

 missis

missis pœnis afflicto, nisi dolus, & fraus ipsius Iustitiarij, vel Præsidis cuiuslibet arguatur, quo casu puniatur vterq; Assessor, & Præses.

Non indiget summario.

liaria ad loca, vbi partes degunt offensæ, minime accedant, declarantes etiam inter casus, in quibus remissio partis non requiratur, comprehendi casum prouocationis, seu diffidæ, simplicis insultus, cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorum. Vbi tamen vulnera, aut percussiones sequutæ non fuerint. Declaramus insuper in hoc edicto non compræhendi crimina læsæ Maiestatis Diuinæ, aut humanæ, fabricationis falsæ monetæ, tonsionis, seu diminutionis ipsius, homicidij ab eo patrati, qui alia duo homicidia commiserit, etiam si ob ea damnatus non sit, vulneris proditorie sub specie amicitiæ sclopo rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediante, etiam si mors sequuta non fuerit, quod tam in mandante, quam in mandatario, locum habere volumus, excipimus etiam crimen nefandum, vsum venereum cum sanctimoniali in habitu,& alias intra monasterium degente, expoliatores viatorum, seu disrobatores stratarum, captiuantes personas, vel eas componentes, vel componere tentantes, in quocumq; loco, tam habitato, quam in campis. Pyratas, eorum receptatores, & auxiliatores, adulterantes sigillum Principis, aut cuiuscunq; Regij Tribunalis, propinationem veneni, ex qua mors sequuta fuerit, cædem officialis Regalis, qui seditionem mouent populorum, qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur pęna mortis naturalis ad alicuius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, & mandant, quiue executionem reorum, vbi de mortis, aut mutilationis membrorum pęna agitur, impediunt, vel ab alijs impediri faciunt, quos omnes,& singulos præsentis decreti beneficio gaudere nolumus, sicut neq; eos, qui dum officiales essent in eorum officiis deliquerunt: Neq; notarios qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserunt, quos pariter ab huius edicti indulgentia exclusos esse declaramus: Damnatos verò ad triremes in ipsis seruientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec à nobis maturius intellecto classis nostræ statu, aliud ordinatum fuerit: crimina vero in quibus est processum ad sententiam foriudicationis, arbitrio dicti nostri Proregis remittantur: Declaramus etiam vasallos Baronum dicti nostri Regni ab huius nostrę indulgentię beneficio minime esse excludendos, exceptis tamen casibus, in quibus de pęna pecuniaria tractari contigerit, statuentes in toto Regno prædicto, vt omnes, & singulos processus, scripturas, condemnationes, & acta quælibet, quæ in casibus supra narratis facta fuisse reperiuntur (saluis tamen reseruatis vt supra) gratis deleant, & annullent, & eorum huiusmodi nomina de albo tolli,& deleri faciant, sicut,& nos auctoritate nostra Regia, ac de plenitudine potestatis, præsentium tenore annullamus, tollimus,& penitus abolemus. Volentes etiã, & ita expresse mandantes quibuscumque officialibus, & iusdicentibus vt supra, vt pro quibuscunq; delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent (exceptis tamen superius reseruatis) ac eorum occasione nullo modo in futurũ procedere, inquietare, aut alias molestare audeant modo in quibus requiritur à parte offensa legitime remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum in supra statuto termino obtineri contingat; adhuc decernimus, & ordinamus quoscumq; tam publici, quam priuati debiti causa in carceribus detentos, ex ipsis carceribus illico relaxari debere, quos omnes, & alios quoscumq; debitores, si ex causa publica, intra quatuor menses proximos, si vero ex causa priuata intra octo menses, personaliter molestari præsenti edicto prohibemus, ita tamen quod carcerati vt supra relaxandi præstent idoneam fideiussionem, de redeundo ad carceres, finito prædicto tempore, vel de concordando suos creditores; quibus omnibus nullum fieri præiudiciũ volumus, exceptis etiam decoctoribus,& depositarijs,& alijs qui datiorum, aut red dituum nostrorum ordinariorum, vel extraordinariorum causa debitores inueniuntur, quos hoc decreto includi nolumus. Mandantes propterea Illustribus, Spectabi libus Magnificis dilectis Consiliarijs,& fidelibus nostris Proregi Locumtenenti, & Capitaneo generali nostro, magno Camerario, Prothonotario, Magistro Iusti-

tiario, eorumq; Locumtenentibus, Sacro nostro Consilio Castri Capuanæ, Præsidétibus, & Rationalibus Cameræ nostræ Sũmariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ Portionum, Thesaurario nostro generali, seu id officium regenti, Aduocatis quoq; & Procuratoribus Fiscalibus, ceterisq; demum vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus in prædicto nostro citerioris Siciliæ Regno constitutis, & cõstituendis, ac omnibus, & singulis officialibus, iusdicentibus, & notarijs nobis in eodem Regno subiectis, ad quos spectet, vt omnia supradicta obseruent, & obseruari faciant per quoscunq; si prẹter iræ, & indignationis nostræ incursum, pænam ducatorum mille, nostris inferendorum Aerarijs, cupiunt euitare. In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus, nostro magno negotiorum præfati citerioris Siciliẹ Regni sigillo in pendenti munitas.

Obseruetur l. prox. præced. h. d.

1605. Comes de Beneuento Prorex Pragm. ead. L. XXII.

NVper per S. R. & Cath. Maiest. fuit expeditum, & nobis transmissum Priuilegium indultus, omni qua decet, sollemnitate vallatum, tenoris sequentis, videlicet. Sequ. ten. l. prox. præced. & deinde.

Et viso per nos, ac inspecto tenore, & forma præinserti Regij Indultus Priuilegij, volentes (vt tenemur) præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis obedire mandatis, tenore præsentium, dicimus, præcipimus, & mandamus supradictis omnibus officialibus, Tribunalibus, & subditis Regijs, & vnicuiq; ipsorum insolidum, quatenus attenta per eos, & vnumquemque ipsorum forma dicti præinserti Regij Priuilegij, illam ad vnguem, & inuiolabiliter obseruent, & exequantur, ac exequi, & obseruari faciant, per quos decet, iuxta dicti præinserti Regij Priuilegij seriem, cõtinentiam, & tenorem pleniores, omni dubio, contradictione, & difficultate cessantibus. Et contrarium non faciant, si gratiam præfatæ Regiæ, & Cathol. Maiestatis, caram habent, ac pænam in præinserto Regio Priuilegio contentam cupiũt euitare. In quorum fidem præsentes fieri iussimus magno prẹfatæ Maiestatis sigillo in pendenti munitas.

Vbi facienda est relatio ad instantiam prætendentis indultum, illa debet fieri in scriptis, audito Fisco, cum illius subscriptione, vbi facienda est oretenus, pariter Fiscus est audiendus. h. d.

1607. Comes de Beneuento Prorex Prag 8. de Relat. L. XXIII.

PEr parte del Regio Fisco n'è stato fatto intendere, come nell' indulti, quali se spediscono per noi, nel Regio Collat. Conseglio, conuiene vi sia inteso il detto R. Fisco, à fine quando vi sarà inteso, se veneranno à breuiare le liti, che sogliono correre tra il Reo, & esso Regio Fisco; ilche essendosi per noi inteso, ci ha parso hauer per bene tal dimanda, & perciò n'ha parso farui la presente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che quando occorrerà da hoggi auanti per questa G. Corte fare alcuna relatione in scriptis, ad instanza di alcuna persona inquisita, in questa predetta Gran Corte, per la quale se dimanda essere indultato per seruitij hauessero fatto alla R. Corte, volemo, che in detta relatione vi sia inteso il detto R. Fisco, nella quale relatione volemo anco s'habbia da firmare. Et quando occorrerà farci tale relatione oretenus in questo R. Collat. Conseglio, volemo anco, che detto Fisco vi sia inteso, atteso nell'altre relationi si haueranno da fare per li Gouernatori Prouinciali, hauemo ordinato similmente vi sia inteso l'Auocato Fiscale di quella Prouincia, & in quella s'habbia da firmare, quali relationi hauemo ordinato se debbiano inuiare à noi, acciò quelle hauute si possano per noi commettere al detto R. Fisco di questa Gran Corte, à fine debbia quelle vedere, & riconoscere; acciò à tempo si haueranno à riferire in questo R. Collat. Conseg. il detto Regio Fisco sia del tutto informato, & possi dire quello, che li occorrerà per lo R. seruitio; & così essequirete, che tal'è nostra volontà, & intentione, per quanto hauete cara la gratia, & seruitio di S. Maestà.

De Iudicio criminali extraordinario contra delinquentem notorium, aut repertum in fragranti crimine. Tit. CC.

Non indiget summario.

Carol. I. Rex Iustitiario Prouinciæ, &c. cap. 42. L. I.

SPecialiter autem fragrantia maleficia in longum non protrahas, sed ipsa in locis, in quibus perpetrata reperies, studeas sine dilatione punire.

De Iudicio criminali extraordinario vbi coarctatur tempus for iudicationis, seu infertur tortura ex processu informatiuo. Tit. CCI.

M. C. Vic. torquet ex processu informatiuo in casibus hic expressis h. d.

Robertus Rex Regenti Curiam Vicar. cap. 272. L. I.

I cum sceleratis, & reprobis (quos notabiliter fama grauat, vel crebra commissio criminum dat insignes) pro eorum tali cõmissione, seu meritis non agitur ad vindictam; consequens erit viros tales ex impunitate concrescere, & nostram rempublicam cum nostrorũ nocumento fidelium grauia detrimenta sentire. Sic igitur intellecto; quod sicut casus accidunt, causæq; succedunt, multi de talibus delati, vel capti, ad Vicariæ regni nostri, cui præsides, curiam, producuntur, & iam aliqui peruenerunt: contra quos, tum propter varios in suis opinionibus intellectus iudicum dictæ curiæ, tum propter alia, quæ per aduocatorum astutias ingeruntur præpendia, & anfractus, non proceditur (prout decet) ad condignam, & celerem vltionem. Mirari compellimur, & turbari, sic ipsis deferendo maleficis, de tam generalĩ eiusdem rei publicæ derogatione, quæ sequitur, non pensatur; ita q; dum vni, vel pluribus, de huiusmodi sceleratis, vt euadant, applauditur, toti vniuerso, quod leditur, derogatur. Verum attento, quod scribitur, quia viam peccandi aperit, qui possit cohibere permittit: quod nobis non immerito valeret impingi. Tibi, de cuius fide confidimus, de cuius zelo ad iustitiam, & odio ad scelera inesse speramus, de certa nostra scientia, committimus vsq; ad nostræ beneplacitum maiestatis, vt tu solus contra quoslibet notatos, seu denunciatos, aut infamatos, quod sint disrobatores stratarũ, aut homicidæ, fures, seu latrones insignes, vel aliorum grauaminum labefactos infamia, cũ delatione, vel sine delatione quacunq; ad manus tuas, quomodolibet venientes, occasione grauiorum criminum, generaliter & specialiter possis inquirere, & procedere contra eos, etiam quia in talibus est ordo, ordinem non seruare, qui nullum iuris ordinem obseruarunt. Sicut in promptu de criminosis personis, & earum criminibus tibi constiterit per aliqua indicia, vocem, seu famam publicam, aut per aliquos testes, quos tantum ad tui informationem recipere te volumus, parte non vocata, aut eorum appellationibus, seu defensionibus non admissis, iuxta tuum arbitrium, Deum tamen, & iustitiam habendo præoculis. Sis in promptu ad sciendum de ipsis criminibus veritatem, eorumq; complices, & fautores, eos, prout tibi videbitur, subijcere valeas quæstioni, ipsosq; pro excessu, & criminũ qualitate, punias rigorose, quod eis cedat ad penam, & alij terreãtur exemplo, legibus, & constitutionibus, ac capitulis quibuscunque, his forte contrarijs, non obstantibus quoquomodo. In his .n. tibi plenam potestatem meri, & mixti imperij, ac arbitrium competens duximus concedendum. Datum Neap. anno Domini 1313. die 18. Iulij. 11. indictionis regnorum nostrorum. anno quinto.

Loquitur de tortura ex processu informatiuo cum quinq; sequent.

1503. *D. Consal. Ferrandes M. Capit. Pror. inter Priuil. Neap. fol. 36. cap. 35. L. II.*

ITem atteso nella Gran Corte della Vicaria da vn certo tempo in quà s'è vsurpata certa abusione, sotto nome de preeminẽza, per la quale indifferenter in le cause criminali, per solo processo informatiuo, senza altramente intendere le defensioni della parte inquisita, se suole procedere ad torturam; la qual cosa è contra ogni giustitia. Supplicano, che de cætero non se possa per la detta Gran Corte della Vicaria, o altro Officiale procedere ad torturam di alcun' Gentil'huomo, cittadino, ò habitante in detta Città, nisi eo audito in suis defensionibus, & con interuento di tutti li Giudici, ò della maggior parte di essi. Placet Illustriss. dño Locumtenenti generali, vt seruentur iura, constitutiones, & capitula Regni, sublato abusu dictę præeminentiæ.

1505. *Ferdin. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 47. à terg. cap. 67. L. III.*

ITem atteso nella Gran Corte della Vicaria da certo tempo in quà si è vsurpata certa abusione, sotto nome di preeminentia, per la quale indifferenrer in le cause criminali, per solo processo informatiuo, senz'altramente intendere le defensioni della parte inquisita, se suole procedere ad torturam, la qual cosa è contra ogni giustitia. Supplicano, che de cætero non se possa per la detta Gran Corte della Vicaria, ò altro officiale de V. Cat. M. procedere ad torturam di alcuno gentil'huomo, cittadino, & habitante di detta Città, nisi eo audito in suis defensionibus, & excepto seruata la forma della raggione commune, constitutioni, & capituli del Regno, togliendo, & penitus abolendo detto abuso, & quãdo se procedesse à detta tortura in caso permesso dalle leggi communi, Constitutioni, & capitoli del Regno, per esser cosa assai pregiudiciale, & irretrattabile, non se debbia procedere senza l'interuento di tutti li Giudici di essa Corte, ò della maggior parte di essi. Plac. Ser. Regi, ꝙ seruẽtur iura, Constitutiones, & Cap. Regni, sublato dicto abusu.

1532. *Carol. V. Imper. int. Priuil. Neap. fol. 89. cap. 11. L. IIII.*

ITem perche la predetta Cat. M. de felice memoria concesse à questa Città Capitulo del tenor seguente, videlicet.

Sequitur tenor l. prox. præced. & deinde.

Et perche per leuare l'effetto di detto capitolo s'è abusato, & s'abusa, chè de mandato Regio, & per ordine dell'Illustr. Sig. Vicerè del Regno, & Reg. Collatel. Conseg. se tormenta ex processu informatiuo, de modo, che stà in potestà del detto Illustriss. S. Vicerè, & detto Collat. Conseg. di leuare, & annullare, & derogare detto Capitulo; Se supplica V. Ces. M. voglia ordinare, che etiam per l'Illustriss. Sig. Vicerè, & Reg. Coll. Conseg. non se possa procedere ad torturam ex processu informatiuo, nisi datis, & factis reorũ debitis defensionibus. Placet R. M. vt seruetur capitulum per R. Cathol. concessum. Quæ præterea postulant, propterea non concedit, quod agnoscit saluti reipub. nõ expedire. Iniunget tamen Viceregi, vt non nisi ex maximis, & iustissimis causis, ad salutem Regni, & reipub. spectantibus, ad id deueniatur.

1539. *Idem inter Priuil. Neap fol. 129. cap. 11. L. V.*

ITem se supplica V. M. Ces. se degni ordinare all'Illustriss. Vicerè del regno presente, & successiue futuri, non concedano mandato regio, o dispensa, che alcuno cittadino, Napolitano, inquisito pro quouis, etiam qualificato delitto, & crimine, ò habitante in Napoli, ò altra persona regnicola, non disfamata, possa essere tormentata ex processu informatiuo, ma che l'inquisito se debbia admettere à fare sue defensioni, perche molte volte detto Illustr. Vicerè, può essere dalli officiali informato finistramente, & dalla relatione può ordinare se doni detta tortura in lo predetto modo, & piaccia à V. M. Cesarea, commandare, non se possa concedere in simili casi, senza consulta, & voto in scriptis delli Magnifici Regenti la Regia Cancellaria o de la maggior parte

di

di essi. Placet Regiis Maiestatibus quod non fiat, nisi cum consilio, & voto (de quo constet) saltem vnius ex regentibus,

1554. Carol. V. Imp. inter Priuil. Neap. fol. 154. à terg. cap. 16. L. VI.

LA gran Corte della Vicaria s' hauea già vsurpato sotto nome di preeminētia, questo abuso, che nelle cause criminali indifferentemente per processo informatiuo, procedeua à tortura, senza intendere la defensione della parte inquisita; Però questa fedelissima Città supplicò la M. del Rè Cat. di santa, & felice memoria, che restasse seruita commandare, che nè detta Gran Corte, nè altro Officiale potessero procedere à tortura di alcun' gentil' huomo, ò cittadino, ò habitante in essa Città, se prima non era inteso nelle sue defensioni, & fù decretato in questa forma. Placet Serenis. Regi, quod seruentur iura, Constitutiones, & Capitula Regni, sublato dicto abusu. Poi per togliere l' effetto di detto Capitulo, s'è proceduto al medesmo modo, di dar tortura, per processo solo informatiuo, de mandato Regio, & per ordini delli Sig. Vicerè, & suo Collat. Conseglio, talche per questa via tolse ogni frutto di detto Capitulo; & però se supplicò la M. V. che restasse seruita commandare, che ne anco in questo modo si procedesse à tortura, ex processu informatiuo, nisi datis defensionibus; la decretatione della M. V. fù questa. Placet R. M. vt seruetur Capitulum, per Regem Cathol. concessum; quæ præterea postulant propterea non concedit, quod agnoscit saluti reipub. non expedire; iniunget tamen Viceregi, vt non, nisi ex maximis, & iustissimis causis, ad salutem Regni, & Reipub. spectantibus, ad id deueniatur. Non obstante questa prouisione, s'è proceduto quasi indifferentemente in persona di Nobili, & Baroni qualificati; & non infamati di altri delitti, & si sono espediti simili mandati in persona di alcuni, che poi sono stati trouati innocenti. Però si supplica humilmente V. M. che voglia cōmandare, che simili mandati, & dispositioni, non si possano fare, se non contra persone infami, & inquisite de crimine lęse Maiest. & che questo debbia prima tractarsi, & verificarsi nel Conseglio Collat. acciochè l' innocenti non siano indebitamente vessati & li delinquenti siano con l'ordine della giustitia puniti. Placet Cæs. & Cathol. Maiest. quod de cætero non expediantur mandata Regia pro tortura inferenda Neapolitanis pro quouis delicto, nisi re communicata cum Regentibus Regiam Cancellariam, & seruata forma Const. & Capitulorū Regni, sublato quouis abusu, excepto tamen crimine læsæ Maiest.

1557. Philipp. II. Rex inter Priuil. Neap. fol. 161. cap. 7. L. VII.

ITem supplicano la M. V. attento che essa fidelissima Città tiene capitoli espediti per la felice mem. del Re Cattolico, per li quali si concede gratia ad essa Città, che ex processu informatiuo non si possa procedere à tortura contra di Napolitani, in virtù della preeminentia della gran Corte della Vicaria, & in pregiudicio di detto capitolo, & gratia da certo tempo in quà è stato abusato, che in virtù del mandato Regio è stata data la corda à Napolitani ex processu informatiuo. E benche per detta fidelissima Città sia stata più volte la M. Ces. supplicata per la osseruantia di detta gratia, & vltimamente per mezo del R. Fr. Geronimo Seripanno, per detta Maestà Ces. fù prouisto sotto questa forma. Placet Cath. & Ces. M. quod de cætero non expediantur mandata Regia pro tortura inferenda Neapolitanis pro quouis delicto, nisi re communicata cum Regentibus Regiam Cancellariam, & seruata forma capitulorum, & constitutionum regni, sublato quouis abusu, excepto tamen crimine læsæ Maiest. Al presente si pretende per li ministri di V. M. che per virtù di vn capitolo del regno, quale incomincia, In accusatis, in fine doue sono notate le infrascritte parole, Nostro, & Generalis nostri in regno Vicarij reseruato arbitrio, vt citra, & contra formā præfatam faciant adhiberi tormenta, sicut expedire videbitur, & facti

occulti,

occulti, vel periculi qualitas suadebit. Che per dette parole apposte in detto capitolo, sia sempre in arbitrio dell'Illustrissimo Vicere del Regno, & suo Collateral Conseglio, essendo il delitto occulto, ò figurandosi pericoloso, procedere à dar tortura contra Napolitani ex processu informatiuo, in quocunque delicto, & in questo modo la Città resta defraudata di tutte gratie, & capitoli concessi circa di questo, e la mente di sua Maestà Catholica, & di sua Maestà Cesarea, & di essa Città che l'ha supplicato, & è stata, & è quando si è riferita alli capitoli del Regno, de intendere del capitolo che comincia, Si cum sceleratis, per lo quale capitolo è indutta nel Regno la preeminentia della Vicaria, doue solo si concede in casi grauissimi, contra disrobatori di strada, famosi ladroni, & disfamate persone, & al presente per abuso, & mala interpretatione si è processo contra molti huomini di qualità, gentilhuomini, & principali cittadini, per simplice homicidio, solo sotto pretesto di detto arbitrio, & nouamente in virtù di detto arbitrio, si è processo alla tortura cõtra vn giouane de buona fama, non inquisito d'alcun'altro delitto, che di vn semplice homicidio, & benche per la Città si fusse comparso, & allegato detto priuilegio, & gratia, non fu altramente prouisto, anzi processo à detta tortura, & ritrouato innocente fu liberato, talche detto capitolo, & gratia per la non osseruantia di essi, non hanno il debito effetto; si supplica perciò la Maestà V. per ouuiare alli aggrauij fatti, & che si potranno fare in futurum, resti seruita concedere che contra Napolitani non si possano spedire mandati regij, & darseli corda ex processu informatiuo, excepto crimine hæresis, læsæ M. falsæ monetæ, & disroboratione di strada, non obstante il capitolo. In accusatis, Placet Reg. & Cath. M. iura, capitula, & constitutiones præfati regni obseruari, ac capitulum concessum per Sac. Reg. & Cæsar. M. in oppido Bruxellis, sub data die vltimo Decembris 1554. sublato quouis abusu.

Barones habentes vasallos, & iurisdictionem in Regno, non possunt torqueri ex processu informatiuo, exceptis casibus, vt infra. h. d.

1605. Philipp. III. Rex Prag. 22. de Baron. L. VIII.

ITem perche per la felice Memoria del Rè Cathol. fù concesso à questa Fidelissima Città di Napoli, che nessuno Napolitano potesse essere tormentato ex processu informatiuo. Et perche Sacra Ma. con la medesma prontezza, che ha seruito la M. S. questa Fidelissima Città, ancor hanno seruito li Baroni del Regno, quali sono Regnicoli, per questo la supplicano, li vogli concedere gratia, che il medesmo Priuilegio, che gode essa Città per suoi Cittadini, quali non possono esser tormentati ex processu informatiuo, godano anco li Baroni del Regno, quali sono Regnicoli, & le dispense per tormẽtare non possano farsi, se non in casi grauissimi, com'è di assassinio, falsa moneta, sacrilegio, & sodomia, ma non in delitti semplici, lo che s'habbia da osseruare tanto con Napolitani, quanto con li Baroni Regnicoli. Placet S. R. & Cath. M. & quod hæc gratia extendatur ad Barones exteros, dummodo habeant vassallos, & iurisdictionem in dicto Regno à S. Maiestate.

Non indiget summario.

1616. Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 11. de Off. Iud. nu. 66. L. XVIIII.

VOlemo, che li Commissarij, che si destinaranno da noi con la preeminentia della Vicaria quoad testes, & principales, & quelli ancora, che saranno destinati per altro Tribunale, & da noi haueranno ottenuta la detta preeminenza, non possano dar funicelle à testimonij, ancorche il delitto sia graue. Però essendo conuitto lo testimonio possa detto Commissario procedere à tormentarlo senza funicelle, nelli casi, che permetteno le leggi, Constitutioni, & Pragmatiche del Regno.

De

De Iudicio extraordinario ad modum belli. Tit. CCII.

Repetantur teſtes, vbi proceditur ad modum belli, cum declaratione, vt infra. h. d.

1616. Comes de Lemos Iun. Prorex Pragm. 11. de Off. Iud. nu. 51. L. I.

S Ordina di più, che quando le dette R. A. ò vno delli Auditori procedeno ad modum belli, ò per delegatione, debbiano repetere li teſtimonij eſſaminati contro l'inquiſiti, che non li vorranno dare per repetiti, non oſtante qualſiuoglia oſſeruanza, & ſtile, che vi fuſſe in contrario, dechiarando però, che quando ci ſarà la confeſſione del reo, legitimamente fatta, non ſia neceſſaria altra repetitione di teſtimonij, ma ſolamente ſe debbia dare il termine aduerſus confeſſionem.

De Iudicio criminali extraordinario in leuibus. Tit. CCIII.

In omnibus pœnis pecuniarijs imponendis procedatur ſummarie. h. d.

Carol. II. Rex cap. 206. L. I.


AB olim de Curia noſtra ordinatio certa proceſſit, vt in omnibus pœnis, tam per Officiales noſtros, quam per alios priuatos impoſitis, noſtro quidem ærario acquirendis, eſſet ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedendum; & quamquam ordinatio ipſa per literas noſtras, quæ in caſibus ipſis ſucceſſiue de Curia noſtra proceſſerunt, fuerit cõtinue obſeruata; Pro maiori tamen declaratione, & obſeruatione ipſius volumus, & mãdamus expreſſe, quatenus ordinationem huiuſmodi, quantum ad vos pertinet, firmiter obſeruantes, ſecundum eam in pœnis præmiſſis procedere debeatis. Præſentes autem literas, volumus, dari alterutrũ, amotionis veſtræ tempore in pendenti, vt ad ſingulorum poſſit notitiam peruenire. Data &c.

De Rogitibus, & confectione libri Notar. Tit. CCIIII.

Notarij in principio cuiuslibet anni coram Priore præſentent librum rogituum, qui ſit ligatus, ſignatus per numerum chartarum, cum ſigillo Vniuerſitatis, cum inſcriptione infraſcripta, cum ſigno, & in eo ſint deſcripti rogitus ordinate, fideliter, abſq; interlineaturis, caſſaturis, & remiſſionibus, cum omnibus ſubſtantialibus. h. d.

Pragm. 2. de Notar. L. I.


SInguli ex dictis Notarijs in principio cuiuſlibet anni debent corã priore in loco matriculæ comparere, & præſentare Librum ligatũ per numerum chartarũ ſignatum, ſculptumq; in principio cuiuſlibet chartæ per ſigillum Ciuitatis, vel loci prædicti, in cuius Libri principio manu eiuſdem Notarij ſit deſcriptus titulus infraſcriptus. Hic eſt liber mei talis Notarij, confectus ſub tali Milleſimo, Indictione, Anno regni Illuſtriſſimi Regis: In quo deſcribentur omnes contractus, teſtamenta, & rogationes, de quibus anno prædicto contigerit me fore rogatum. Ad quorum infraſcribendorum perpetuam fidem præſentem titulum ſcripſi manu propria, ſigno, quo in meis inſtrumentis vti conſueui, ſignaui, & continuo ſignum Notarij in principio Libri ponatur, & in dies in dicto Libro ordinate ſcribantur totius illius anni dicti Notarij inſtrumenta, & rogationes, fideliter, ſine interlineaturis, remiſſionibus, & caſſaturis, cum omnibus ſubſtantialibus ipſorũ inſtrumentorũ, & rogationum: & ſi dicti Notarij contrafecerint, in decem vncijs qualibet vice puniantur.

Non indiget ſummario.

Pragm. ead. L. II.

PRæpoſitus vero illius temporis in Libro matriculæ deſcribat comparitiones

nes

nes dictorum Notariorum, & Librorum præsentationem ordine suprascripto, ad pœnam supradictam.

Qui non præsentauit in termino librum, punitur; fallit si fuit impeditus legitimè; impedimentum verificatur, vt infra. h. d.

Pragm. ead. *L. III.*

ET quicunq; non fuerit repertus in dicta matricula, præsentasse in principio anni Librum vt supra ordinatum, etiam si postea cum præsentasse apparet, puniatur pœna supradicta, nisi propter infirmitatem, & absentiam, vel aliud iustum impedimentum impeditus fuisset, de quo iusto impedimento stetur relationi, & arbitrio dicti Præpositi, & Collegij Notariorum, cum consilio vnius ex Iudicibus magnæ Curiæ, & in alijs locis cum consilio Capitanei, vel Assessoris.

Notarij, & Iudices infra octo dies in libro scribant, & subscribant instrumēta, & habeant mercedem; & conficiant alium librum conseruandum in Archiuio. Præpositus scribat præsentationem dicti libri; & non det copiam nisi, vt infra. h. d.

Pragm. 3. de Notar. *L. IIII.*

COnstitutionem diui Federici, disponentem, quod Notarij, & Iudices infra hebdomadam a die rogationis scribere, & subscribere instrumenta debeant, quam in desuetudinem venisse nobis relatum est, tanquam vtilem, & necessariam renouantes, & declarantes: statuimus, ꝙ omnes, & singuli Notarij infra octo dies, à die quo fuerint de aliquo actu rogati, debeant instrumēta, & rogationes in Libris, vt supra scriptis, ordinatè, & clare, apparenterque scribere, & non per signa, nihil de substantialibus in dictis instrumentis omittendo, cum clausulis principaliter necessarijs, & opportunis, &c. Debeantq; instrumenta per eos scripta, infra supra dictos dies scribere in dicto Libro, & curare, quod Iudex in dicto libro subscribatur, pro quibus scriptionibus, & subscriptionibus tempore rogationis, antequam ad rogationem procedant, faciant sibi solui pro locationibus, mandatis, & alijs rebus minimis tarenum medium, pro maioribus vsq; ad decem vncias tarenum vnū cum dimidio, pro qua mercede teneatur quilibet Notarius de trimestre in trimestrem facere alium Librum, per alios numeratum, & signatum vt supra, cum præmissione eiusdem tituli, & signi, eo solum mutato, quod, vbi describitur Liber totius anni, dicat Liber primi trimestris, talis anni, & in dicto Libro describere teneatur similes rogationes, quas in Libro suo originali descripserat, & in eodem Libro singulas rogationes subscribat, & per Iudicem subscribi curet. Ita quod in omnibus reperiantur cōcordare cum rogationibus subscriptis nelli loro originali, quem secundum Librum, vltima die cuiuslibet semestris, debeant in Ciuitate Neap. in Archiuo publico coram Præposito consignare conseruatori Archiui, conseruandum ad perpetuam rei memoriam; debeatque Præpositus ipse in Libro matriculæ scribere præsentationē dicti Libri, dicto Conseruatori factam, & diem ipsius præsentationis, & assignationis: Nec valeat ipse Conseruator dare alicui copiam rogationum in dictis Libris, sibi præsentatis, contentarum, nisi quando rogationes ipsius Notarij, quacunque ex causa haberi non possint, quia forte deperditæ, vel combustæ, vel ex aliqua alia causa iusta; quo casu ad dictum Librum in Archiuo præsentatum, tanquam ad registrum publicum, quod plenam fidem faciat, vbiq; recursus haberi possit, ad pœnam priuationis officij, & centum vnciarum pro quolibet Notario qui cōtrafecerit, & similem pœnam dicto conseruatori Archiui, si aliter de rogationibus prædictis copiā dederit, extra vero Ciuitatem Neap. similis obseruantia, & consignatio fieri debeat, in locis, vbi publica iura conseruari consueuerūt, conseruatoribus dictorum iurium publicorum.

De Insinuatione, & registro contractuum. Tit. CCV.

Contractus registrentur, & insinuentur, vt infra. h. d.

1532. *Carol. V. Imper. inter Priuil. Neap. fol. 92. cap. 34.* *L. I.*

Item

ITem se supplica V. M. Ces. Accioche tutti quelli che hanno a contrattare possano hauere notitia delli contratti precedenti, & hauendo notitia de quelli, se possano guardare dalle fraude, se soleno commettere, atteso che molti contrattano sopra de quelle cose, le quali se trouano per auante essere state alienate, seu obligate, che voglia, ordina, & comanda, che tutti quelli, che da quà auante faranno contratti de donatione, venditione, pignoratione, ipoteche, & qualsiuoglia altra sorte de alienatione, le debbiano insinuare, & annotare in actis, de vno deputando, quale habbia da tenere suo archiuo, o registro in la banca de Santo Laurentio, in lo quale se registrino detti contratti, fra termine di sei dì, computandi dal dì del contratto, altramente li cõtratti non insinuãdosi, & registrandosi vt supra, siano ipso iure nulli, & li secondi contrahenti possano contrahere securamente, & lo primo non li possa ostare; non obstante qualsiuoglia giuramento apposto, o che se apponerà in detti contratti, etiam che fossero geminati, & non obstante qualsiuoglia altra clausula, che se ci mettesse, etiam derogatoria, delli contratti futuri (& non ostante che lo primo hauesse primo loco posseduto, & pigliata possessione etiam che fosse ecclesia, hospitale, ordine, pupilli, & qualsiuoglia persona de qualsiuoglia grado, & conditione se sia) Et perche potria essere, che alcuni callidi, & astuti primo facessero detti contratti, seu alcuni di essi, & auanti che venessero li sei dì, poi la prima alienatione, che alienassero ad altro: In questo se supplica V. M. che ordini, che non insinuandose, etiam post fatto detto contratto, che se intenda in lo modo vt supra, & insinuandose, che ipso facto, quello, che hauesse vsata detta fraude, sia priuato omnibus bonis burgensaticis, & feudalibus, applicandis pro medietate regiæ curiæ, & pro medietate parti, & che habbia exilio perpetuo dalla Città de Nap. Placet Reg. Maiest. & deputabunt ad id personam idoneam, cuius iura per Viceregem taxari debeant.

De Confectione publici instrumenti. Tit. CCVI.

Non indiget summario.

Feder. Imper. Const lib. 1. tit. de ser. & salar. Iud. Const. Baiulos, & omnes. L. I.



HVic constitutioni salubriter prouidimus inserendum, vt Iudices, atque Notarij infra hebdomadam, à die, quo fuerint de scribẽdo rogati, instrumenta scribere, & subscribere teneantur; necessitate rogantibus imponenda, statutum pro scribendis, & subscribendis à curia nostra salarium exhibere, ac pœna dupli salarij constituti, pactibus, si priusquam fuerint instrumenta conscripta, de non scribendis eisdem, sub attestatione sollemni, renunciationem emiserint, & Iudicibus, atque Notarijs imminente, si infra terminum præstitutum, Notarij, siue Iudices, instrumenta non fecerint, vel facta per eos, non recollegerint, qui rogarunt.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. de inst. confect. L. II.

COnsuetudinem quam olim in aliquibus regni nostri partibus audiuimus obtinere, dilucida cõstitutione cassantes, decernimus, instrumenta publica, & quaslibet cautiones per literaturam communem, & legibilem per statutos à nobis Notarios scribi debere. Scribendi modo qui in Ciuitate Neapolis, ducatu Amalfiæ, ac Surrenti, atq; eorum pertinentijs hactenus seruabatur, omninò sublato.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L III.

VOlumus etiam, & sancimus, vt prædicta instrumenta publica, & aliæ similes cautiones, non nisi in pergamenis in posterum conscribantur. Cum enim eorum fides multis futuris temporibus duratura speretur, iustum esse decernimus,

vt ex vetustate, forsitan destructionis periculo, non succumbant. Ex instrumentis in chartis papiri, vel alio modo, quam, vt dictum est, scriptis, nisi sint apochæ, vel antapochæ, in iudicijs, vel extra iudicia, nulla omninò probatio assumatur. (Scripturis tantum præteritis in suo robore duraturis.) Quæ tamen in prædictis chartis bombicinis sunt redactę scripturę, in prædictis locis Neapol. Amalfiæ, & Surrenti, infra biennium, à die editæ sanctionis istius, ad communem litteraturam, & legibilem redigantur.

Instrumentum publicum exigit, quod subscribatur per duos testes infra libram auri; vltra vero libram auri summã continẽs, subscribatur per tres testes omni exceptione maiores; ac literati sint testes; in defectum possint esse illiterati. h. d.

Idem Const. lib. 1. tit. de fid. & auth. inst. L. IIII.

INstrumentorum robur, & solemnitatẽ augentes, vt de eorum fide nulla omnino in posterum dubietas possit oriri.

Statuimus, vt si quantitas, quæ in contractu deducitur infra libram auri subsistat, de mobilibus, vel immobilibus, & quibuslibet rebus, aut causis, in instrumento, duo testes bonæ, & probatæ opinionis subscribantur, præter Iudicem, & Notarium. Si autem libram auri excedat, tres testes probatæ fidei, (vt est dictum) præter Iudicem, & Notarium, similiter in eodem instrumento subscribantur, qui debent esse, vt dictum est, omni exceptione maiores, & scientes literas in locis, in quibus literati poterunt inueniri, alioquin alij etiam assumantur. Contra prædictam autem formam instrumenta confecta, in posterum, nullam habeant firmitatem.

Non indiget summario.

Idem Const lib. 1. tit. de fid. inst. & test. L. V.

INstrumenta de donationibus, aut concessionibus, vel quibuscumq; contractibus, in quibus nomen alicuius hostis, vel proditoris nostri, & generaliter cuiuslibet inuasoris Regni nostri scriptũ sit, cassa, & inania reputantes, nullam ex eis volumus in iudicijs, vel extra iudicia probationem assumi, sed ea igni cremari mandamus.

Non indiget summario.

Idem Const. lib. 1. tit. de reuocat. Priuil. L. VI.

PRiuilegia, & instrumenta proditorum nostrorum, aut inuasorum Regni nostri quorumlibet, nomina continentia, & quæ à Iudicibus factis ab eis, aut tabellionibus scripta, & subscripta inueniuntur, vsque ad annum à die insinuationis constitutionum nostrarum declarari, & renouari decernimus, ac appositione nostri nominis roborari, nulla ex instrumentis prædictis, & præsenti iussione nostra non declaratis in iudicijs, aut extra iudicia, fide in posterum assumenda.

Notarij, Iudices, & testes non testentur in instrumentis, alijsue scripturis, nisi de his, quibus interfuerunt, & inuicem non dent fidem, nisi fuerint præsentes, & non cogantur ad contrarium per officiales. h. d.

Carol. I. Rex cap. 56. L. VII.

ITem caueant Iustitiarij, secreti, & alij officiales, quod non compellant Iudices, vel Notarios ad conficienda instrumenta aliqua, vel apodissas, seu aliqua publica scripta, nisi de his, quibus interfuerint. Et similiter caueant Iudices, & Notarij, quod non conficiant, ad petitionem officialium quorũcumq; instrumenta aliqua, vel apossidas, seu aliqua publica scripta, nisi de his, quibus interfuerint. Et quod Iudex non det fidem Notario, nisi ipse fuerit præsens, nec Notarius Iudici, & idem intelligatur de testibus. Et qui contrafecerint, teneantur pœna falsi.

Testamentum confectum per tres Curiales Neapol. est validum, ac si interfuisset Iudex, Notarius, & septem testes, dummodo Curiales fuerint rogati.
Licitum est opponere alia contra testamentum.
Idem in instrumento, quod dicitur gesta.
Potest opponi contra testes, & dicta, de quibus confectum est instrumentum. h. d.

Consuetud. Neap. tit. de Instru. confect. per Curia. L. VIII.

TEstamentum confectum per Curiales Neapol. quod habet duorum Curialium subscriptionem, nec non, & sub-

subscriptionem tertij Curialis ipsum com plẽtis, siue per ipsum complentem manu sua propria scriptum etiam fuerit, vel per eius discipulum, Ita quod ipsi Curiales rogati fuerint à testatore, robur habeat, firmitatis tale, quale si per Iudicem, & Notarium, septem numero testium interueniente, fuerit confectum, & firmatum; licitum tamen est contra testamentum ipsum alia opponere, quæ legitime possũt opponi.

Idem in instrumento, quod Neap. dicitur gesta;

Saluo tamen, quod liceat volenti se opponere contra id, quod in ipso instrumento, quod dicitur gesta, continetur, ꝙ potest dici contra personas testium, & dicta, de quorum dictis, & testificatione dictum instrumentum, quod dicitur gesta, confectum est.

Non indiget summario.

Consuet. Neapol. ibidem. L. IX.

INstrumentum emancipationis, & quælibet alia instrumenta confecta per Curiales Neapolis, habentia subscriptionem duorum Curialium, & tertij Curialis cõplẽtis ea, siue complens ea manu propria subscripserit, siue eius discipulus, robur habeat firmitatis, perinde, ac si instrumenta essent confecta per Iudicem, & Notarium, cum subscriptione duorum, vel triũ testium, vel plurium, non obstante quod in emancipatione, magistratus authoritas non interueniat.

Non indiget summario.

Consuet. Neapol. ibid. L. X.

INstrumentum vero diuisionis Curialis, quod Neapoli dicitur noticia subscriptum duobus testibus Curialibus, etiã non completum, robur habeat inter diuidentes, eorumq; hæredes, & successores, perinde, ac si esset per tertium Curialem scriptum, & completum.

Non indiget summario.

Consuet. Neap. ibid. L. XI.

COntra instrumentum venditionum, seu emptionum, permutationum, donationum, oblationum, in emphiteusim concessionum, quietationum, transactionum, compositionũ, & instrumenta, quæ Neapol. vocantur Psalie, probatio per testes nulla recipitur facienda per aliquem contrahentium, vel successorem eorum vniuersalem, vel singularem, quod res, videlicet, aliter gesta sit, quam quod continetur in instrumento, dumtamen in possessione rei, ex aliqua ex prædictis causis translatæ, reperiatur ille, cui instrumẽtum factum est, reseruata alteri contrahentium potestate arguẽdi instrumentum ipsum de falso, si voluerit.

Pro mercede instrumentorum contra nominatos. & eorũ heredes procedatur executiue, sine processu. Merces vero soluatur iuxta taxã infrascriptam. h. d.

Pragm. 4. de Notar. L. XII.

EAndem Constitutionem Diui Federici Imperatoris, qua iuste prouidet, partes, ad quarum instantiam Notarij instrumenta conficiunt, ad releuationem instrumentorum, vt Notarijs, de mercede debita satisfiat, ampliantes, decernimus, & mandamus, per singulos officiales ad instantiam Notariorum exequutionem fieri contra nominatos in dictis instrumentis, ad quorum instantiam dictæ rogationes factæ apparebunt, vel eorum hæredes, sine aliquo processu, ad simplicem productionem Libri Notarij, in quo instrumentum descriptum appareat, ad rogationem dictæ partis, contra quam exequutio petitur, ad pœnam decem vnciarum, Cameræ Fiscali applicandam, & ad mercedem soluendam prædicto Notario, de pecunia officialis, si negligens fuerit contra supradictam mercedem soluere debentes, merces autem dictorum Notariorum taxata intelligatur ordine infrascripto, pro rogationibus vsque ad 25. vncias, tareni duo cum dimidio, à 25. vsque ad quinquaginta tareni quinque, à quinquaginta vsque ad septuaginta quinque, tareni septem cum dimidio, à septuaginta quinque vsq; ad centum, tareni decem, vltra centum, quantacunque sit quantitas, tareni quin-

decim, vltra quam mercedem nihil petere possint, nec exigere, ad pœnam dupli eius, quod vltra petierint, & exegerint, nec in dicta mercede computetur illud, quod supra taxatum apparet pro scriptionibus, & subscriptionibus, & pro secũdi Libri registratione. Et præsens cõstitutio non habeat locum, quantũ ad taxationes, & exactiones supradictas in locationibus simplicibus, & procurationibus, seu mandatis.

De reassumptione instrumenti mortuo Notario, vel Iudice, et testibus. Tit. CCVII.

Vbi decessit Notarius ante confectionem public. instrumentorum, ex rogitibus; partes, si superuiuunt, compelluntur ad reficiendos contractus.
Si vero partes obierunt, fit reassumptio per alium Notarium, si Notarius, qui rogatus primo loco fuerat, erat bonæ opinionis, & famæ, & manus eiusdem sit nota, adhibentur tamen duo testes, in rogitu nominati. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1. tit. de Per. & Sal. Iud. Const. Baiulos, & omnes. L. I.

CAEterum, si casu contigerit iudicẽ, siue notarium prius in fata decedere, quã instrumenta sint, prout ad eorum quẽlibet pertinet, consumata; Decernimus, vt si quidem partes supersint, vel ipsarum hæredes, quarum rogatu, contractus iterũ valeant celebrari per competentis coertionis modos, indictiones mulctarum videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos contractus per baiulorum officiũ compellantur. Quæ partes, si fortè defuerint, si quidem notarius, qui gesta conscripserit, integræ vitæ, famæ, & opinionis extiterit, & manus eius, qui schedam conscripserit, nota sit alijs iudicibus, atque notarijs ciuitatis, & loci; placet idoneorum testium, qui interfuerint, duorum ad minus, iurata testificatione recepta, per alium eiusdem loci notarium, schedam eandem recipi, & instrumentum, prout est iuris, & moris ab ipso conscribi.

Subscribitur instrumentum reassumptũ per Iudicem qui interfuit contractui, si viuit.
Si vero obijt per alium Iudicem secundum formam hic traditam. h. d.

Idem ibid. L. II.

A Iudice, qui contractui siue negocio se interfuisse fatebitur subscribendũ, vel ab alio Iudice ciuitatis eiusdem, si forte prius extiterit humana sorte sublatus, qui tamen rei agendæ, non se interfuisse, describetur, sed qualiter inter acta præmortuorum judicum, atq; notariorũ, testium depositionibus roborata, descripti negocij seriem recepisse testetur.

Non indiget summario.

Consuet. Neap. tit. de Inst. conft. per Curial. L. III.

VBI instrumentum conscriptum per Curiales Neapol. reperitur subscriptum subscriptione duorum testium s. Curialium, & Curialis, qui debet instrumentum complere, moritur ante completionẽ instrumenti ipsius; Partibus, siue contrahentibus petentibus, & volentibus, Curialis, qui Neapoli vocatur Primarius, complet ipsum; & quòad id personam obtinet Curialis defuncti; partibus autem ipsis dissentientibus, instrumentum ipsum per Primarium compleri non potest, nec debet; immo pro rupto, & vacuo habeatur

Non indiget summario.

Consuetud. Neap. ibid. L. IIII.

INstrumenta confecta, & completa per Curiales Neapolis, vbi exemplari, seu authenticari petuntur per literam, quæ similiter conficitur per Curiales Neapolis, propter vetustatem chartæ, vel aliam causam, exemplantur, siue authenticantur, robur habeat tale, quale ipsum originale, ex quo ipsum exemplum est sumptum. Sed instrumentum, quod Neapol. dicitur in introductum, exemplari non debet, & exemplatum fidem non facit; Verum, & quilibet Curialis in instrumento, quod conficit, alterius instrumenti, per Curialem facti, faciat mentionem, & de verbo ad verbum; alterius, de quo fit mentio, tenorem

tenorem redigat, fides plena datur instrumento, in quo redigitur, & perinde ac si instrumentum, de quo fit mentio, appareret; Ita tamen si trium est Curialium subscriptionibus instrumentum roboratum, in quo alterius fit mentio, sicut communiter fit in alijs instrumentis, quæ per Curiales fiunt, & conscribuntur.

Mortuo Notario Rogato de contractu, committitur, quod fiat reassumptio, modo infrascripto. h. d.

Carol. III. Vicar. Reg. Camerar. & Iudicib. Ciuit. Theat. cap. 290. *L. V.*

NE personarum casu testificantium fides publica pereat, & veritatis essentia, sub modo posita, delitescat, rei gestæ memoria documentis publicis studiose redigitur, & in præsentiū notitiam, cum cautela, proinde renouatur. Sane venerabilis Frater Reuerendus Theatinus Episcopus, Cancellarius noster, nobis nuper exposuit, quod tempore quo .T. ven. prædecessor eius, in prædicta Theatina Ecclesia, pro Antistite præsidebat, tunc Robertus Morellus, nunc miles, sponte confessus fuit locationis titulo ab eadē maiori Ecclesia Theatina medietatē pro indiuiso Castri Muccle de Aprutina Prouincia, in contrata thetis maioris positi, nomine coniugis tenere, habere, & possidere, pro qua medietate ipsi .T. tunc Episcop. ligij homagij, & fidelitatis debitæ corporale præstitit iuramentum, præsentibus, & viuentibus tunc C. de tali loco pro iudice. & .P. regia auctoritate, tali loci Pronotario, & subscriptis testibus v3. A. & B. &c. Et priusquam de prædicto cōtractu publicum fieret instrumentum, memorati iudices, notarius, & testes, humanæ sortis debitum persoluerunt. Supplicauit itaque nobis præsul idem, vt super hoc sibi prouidere præstantius dignaremur. Ne rei veritas lateat, de auctoritatis nostræ præsidio. Nos autem cupientes, interne, quod negociorum veritatis essentia pateat, & fides probationis publicæ non decrescat, fidelitati vestræ, tenore præsentiū, committimus, & mandamus, quatenus vos Camerar. & Iudices, vel alter vestrum debite, dictum Dominum Robertum, nunc de mandato nostro captiuū, propterea interesse personaliter huiusmodi contractui nequeuntem, per speciales vestras litteras requiratis attentè, quod ipse circa refectionem huiusmodi contractus præstet, & exhibeat, suum assensum, vel Procuratorem constituat, qui sufficienter instructus, intersit, quod si forte, post requisitionem eandem, dictus .R. refectionem eiusdem contractus refugeret, aut indurato, & repugnante forsitan animo, recusaret. Vos, si de manu dicti Notarij, iam mortui, de contractu prædicto schedam, seu notam fuisse conscriptam, vobis constiterit, per alios Iudices, atque Notarios Theatinæ Ciuitatis eiusdem, assumptos per vos, in contumaciam dicti .R. præfatis Iudice, Notario publico, & testibus alijs, qui se dicto contractui interfuisse non asserant, sed in scriptis memorent, & præmortui Notarij schedam ipsam, seu notam inuenisse dicant. Instrumentum publicum, cum opportunis testibus, secundum formam constitutionis Regni Siciliæ, sine alterius dilationis, & contradictionis anfractu, refici faciatis, eidem supplicanti præsuli, seu eius Procuratori, vel nuncio postea assignandū, vt fides publica, testificantium morte, non desinat, & veritatis essentia, sub latibulo posita, præsidio reparata probationis exurgat.

Data Neapoli per Bartholomeum de Capua &c. Anno Domini. M. CCC. XXII. Mensis Septembris. vi. indictionis.

Vbi defuncti sunt Iudex, & testes, & superuiuit Notarius, committitur, quod fiat reassumptio, vt infra. h. d.

1412. *Ioanna II. Regina Prag. 1. de fid. inst.* *L. VI.*

NE testificantium personarum defectu, fides publica pereat, & veritatis essentia sub modio posita delitescat, rei gestæ memoria documentis publicis seriose redigitur, & in præsentem notitiam, cum cautela prouida renouatur. Scire vos volumus, quod pro parte Verdellæ Ronchellæ de Neap. fidelis nostræ, oblata fuit nuper nobis, & Consilio nostro, petitio tenoris inserti, subsequentis, Sacræ Regi-

nali

nali Maiestati; reuerenter exponit Verdella Ronchella de Neap. fidelis Maiestatis eiusdem, vt cum olim in anno à Natiuitate Domini Iesu Christi 1390. die IIII. Mensis Iulij, 13. Indictionis, Neap. in testimonio publico constitutis quondam Abbate Ioanne tunc viuente, & Francisco Ronchello de Neapoli, fratribus, tam pro seipsis, quam nomine, & pro parte Rentij Ronchelli, communis fratris eorum, ac nomine, & pro parte dictæ exponentis, communis sororis eorum, pro quibus de rato, & rati habitione promiserunt, & ipsa Verdella, & Rentius, omni futuro tempore rata habeāt, atque firma omnia, & singula infrascripta, & contra non venire quoquomodo, ex parte vna, & Saliceto de Mari de Neapoli filio, & hærede quondam Domini Petri de Mari de Neap. milite, pro se ipso ex parte altera: Prædictæ partes in eodem publico instrumento ad certum contractum, de matrimonio pariter contrahendo interdictum Salicetum, & dictā exponentem pariter deuenerunt, cum certa promissione dotium, infra certum terminum proinde assignandarum dicto Saliceto, contemplatione matrimonij supradicti. Et cum certa promissione antefati constituendi per eum dictæ exponenti, & cum certis alijs pactis, & conuentionibus, habitis, & firmatis inter partes prædictas, contemplatione, & causa matrimonij supradicti, prout prædicta in actis, nota, & protocollo Notarij Andreassi Cacabelli de Neapoli per totum Regnum Siciliæ, plene continetur. In quo contractu interuenit dictus Notarius Andreassus pro Notario publico, & pro Iudice ad cōtractus interuenit tunc Ioannes Baya: tūc annalis Iudex ciuitatis Neapolis, & certi testes in numero opportuno, tunc similiter interuenerunt in contractu prædicto, videlicet quondam Iacobus Cicarus, miles, & legum Doctor, tunc Iudex Iacobus Cicarus, Dominus Nicolaus de Voyno Iudex Laurentius Brancia, Franciscus Piper, Franciscus Venata, Antonellus Spica de Neapoli: Et antequam de dicto contractu, assumptum, seu confectum fuerit publicum instrumentum per Notarium antedictum: Dictus Iudex Ioannes, qui interuenit pro Iudice in contractu prędicto, & testes prænominati mortui sunt, sicut Domino placuit, superest tantum dictus Notarius Andreassus, qui pro Notario publico supradictis interfuit; & interest dictæ exponentis, de prædictis contentis in contractu, actis, & protocollis habere publicum instrumentum, ne testificantiū personarum defectu, fides publica pereat, & veritatis essentia, sub modio posita, delitescat. Dignetur Maiestas vestra super prædictis de remedio opportuno benigniter prouidere, ac committere, & mandare Baiulo, & Iudicibus Ciuitatis vestræ Neapolis, quatenus, vocatis partibus coram eis, cum dictis actis, nota, & protocollis suis prædictis, & alijs euocandis, vbi dicto Baiulo, & Iudicibus, & eius Curiæ, constiterit per acta, nota, & protocollum prædictum, & quod præfatus notarius, & dictus quondam Iudex, fuerunt homines integræ famæ, & opinionis, ac manus, & scriptura dicti notarij, sit alijs nota Iudicibus, atque notarijs Ciuitatis prædictæ vestræ Neapolis, & quod dicti Iudex, & testes præmortui fuerunt, instrumentum prædictum prædicti contractus, de prædictis in formam publicam redigi, seu confici faciant per notarium antedictum, adhibito in prædictis, per dictum Baiulum, & Iudices, ac eorum Curiam, alio Iudice publico, in loco, & vice dicti quondam Iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs testibus in numero opportuno, in locum, & vicem dictorum iam præmortuorum. Qui Iudex assumendus, & testes prædicti se subscribant in locum, & in vicem dictorum testium præmortuorum, non quod prædicto contractui se interfuisse fateātur, sed quod se assumptos per dictam Curiam, dicti Baiuli, in prædictis, loco, & vice præmortuorum, Iudicis, & testium fateantur, & instrumentum ipsum sic sollemniter confectum, cum clausulis, & sollemnitatibus debitis, roboratum assignari mandent, & faciant dicti Baiulus, & Iudices, per notariū antedictum, dictæ exponenti, prius soluto sibi salario propterea competenti, vt fides publica testificantium non decedat, & veritatis essentia sub latibulo posita, præsidio reparata probationis exurgat.

Post

Postquam quidem petitionem oblatam, nos habita, super prædictis, nostri Consilij deliberatione matura, considerantes, quod non absque misterio, iuris norma dictauerit, de contractibus, ne pereant, protocolla transumi. Et proinde cupientes interne, quod rei veritas pateat, & fides probationis publicæ non decrescat. Fidelitati vestræ præsentium tenore de certa scientia, committimus, & mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, vocatis coram vobis partibus, quæ tanguntur, & prædicto Notario Andreasso, qui interfuit pro Notario publico in contractu prædicto, & alijs euocandis, vbi vobis constiterit per acta, nota, & protocollum dicti Notarij Andreassi, quod ipse Notarius Andreassus, & dictus quondam Iudex fuerunt homines integræ famæ, & opinionis, ac manus, & scriptura dicti Notarij sit nota alijs Iudicibus, atque Notarijs dictæ Ciuitatis Neapolis, & quod dicti Iudex, & testes præmortui fuerint, instrumentum ipsum prædicti cõtractus de prædictis, in formam publicam redigi, & confici mandetis, & faciatis per dictum Notarium Andreassum, adhibito in præmissis per vos, & vestram Curiam alio Iudice publico de Ciuitate Neapolis, in locum, & vicem prædicti quondam Iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs testibus, in numero opportuno, in locum, & vicem dictorum iam præmortuorum, qui Iudex assumendus, & testes prædicti se subscribant in instrumento prędicto, dictus videlicet Iudex assumendus in locum, & vicẽ dicti Iudicis præmortui, & dicti testes similiter assumendi in locum, & vicem dictorum testium præmortuorum, non quod prædicto contractui interfuisse se asserãt, sed quod se adsumptos per vos, & vestram Curiam in prædictis, loco, & vice præmortuorum iudicis, & testium fateantur. ipsumq; instrumentum, sicut prædicitur, sollemniter confectum, clausulis, & sollenitatibus roboratum, assignare mandetis, & faciatis per dictum Notarium, expensis prędictis, vt fides publica testificantium mortuorum non decidat, & veritatis essentia, sub latibulo posita, pręsidio reparata probationis, exurgat: Constitutione Regni nostri Siciliç, si, & prout circa hoc refragatur, in aliquo non obstante.

Prorex cum voto consilij, & partibus Summarie auditis, dispensat super reassumptione instrumenti, defunctis Notario, Iudice, & testibus. h. d.

1532. *Carol. V. Imp. inter Priuil. Neap. fol. 92. cap. 35. Prag. 2. de fid. inst. L. VII.*

ITem atteso che in questo vostro Regno è Constitutione, che li contratti, testamenti, & altri qualsiuoglia dispositioni, che se fanno, se deueno susceriuere, per lo Giudice, Notario, & testimonij, di loro proprie mani, & non essendo suscritte, nõ fanno fede, per lo che molte volte accasca, ch'essendono morti li Giudici, Notarij, & testimonij, li contratti, testamenti, & altre qualsiuoglia dispositioni, non se ponno reassumere, & reassunte non fanno fede, non possendose hauere le subscrittioni predette. Il che cede in euidente danno delli sudditi di vostra Maestà Cesarea, quali per varij impedimenti non ponno fare reassumere, & suscriuere li contratti, testamenti, & suscrittioni predette. Per tanto si supplica vostra Maestà Cesarea, che li piaccia ordinare, che, non obstante detta Constit. del regno, quando li contratti, testamenti, & dispositioni si trouano essere posti in protocolli per mano delli Notarij che sono interuenuti à detti cõtratti, & constito della bona fama, legalità, sufficienza di detti Notarij, che detti contratti, testamẽti, & dispositioni, se possano reassumere per li Notarij, che sono viui, & in loco de testimonij, che si troueranno morti, se possano sottoscriuere altri testimonij. Placet Regiæ Maiestati, vt Vicerex, & Locumtenens generalis, accedente opinione Consilij, & partibus, Summarie auditis, ex causis legitimis Constit. Imperator. Federici Secundi, super hoc editæ dispensare possit.

De ingiustitia iudicum & ministrorum eorundem. Tit. CCVIII.

Non indiget summario.

Roger.

Prag. 1. de Iurisd. non turb. L. VI.

DIscordias inter officiales nostros, inuicem eorum iurisdictionem turbãtes, ex quibus sæpius scandala oriuntur, remouere volentes. Volumus, & statuendo mandamus, quod nullus ex officialibus nostris, de commissis iurisdictioni alterius sine speciali nostra commissione, se intromittat. Et si quandoq; aliquo errore interueniente, se intromiserit, debeat, ad simplicem requisitionem illius, cuius iurisdictio turbata fuerit, desistere, & ad eum officialem, ad quem spectat, remittere, ad pœnam xxv. vnciarum, de salario eius officialis, qui contrafecerit, retinendam, & Cameræ Fiscali applicandam.

De Sindicatu Officialium. Tit. CCIX.

Iustitiarij, & Camerarij finito Officio stent sindicatui apud successores per dies quinquaginta. Infra dictum terminum omnes possint illorum defectum in publicum producere; si inuenti erint culpabiles, reficiant damna Fisco, seu partibus, & puniantur. h. d.

Feder. Imper. Const. lib. 1. sub tit. vt null. off. cog. aliquem ad osten. tit. L. I.

VOlumus, & præsenti legis edicto sancimus, vt iuxta formam iuris antiqui, post finitum officium Iustitiarij, Camerarij degradati, cum officialibus suis, per quinquaginta dies, apud successores continuè cõmorentur; infra quos omnibus de iurisdictione sua licentia libera tribuatur defectũ ipsorum in publicũ producendi. Quod circa mãdata nostra, vel Fisci nostri commoda, seu priuatorum iura fraudulenter, aut perperam processissent. Nec minus contra ipsos inqõnes iuxta solitum morẽ, cum omni diligentia fieri mandamus, & demum si per inquisitionis officium, vel delationes aliquorum, officialis inuentus fuerit culpabilis, aut dolosus, præter damna, quæ per ipsum nobis, aut subditis, integrè, volumus resarciri; transgressionis suæ pœnam, quam nostra sententia dictauerit, substinebit. Nec illud omittimus; quia sicut maleficos, & iniustos, querelarum vocibus accusari, & censuræ nostræ vigore coerceri mãdamus; sic iustissimos, & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudari, & munificentiæ nostrę pręmijs decorari volumus.

Non indiget summario.

Carol. I. Rex cap. 46. L. II.

ITem quod in omni casu, in quo, contra prohibitionem, officialis dicitur recepisse, nec inde aliquid constare potest; purget se per iuramentum suum officialis, tã ipse videlicet, quam ille, per cuius manus dicitur recepisse. Et si prędictum sacramentum pręstare recusauerit; stetur sacramento partis, à qua dicitur recepisse, & quantum ipsa se soluisse iurauerit, sibi restituatur instanter, & nihilominus soluat Curię pœnam in talibus constitutam.

Iustitiarij, & Officiales cæteri, finito officio, stent sindicatui per dies quadraginta; si non compleuerunt tempus, stent sindicatui pro rata. Possit inquirere eos Cur. Reg. per speciales personas. h. d.

Carol. II. Vicar. Reg. cap. 132. L. III.

ITem statuimus, quod tam Iustitiarij, quam officiales cæteri, post depositum eorum officium, in prouincia, vbi officia exercuerant, per quadraginta dies morentur, & si minus in officijs ipsis moram traxerint, similiter, pro rata temporis, morentur ibidem, ad respondendum coram successoribus eorum, conquærentibus de eisdem, & satisfaciendum ipsis super eo, qđ docuerint, de querelis. Et nihilominus remanente licentia Regiæ Curiæ, super eorum excessibus, atq; processibus, facere per speciales personas inquiri, vt secundum merita, & probata inquisitionis ipsius, de male actis per eos, vel corporaliter puniantur, secũdum quod delicti qualitas exigit, vel ad pœnam pecuniariam Fisci cõmodis applicandã condemnentur.

Tempus sindicatus non labatur, donec Iustitiarij; Iudices, & Actuarij reconsignauerint oĩa acta. h. d

Carol. III. Vicar. Regn. cap. 226. L. IIII.

Hhhh Nouas

NOuas formas natura edit assiduè, & cum varietate multiplici etiam terminata reuoluit. quo fit; vt nouis emergentibus casibus, vel decisis in dubitationem deductis; per interpretationis, vel adiectionis oportunæ remedium occurramus; Sanè propter nouitatem casuum, dubijs interiectis, infrascriptas tres ordinationes edidimus, ipsarum prima pœnali adiectione vallata; q̃ tã per vos præsentẽ Iustitiarium, quam successiue futuros, decernimus, prout ad vestrum spectat officium, inuiolabiliter obseruari. Quo circa vobis præsentium tenore mandamus, quatenus ordinationes easdem in decreta vobis prouincia diuulgantes, & diuulgari facientes ex more, detis ipsas vestris successoribus alterutrum in pendenti; Quarum ordinationum tenor per omnia talis est.

tenor primæ constitutionis.

Bene ordinatis, & gestis frequenter adijcimus; vt illa, cum prouisione consilij, fortiori funiculo roboremus. Sanè diuæ memoriæ Dñs Carolus Secundus Rex Siciliæ, auus noster, seriosa ordinatione constituit, vt donec Iustitiarius regionis, Iudex, Actorum, Cameræq; Notarij, in eadẽ Prouincia, in qua gesserunt officia, permanserint sindicandi, acta, & mandata pẽdentia, tam de ipsorum tempore, quam suorum in officio præcessorum, compilẽt, & ordinent; ita quod antequam de ipsa prouincia exeant, illa in scriptis, vt decet, assignent in eodem officio successori; in ordinationis eiusdem capitulo, contra officiales ipsos pecuniarijs pœnis adiectis, sed quod est ibi prouisè statutum, aliqua est præuaricatione neglectum. Vt autem quod dictum capitulum continet, eo firmius, & tenacius obseruetur; quo pænalitatis adiectione, fuerit communitum; adijciendo sancimus, vt tempus sindicationis ipsius, donec per prædictos Iustitiariũ, Iudicem, Actorum, Cameræq; Notarios, eorundem actorum compilatio, ordinatio, & assignatio completæ fuerint, non labatur; sed officiales ipsi in Prouincia ad sindicandum remaneant, quandiu eædem compilatio, ordinatio, & assignatio processerint effectiue.

Contra Officialem procedatur, vt infra. Si surripuit pecuniam Fiscalem, soluat nonuplum. Si accepit aliquid à priuatis, si violenter quadruplum si non violenter duplum soluat. & restituat parti quod ab ea fuit consecutus, si recepit à sponte dante, si præcessit concussio, plectatur quadruplo, de quo simplum restituatur parti. Si cessante concussione, pro aliquo faciendo, vel non faciendo, soluat triplum Curiæ, parti nihil, nisi pars soluerit ad redimendũ suum sanguinem. h.d.

Robertus Rex cap. 260. L. V.

VVlgaris famæ proloquium, nostrorumq; fidelium murmur, & strepitus, clamosaq; insinuatio in auribus nostris continuata frequenter, processus illicitos officialium Regni nostri Siciliæ, imò potius excessus informes, quodam notorio diuulgante, nuper motibus nostris rationabiliter suaserunt, vt de ijs diligens indagatio procederet, quæ etsi generaliter vobis sit commissa per nos, de specialis tamen conscientiæ nostræ gremio, sic specialiter contra iniqua patrantes, cum exacta deliberatione processit; hoc attento præcipuè, quod prædictis oppressis, fatigatisq; non modicum, tenuioribus, & debilibus, maxime, sine onere laboris, & sumptus, prosecutionisq; periculo, remedium nostræ prouisionis assistere, & pœnas ob maleficia solui (quod magna suadet ratio) eueniret.

Vt igitur circa pecuniariam condemnationem officialium, eorundem, propter dubitationum anfractus, qui possent in hoc nobis materiam difficultatis afferre, cautius procedere valeatis; Ecce modus, & forma, quos in his obseruare vos volumus, & tenere; præsentibus annectuntur.

Si officialis fiscalem pecuniam surripuerit, seu subtraxerit, nonuplum Fisco nostro componat, arbitrio tamẽ nostro, eius minoratione reseruata. Si autem à priuatis superexegerit illicitè, si violenter quadruplum, non accedente violentia duplũ tamen in omni casu simpli fiat restitutio læso. Si raro recipiat à sponte soluente si præcedat concussio, plectetur quadruplo, de quo simplum concusso reddatur vt in hoc casu hæc pecuniaria coërctio quæ ex faciliori exactione plus exempli timoris adducit, ex certa nostra scientia loco extraordinariæ coërctionis, acceda

Con-

Concussione vero cessante vbi datum fuerit pro faciendo, vel non faciendo negotio, triplum Fiscus noster accipiat, parti hoc articulo simpli restitutione negata; nisi, pro redemptione sui sanguinis, fuerit facta solutio, vbi restitutionem simpli fieri, rationabilis æquitas persuadet.

Inquiratur de fama Officialis, & si contra eum deponant duo, vel tres testes bonæ conditionis, & repertus fuerit bonæ famæ, detur eidem copia nominum testium, & non dictorum, & si non probauerit aliquod rationabile, pro eius absolutione, condemnetur. Si vero fuerit inuentus malæ famæ, non detur copia inquisitionis. Inimici testes non admittantur admissis fides non adhibeatur. Obseruetur per iudicare debentes zelus deferentis, seu instruentis inquisitionem. h. d.

Idem ibidem. L. VI.

ET quia probationum non est angustanda facultas, maximè, vt crimina clareant, & ea quæ fiunt, consueuerűtq; fieri clanculo vulgatem probationem, & lucidam communiter habere non possunt, propter eorum tamen crassantiam, illa puniri expedit; vt sit locus exemplo; circa indagationem excessuum hæc forma vobis describitur. Quod de fama prius officialium inquiratis, post quod, si quidem per duos, aut tres testes, conditionis electæ, & morum, huiusmodi probetur excessus. Si bonæ famæ fuerit, data sibi copia nominum testium, non dictorum, nisi aliquid rationabile, & inductiuum merito, & non frustratorias dilationes apponat, ad condemnationem procedatis ipsius. Si vero fuerit malæ famæ repertus, nulla sibi inquisitionis copia præstita, condemnetis. Vt tamen circumspectio vestra attentè prouideat, inuestiget, & diligenter inquirat, ne inimici ex probabilibus causis per vos admittantur in testes, & si forsè per errorem, vel ignorantiam recepti fuerint; ex ipsorum testium testimonio nulla condemnatio subsequatur. Et breuiter sic vos in hoc circumspectè, & attentè ex officio vestro procedere volumus, tam in personis testium, quam in omnibus circumstantijs alijs, & specialiter quis sit zelus deferentis, vel instituentis inquisitionem, aut quæ causa ipsum ad deferendum, vel instruendum induxit, vt, omnibus ex officio ipso suppletis, ei, contra quem inquiritur, ignorantia nocere non possit.

Non indiget summario.

Idem ibid. L. VII.

SI vero per vnum tamtummodo bonæ opinionis, & vitæ contra delatum probetur, & deferens, aut inquisitionem instruens, eidem delato dedisse se, iuret: maxime si data quantitas non sit magna, & dans sit honesta persona, indubitanter sequi condemnatio poterit.

Vbi contra Officialem non adsunt testes, sed aliqua ex coniecturis infrascriptis, seu alia, tunc deferens iuramentum parti, si honesta sit persona, & potest sequi condemnatio in duobus casibus. Primus est si deferens est bonæ famæ, & officialis malæ famæ. Secundus est si deferens, & officialis est bonæ famæ, & quantitas non est magna. h. d.

Idem ibidem. L. VIII.

SEd vbi per testem, aut testes, nulla potest de datione pecuniæ, vel alterius speciei, interuenire probatio: Si delatus sit malæ famæ compertus, & aliqua contra eum mouentia rationabiliter, seu præsumptiuè probentur; vt potè dantis captio, & absolutio sine causa, vel tractatus, seu pactiones cum officiali habitæ, pro liberatione, vel condemnationis cessatione concussi, vel fama probetur, concussum, seu impressione vexatum, captum illicitè, & calumniosè, pro redemptionis commercio, fatigatum, vel quod res concussi, aut reddentis, vt potè equus, fundus, & his similia inueniantur visibiliter apud ipsum vel quod aliæ verisimiles contra eum cõiecturæ probentur, quas potestis ex motu vestro prudenter, & districtè colligere; quam præsens possit declaratio explicare, maxime vbi est honesta persona eius, qui dedisse se dicit, & res, vel quantitas non est magna, per sacramentum dantis poterit vestra religio condemnare. At si officialis fuerit bonæ famæ, & approbatæ opinionis inuentus, quantumcunq; probentur præsumptiones, vel indicia contra eum, prçipuè vbi deferens, vel inquisitionem instruens leuis comperitur esse per-

sona, ad condemnationem, partis non sufficiat iuramentum. Sed si forte deferens, & inquisitionem instruens sit honesta, & approbata persona, & contra delatum violenta probentur indicia, quantumcumq; sit bonę famę repertus, maximè, vbi res, quę data dicitur, non est magna, delatus procul dubio condemnatione plectetur.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. IX.

VBicumq; autem propter defectum probationis, vt præscribitur, condemnatio interuenire non potest, arguitur tamen de coruptela delatus, probatis indicijs contra eum, vel Sacramento partis præstito, se per iurisiurandi Religionem purgare debebit.

Officialis condemnatus non appellat, sed supplicat, non retardata executione, donec præsentetur supplicatio conspectui Regis. Prædicta locum habent ad beneplacitum Regis. h. d.

Idem ibidem. L. X.

ET quia non est indulgendum malitijs hominum, nec differendæ sunt poenæ contra maleficos, qui immemores salutis æternæ, fideles nostros, guerrarum turbinibus, bellorum dissidijs fatigatos admodum, & multis impulsionibus tempestatis oppressos, contra Deum, apertam iustitiam, Sacramentū per eos præstitum, Maiestatem nostram (per eorum excessus, in fide sinceros, ad deuium deducendo, licentia laxata, criminibus excogitatis) afflixerunt molestijs, & angariauerunt pressuris. His nefandis Officialibus taliter condemnatis tollimus, ex certa nostra scientia, appellationis remedium, & supplicationis tantum eis refugium reseruamus: ita quod ipsa supplicatio non suspendat executionis effectum, nisi quousque fuerit nostro conspectui præsentata. Huius autem nostræ ordinationis edictum, quod (pro exacerbandis poenis eorundem officialium, & ipsorum puniendis flagitijs, plenis dolis, & homicidijs, ac periculis, & in consuetudinem propter defectum impunitatis ad ductis) consulte fecimus, rationabilis consilij tenore perpenso, vsq; ad nostrum beneplacitum, temporaliter prouidimus duraturum. Vt cum mo[...] causa cessauerit, desinere possit lange[...] afflictio, sicq; lex ex causa statuatur i[...] tempore, quod eius asperitas, delinque[...] di consuetudinem auferens, purgatione[...] criminum faciat, & si res exegerit, in m[...] lo gratiam amabilitatis admittat. Da[...] Neap. per Bartholomeum de Capua. A[...] no Domini MCCCXXVI. die 3. Febru[...] I. indict. Regnorum nostrorum anno non[...]

Non indiget summario.

Rit. 295. L. XI.

ITem q; quilibet Officialis Iudiciariu[...] Capitaneus, Iudex, Assessor in Regn[...] in fine sui officij debeat sindicari, pro[...] Constitutiones, & Capitula Regni iuben[...] & mandant, & nisi demonstrent liter[...] sui sindicatus, non possint assumi, nec ac[...] mittantur ad aliud officium.

Non indiget summario.

Rit. 308. L. XII.

ITem pro sindicatione omnium Offi[...] cialium Ciuitatis Neap. intersint du[...] Sindici eligendi per Vniuersitatem, & [...] homines Ciuitatis Neap.

Omnes Officiales in fine anni stent sindicatui, & te[...] neantur respondere propositis querelis ciuilibu[...] criminalibus, vel mixtis, de commissis, & omissi[...] Et per sindicatores possit procedi per inquisitio[...] nem generalem, & specialem, infra terminum sta[...] tutum per Const. & Capit. Regni. h. d.

Prag. 1. de Sind. Off. L. XIII.

REgiæ dignitati nihil magis conueni[...] re putamus, quam, vt populos, sib[...] commissos, iustè gubernet, & per iustitiam[...] in pace protegat, ad quos nihil tam ne[...] cessarium esse credimus, quam eos regi[...] mini nostrorum populorum præponere[...] qui secundum mentem nostram eis præ[...] sint, & de iustitia prouideant. Quod [...] pro posse, vt ita sit, continuè curemus[...] nobis tamē relatum est, quandoq; aliquo[...] ex officialibus nostris, licentia quadam[...] assumpta, tam in ciuilibus, quam in cri[...] minalibus, metas iuris, & constitutionu[...]

nostra-

nostrarum trăsgredientes; facere, quæ nequeunt, & omittere, quæ facere tenentur, contra mentem nostram, cui magis nil aliud est cordi, quam iustitiæ cultus, & obseruantia; Ne igitur in licentiam temerariam, & abusum prædictũ officiales prædicti continuè procedant; sed ad iter rectum se reducant, præsenti constitutione statuimus. Quod omnes, & singuli Iudices ordinarij, & maiores, atque minores, quacumq; dignitate, & officio fungentes, & quacumq; denominatione notentur, Iustitiarij, Capitanei, in fine cuiuslibet anni, deposito per eos officio, stare debeant ad sindicatum, publicè reddendo rationem administrationis, seu parati respondere quibuscumque querelis, contra eos propositis, ciuiliter, vel criminaliter, siue mixtis, de commissis, & omissis in eorum officio. Contra quos etiam procedi possit per inquisitionem generalem, & specialem per Sindicos, in locis, vbi administrauerint, ab Vniuersitate electos, & deputatos, infra terminum, à Constitutionibus, & Capitulis Regni præfixum.

Non indiget summario.

Prag. ead. L. XIV.

CОntra quos si fuerint querelantium particulares personæ, vel per inquisitionem aliquid nota dignum contra eos inductum, facto processu super prædictis; adhibeatur consultor peritus de locis, cõuicinis loco, vbi sindicatus geritur (cui de salario competenti, per Vniuersitatem loci prædicti, prouideatur, recuperando tamen in fine, ab officiali, si condemnatus fuerit, alias à parte succumbente. Qui processum super querelis, & inquisitionibus factum, mature percurrat, & per eius sententiam determinet, & decidat condemnando, vel absoluendo, & partem succumbentem, ad expensas parti, & consultori præcipue, cogendo satisfaciendas.

Non indiget summario.

Idem ibidem. L. XV.

COnsultor eius sententiam, si de ea querelatum fuerit, defendere etiam teneatur, coram Iudice, per nos deputando, infra duos menses: ita tamen, quod per querelam, vel appellationem à sententia huiusmodi sindici interposita, executio ipsius sententiæ nõ retardetur, præstita cautione per eum, in cuius beneficiũ dicta sententia secuta fuerit, de restituendo, & retrosoluendo in casu retractationis Et vt officiales cautius in iustitia administranda procedant volumus, quod de vltima tertiaria salarij ipsorum, nihil percipere possint, nisi post finitum sindicatum, & absolutionem obtentam, dictamq; tertiam partem salarij, siue prouentuum, vnde salarium soluitur, ponendum esse loco depositi penes Camerarium loci, ad opus officialis, si absolutus fuerit, alias ad opus eorum, qui contra eum sententiam obtinuerint, & officialis, qui contrafecerit, integrum salarium perdat, & si aliter fuerit sindicandus absolutus, pro absoluto nõ habeatur.

Statuentes quod officialis refirmandus in officio, numquam sindicetur, nisi quando in totum fuerit ab officio licentiatus.

Regens, & Iudices M. C. V. Capitaneus, & Iudex Ciuit. Neap. & Iudex Admiratiæ mutentur, & sindicentur; Sindicatores sint duo ciues Neap. Et sindicentur quoq; Actuarij, Subactarij, & omnes alij officiales Curiæ. h. d.

1459. Ferdinand. I. Rex inter Priuileg. Neap. fol. 10. d t. cap. 8. fol. 12. cap. 33. L. XVI.

ITem supplica la detta Vniuersità alla M. V. che il Regente della Vicaria, & Giudici di essa Corte, nec non etiam il Capitanio de Napoli, & li suoi giudici de anno in anno se debbiano mutare, & sindicare; & al sindicare, & al sindico ce siano dui sindici Napolitani secondo contiene il priuilegio de la predetta Regina Gio anna II. olim cõcesso alla detta Vniuersità de Napoli; & sic similiter intelligatur de Iudice Admiratiæ Cur. Pl. R. M. & infra.

Item supplica la detta Vniuersità alla M. V. che tutti predetti Mastri d'atti, & Subattarij, fiscali, & tutti altri officiali de Corte, se debbiano sindicare, annuatim (secondo è supplicato delli Giudici, & officiali sindicarse) eo modo, & forma delli pre-

li predetti in præsenti supplicatione. Placet R. Maiestati.

Non indiget summario.

1477. *Prag. 1. de off. Baiul. L. XVII.*

NEc possit Baiulus ipse vltra annum in dicto officio refirmari, in fine cuius anni debeat sindicari per electos Ciuitatis Neap. & aliorum locorum, in quibus officium baiulatus prædicti exerceri contigerit per quadraginta dies, cum cõsilio iurisperiti deputandi.

Non indiget summario.

1486. *Ferdinan. I. Rex inter Priuil. Neap. fol. 16. à t. cap. 8. & 16. L. XVIII.*

ITem che in la sindicatione de tutti officiali della Città di Napoli ci debbiano essere con li Commissarij alla Maestà del Rè, dui sindici eligendi per la detta Vniuersità, & huomini di essa, come è solito. Placet R. Maiestati. & infra.

Item che il Regente della Vicaria, & Giudici di essa Corte, nec non il Capitanio, & suoi Giudici de anno in annum se debbiano mutare, & sindicare, & che nel sindicato ce siano dui sindici Napolitani, secondo se contiene nel priuilegio della M. Vostra, & della Regina Gioanna, & sic intelligatur de Iudice Admiratiæ Curiæ. Placet R. Maiestati, prout melius prouisum fuerit, & quod singulis annis sindicentur, vt supplicatur.

Non indiget summario.

1495. *Ferdin. II. Rex inter Priuil. Neap. fol. 21. à t. cap. 13. L. XIX.*

ITem che il Regente, Capitanio, loro giudici. & tutti altri officiali, tanto grãdi, come piccoli, & de qualsiuoglia conditione se siano, se debbiano anno per anno sindicare per li gentil'huomini, & non per altro. Placet R. M. vt petitur, cum interuentione tamen nouorum officialium, intelligendo tamen de officialibus illis, qui in eadem Ciuitate singulis annis consueuerunt sindicari.

Non indiget summario.

1496. *Federicus Rex inter Priuil. Neap. fol. 23. à ter. c. 16. fol. 25. à ter. c. 42. L. XX*

ITem supplicano alla M. predetta se d gni ordinare, & cõmandare, che il R gente, Capitanio, & loro giudici, & tut altri officiali, tanto grandi, come piccol & de qualsiuoglia conditione se siano, se liti mutarsi, ò deuersi mutare, se debbiar anno per anno mutare, & più sindicar per detti eletti, secondo è solito, & cor sueto meglio farsi; & che sia commanda to alli Percettori de Prouenti, & altri o ficiali, che sono ordinati à pagare lor prouisione, fin' che saranno sindicati, no hauendo data, ò dando plegiaria idone de culpis, & defectibus. Placet R. M. & infra Item che li bagliui, giudici, & Ma stri d'atti di S. Paulo se debbiano sindica re, si come tutti gli altri officiali, ogn'an no, & circa l'essattione della pena dell danni dati, & delle accuse, che si danno per detta causa, se debbia osseruare l'an tica consuetudine, di detta Corte, non obstante qualsiuoglia priuilegio in con trario impetrato. Placet R. M.

Non indiget summario.

1507. *Ferdinand. Cathol. Rex inter Priuil. Neap. fol. 58. a t. cap. 10. fol. 61. a t. cap. 40. L. XXI.*

Item V. Cat. M. se degni prouedere alle Terre, & Città demaniali, de buoni officiali anno per anno, & farli stare à sindicato, secondo le leggi, constitutioni, capitoli, & pragmatiche del Regno, à ta che gl'officiali habbiano causa di far giustitia, & non vsurpare li populi, ma quell conseruare, & che donino pleggiaria d stare à sindicato: ita che non possano spedire le prouisioni, & priuilegio dell'officio se prima non daranno detta pleggiaria, de stare à sindicato in fine anni. Placet Reg Maiest. & infra

Item che li Capitanei, Gouernatori, & altri officiali de giustitia, tanto Spagnoli, quanto Italiani, che per lo passato sono stati in qualsiuoglia terra del Regno debbiano stare à sindicato Plac. R. M. seruari

Consti-

Constitutiones, & Capitula, & Pragmaticas Regni.

Loquitur de mutatione, & sindicatu officialium, tã R. Aud. Prouin. quam locorum, & de fideiussione per eos prestanda.

1508. *Comes Ripacursia Prorex inter Priu. Neap. fol. 65. a t. cap. 6.* L. XXII.

ITem perche vna delle cause principali di fare preuaricare li officiali, tanto li Auditori Prouinciali, quanto li Capitanei demaniali, & ogn'altro officiale de giustitia, è la impunità de loro errori, parendoli non riconoscere superiore; fù supplicato prima per li Ambasciadori de Napoli, che andorno in Spagna à Sua Maestà, & poi nel parlamento, che tenne sua Altezza in Napoli, & da quella, come cosa giusta, & necessaria, concesso, che ogn' anno detti Officiali se mutassero, & in fine officij stessero al sindicato. il che per non essere osseruato fin'al presente, se nepate; per questo se supplica V.S. Illustriss. se degni quelli, che hanno finito il tempo, mutarli, & fare, per sodisfation' del Regno, che siano sindicati; seguendosi tal'ordine annuatim, che in fine officij, ciascuno dia, nelle Prouincie, Città, & Terre à loro decrete, sindicato, per huomini non sospetti, à tal' che habbia laude, & castigo, ciascuno, secondo loro meriti, & la giustitia ricerca, & acciò non possano escusarsi con li Gouernatori delle Prouincie, ò Capitanei delle Città, & Terre demaniali; se supplica se degni V. S. Illustriss. per la presente decretatione ordinare, che li Gouernatori Prouinciali, Capitanei demaniali, in qualsiuoglia cosa concernente l'administratione della Giustitia, se sottoscriuano li Auditori, & Giudici, si che non se possano escusare delli errori loro. Sic etiam perche li Gouernatori, & Capitanei habbiano da imitare lo Sig. Re, quale benche non habbia à render conto, se non à Dio, non fa cosa alcuna senza conseglio: & tanto più è cõueniente alli Prouinciali, & demaniali farlo, quanto V. S. Illustriss. ch' è principale per sua bontà, & virtù fa ogni cosa con conseglio; & acciò che ciascuno proceda con risguardo, se degni V. S. Illustr. ordinare, & ancora faccia gratia, che li Auditori Prouinciali, Capitanei, & Assessori delle Terre demaniali, & tutti altri officiali, per la presente decretatione, ogn'anno, se mutino, & à tempo se piglia la possessione di detti officij, habbiano da dare pleggiaria in solidum nella Camera della Summaria, de stare à sindicato de loro administratione, com'è di giustitia. Placet suæ Illustr. Dominationi, excepto quòad mutationem Auditorum Prouincialium, quos placet mutari de biennio ad biennium.

Regens, & Iudices M. C. V. Gubernatores, & Auditores Prouinciarum, Capitanei, & Assessores locorũ, & alij officiales iustitiæ, stẽt sindicatui. Et possĩt procedi cõtra ipsos ad instantiã partium, & Fisci, & ijdem teneantur præstare cautionem de stando sindicatui, alias non admittantur ad officium. h. d. cum l. seq.

1518. *Ioanna Regina, & Carol. fil. Prag. 1. de Off. Iud. nu. 7.* L. XXIII.

ITem vt officiales habeant maiorem curam custodiæ exercendæ, nec populos, & subditos grauent, censemus, statuimus, & ordinamus, quod Gubernatores, & Auditores Prouinciarum, Regens, & Iudices nostræ Magnæ Curiæ Vicariæ, Capitanei, & Assessores Ciuitatum, Terrarũ, & locorum, & alij officiales nostri iustitiæ, cuiuscunque gradus, & conditionis existant, dicti nostri Siciliæ citra Farum Regni, in fine officij, stent, & stare teneantur sindicatui, prout iuris est, seruata forma Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, & quod contra eos procedatur, ne dum ad instantiam querulantium, sed nostri Fisci requisitionem, taliter quod officiales nostri, sicut argentum probatum probentur, & non possint intrare officia, nisi præstiterint idoneam fideiussoriam cautionem de stando sindicatui, nec Vicerex det alicui executoriales, aut commissiones, nisi præstita cautione, nec Camera nostra Summariæ, aut alij Consiliarij, Secretarij, & officiales nostri signent ipsas executoriales, aut commissiones, nisi præstita dicta fideiussione, sub pœna mille ducatorum. Quapropter Illustriss. Viceregi dicti nostri Siciliæ citra Farum Regni, Magno quoque nostro Camerario, eiusq; Locumtenenti, Magistro Iusti-

rumq; Locumtenenti, Præsidentibus & Rationalibus Cameræ nostræ Summariæ, Sacro Consilio Sanctæ Claræ, Regenti,& Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ rationum, Thesaurario generali, seu officium Regenti,cæterisq;demum,vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus, quouis nomine nuncupatis, officio,titulo,authoritate,potestate, & iurisdictione fungentibus, præsentibus, & successiuè futuris, quatenus forma præsentium per eos,& vnumquemque ipsorum diligenter actenta, illam teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & inuiolabiliter obseruari, per quos decet, faciant, atq, mandent, pro quanto gratiã nostram caram habent, & præter iram, & indignationem nostram, grauissimam pęnam vnciarum auri mille cupiunt euitare.

Lex proxima præcedens obseruetur.

1533. D. Petrus de Toleto Prorex Prag. ead. L. XXVI.

EApropter volentes, vt tenemur Cęs. & Cath. Maiestatum obedire mandatis, præcipimus & mandamus vobis supradictis, & cuilibet vestrum insolidum, quatenus seruata forma præinsertæ Regię Pragmaticæ,& sanctionis, illam ad vnguẽ & inuiolabiliter in omnibus, & per omnia obseruetis, & exequamini, ac exequi, & obseruari faciatis, per quos decet, iuxta ipsius seriem, & continentiam, omni dubio, & difficultate cessantibus, & contrarium non faciatis, sub ira, & pœnis in præ inserta Regia Pragmatica contentis,si eas cupitis euitare, in quorum fidem præsentes fieri fecimus Regio à tergo sigillo impressas præsentibus præsentanti singulis vicibus remansuris.

Loquitur de Regente, & Iudicibus M. C. V.

1540. Carol.V. Imper. inter Priuil. Neap. fol. 134. cap. 1. L. XXVII.

IN primis perche tiene molti capituli passati, & gratie concesse per il retro Serenis. Re di casa d'Aragona, & per la felice mem. del Re Catt. & vltimamente confermati per la Ces. M. V. circa il mutare ogni anno del Regente, & Giudici della Vicaria, & che debbiano, nel fine dell'anno, stare à sindicato; se supplica V. Ces.Mae. che, non ostante il nuouo ordine fatto per quella, che il Regente sia per anni tre, & li Giudici per dui,& che siano delli Conseglieri del Conseglio; resti seruita, di fare osseruare ad vnguem tutti li capituli, che haue sopra ciò detta sua fidelissima Città, & ordinare,che s'essegui, & osserui quel ch'è solito, con l'osseruation del consueto vso passato amplamente. Cęs. & Cath. M. cum Regnum suum citerioris Siciliæ, eiusq; incolas, optima iustitiæ administratione, rectoq; ordine moderari, & gubernari vellet, prædicta prouidenda duxit, & non vt ijs prædicta Regni capitula frangerẽt, sed quia de ipsa prouisione conquæstum est, vult, & iubet capitula dicti Regni obseruari, quantum ad Regentem Mag.Cur.Vic. attinet, non obstante,quod de eo statutũ fuerat. Quod vero spectat ad Iudices dictę M. C. V. visis relatione, & supplicatione ex parte dicti Regni, habitaque in his, quam decet, consideratione, & vt rectæ administrationi iustitiæ prospiciatur, infra terminum quatuor mensium proxime sequentium, absoluet, & declarabit, vt ita dictum Regnum merito sibi satisfactum esse censeat.

Non indiget summario.

1550. Idem inter Priuil Neap. fol. 148. à t. cap. 5. Prag. 2. de sind. offi. L. XXVIII.

ITem supplicano V. M. che conforme alli capituli concessi per li Serenis. Rè di casa di Aragona, & præsertim al cap. 66. espedito per lo Serenis. Rè Catt. di gloriosa memoria, & antico solito, le sia seruitio dechiarare, che il Sindicato del Mag. Regente della Vicaria, Giudici, & altri Regij Officiali, se continui fare solamente per li Magn. Eletti della Città, senza interuento di alcuno Officiale Regio, impedimento, ò molestia alcuna, non ostante il che, li dì passati s'è pretenduto, & pretende per lo R. Fisco, quantumque sia dedutto in giuditio, al che, se supplica voglia imponere perpetuo silentio. Placet

Iiii Cęs.

Cæſ.& Cath. Maieſt. dummodo non abutantur dicto capitulo.

Loquitur de Actuarijs, & Subaſtarijs.

1554. Idem inter Priuil. Neap. fol. 155. cap. 19. L. XXIX.

VN'altro capitulo cōceſſo dalli Sereniſſimi Rè di Aragona non è ſtato altrimenti oſſeruato in gran pregiuditio delli ſudditi della Maeſtà voſtra, perche li Maſtri d'atti, e ſubattarij Fiſcali non ſono ſtati anno per anno ſindicati, onde è ſeguito, che alcun di loro hanno commeſſo, e commetteno sfacciatamente, varie falſità, & extorſioni, nè oſſeruano Pandetta, ò altri ordini nell'eſſigere di loro deritti. Si ſupplica humilmente la Maeſtà voſtra, che voglia ordinare la oſſeruanza di detto capitulo, e che durante il ſindicato ſiano ſoſpeſi da loro officij. Sua Cæſ. M. mandat obſeruari pandectas, & puniri violatores, quoad ſindicatum etiā informet admodum Reuerendus Cardinalis Locumtenens, re communicata cum Regentibus, & alijs ſibi bene viſis.

Non indiget ſummario.

1566. Philipp. II. Rex Prag. 7. de compoſit. L. XXX.

EN el tomar de los ſindicados de los Gouernadores, y Capitanes del Rey no ſe vſa ſegun'entendemos muchas complacençias, y alargan, y abreuian el tiēpo delos dichos ſindicados los Elettos, y Sindicos de las Vniuerſitades, que los toman ſegun el odio, ò affeçion, que les tienen, ſin tener cuenta con el termino coſtituido por la Pragmatica, y porque por lo que tocca al bien de la juſtiçia no ſe deue dar lugar à eſto, ordinamos, y mandamos, que la Pragmatica, y capitulos que ſobre eſto diſpuonen, ſe guarden inuiolabilmente, y que de à qui adelante, al que fuere ſucceſſor en el offiçio haja de tomar informaçion ſecreta ex officio, de come ſe ha hauido en el ſu predeceſſor, y embiarosla à vos, ò al ViſoRey, que por tiempo fuere, ò al Conſejo Collateral à effetto que ſe tengan entēdidas las attiones de cadauno prohibiendo que aſta que eſto eſte hecho no puedan los tales ſer proueidos de otro offiçio.

Obſeruetur lex prox. præcedens. h. d.

1566. Dux de Alcalà Prorex Pragm. ead. L. XXXI.

ET viſto per noi il tenore delli preinſerti ordini della prefata Regia, & Cattolica Maeſtà, attalche s'oſſerua, & eſequa quanto per quella ne viene ordinato, e cōmandato; vi dicemo, & ordinamo, ch'inſpetta per voi la forma, e tenore delli detti ordini, debbiate quelli, e quanto in eſſi ſi contiene oſſeruare, & eſſeguire, e fare eſſequire, & oſſeruare, ſenza diminutione, replica, nè contradittione alcuna, dando ordine alli Capitanei, & Officiali delle Città, Terre, e luoghi di queſta Prouincia di terra di Lauore, ch'oſſeruino anco loro, & ciaſcun d'eſſi, quanto in detti ordini ſtà commandato, & alle Vniuerſità della medeſima Prouincia, che per quello ſpetta al dare delli ſindicati, per li ſindicatori alli officiali deputati, & deputandi, debbiano oſſeruare, e fare oſſeruare, quanto in detti ordini di ſindicare, la prefata Maeſtà commanda, conſeruando, e fando conſeruare la preſente con l'altre ordinationi di queſſa grā Corte, attalche in futurum ſe ne habbia notitia per gli officiali di quella. Non fandoſi lo contrario, per quanto s'ha cara la gratia, e ſeruitio della prefata Maeſtà.

Tempus ſindicatus non coarctetur. h. d.

1585. Dux Oſſunæ Senior Prorex Prag. 4. de Sind. Off. L. XXXII.

COn molta occaſione fu fatta, & publicata Pragmatica nelli anni paſſati, per la quale fù diſpoſto, & ordinato, che alli officiali, che adminiſtrano giuſtitia ad tēpus, finito il termine della loro adminiſtratione, & nell'aduento de loro ſucceſſori, ſe li doueſſe dare il ſindicato, ſtabilendoli per ogn'anno dell' adminiſtratione predetta, venti dì di termine ad porrigendum quærelas, & venti altri dì ad proſequendum; poiche molte volte occorreua,

correua, che per rancori, & odij, che si teneuano per alcuni officiali, se li prefigeua lunghissimo termine in detti sindicati, detratiandoli, & maltrattandoli con detti termini, & ad altri per amicitie, & intercessioni, se li daua puochissimo termine, & alle volte, senza darli termine, se li espediuano le liberatorie iustæ, vel iniustæ, come appare per detta Pragmatica, alla quale ci remettemo, & perche hauemo inteso, che detta Pragmatica è stata, & è abusata, & che contra il tenore di quella, si sono abbreuiati, & abbreuiano detti termini per li loro sindicatori, che sono stati depurati, & sono al dare di detti sindicati, per le dette amicitie, & intercessioni. Conuenendo al seruitio di sua M. per il buon gouerno, che detta Pragmatica se osserui, & che tutti li detti officiali siano vgualmente trattati nelli detti termini de sindicati. Vi dicemo, & ordinamo, che subito al riceuer di questa, debbiate in nome nostro scriuere per tutte le Città, Terre, & luoghi di questa à voi decreta Prouincia, tanto del Regio demanio, quanto de Baroni, che alli sindicati, che s'haueranno da dare, da qua auanti, alli officiali, delli quali se piglia sindicato, non debbiano li sindicatori in modo alcuno abbreuiar, nè allargar li termini di detta Regia Pragmatica, tanto nel dare delle querele, & pigliarle, quanto nel proseguire, ma debbiano darli li termini, che la Pragmatica predetta dispone, senza alterarli, sotto pena alli sindicatori, che contrauenessero, etiam corporale, à nostro arbitrio riseruata, & non farete il contrario, per quanto hauete cara la gratia, & seruitio della prefata Maestà.

Baiuli, Magistri Iurati, & Locumtenentes Officialium Baronalium stent sindicatui. h. d.

1588. Comes Miranda Prorex Prag. 5. de Sind. Off. L. XXXIII.

HAuendosi di continuo reclamore da più parte di molte estorsioni, & altri mali trattamenti, che si fanno, & commetteno dalli Luogotenenti, Bagliui, & Mastrigiurati, che dalli Baroni del presente Regno, se deputano alle loro Terre, & giurisdittioni, & dall'istessi Capitani di dette Terre, quale in loro assenza ministrano giustitia, & tutto perche detti Luogotenenti, Bagliui, & Mastrigiurati, dopò finito il tempo di loro officij, non stanno altrimenti à sindicato, ne rendono conto di loro administratione conforme alla Regia Pragmatica, sopra ciò edita. Volendo noi in questo prouedere, per quel che conuiene al seruitio di N. S. Iddio, di S. M. C. al buon gouerno di suoi sudditi, & vniuersal beneficio di questo Regno, & per togliere anco dette estorsioni, & altri mali trattamenti, che per detti Luogotenenti, Bagliui, & Magistri giurati si fanno alli Popoli, vt supra, ci ha parso con voto, & parere del Regio Collateral Conseglio, appresso di noi assistente, fare la presente Pragmatica, omni futuro tempore valitura, per la quale statuimo, ordinamo, & commandamo, che da quà auanti, detti Luogotenenti, Bagliui, & Mastrigiurati habbiano da stare à sindicato, & debbiano dar conto di loro amministratione, etiam, che per quindici giorni, hauessero esercitato detto loro vfficio, conforme alla predetta Regia Pragmatica, & detto sindicato l'habbiano da dare, al medesmo tempo, che il Capitano di quell'anno starà à sindicato, sotto le pene in detta Regia Pragmatica contente, & acciò sia noto à tutti, & in futurum non se possi allegare ignoranza alcuna, commandamo, che della presente nostra Pragmatica, dipoi publicata in questa Magn. & fideliss. Città di Napoli, se ne affiga copia authentica in valuis delli Regij Tribunali di quella.

Potest formari inquisitio contra Officiales, qui steterunt sindicatui, de ijs, quę non fuerunt cognita in sindicatu, non obstantibus literis liberatorialibus. h. d.

1606. Prag. 7. de sind. off. dirigitur Regenti M. Cur. Vicar. L. XXXIIII.

DIze su Excellentia, que hauiendose propuesto en Colateral, en su presentia, si lo que, se proueio por lo pasado por el Colateral, si se podria proceder contra los Auditores de las Prouincias à tomar informacion de sus administratio-

nes, y proceder contra ellos, quando se hallaren culpados, non obstante, que han dados sindicado, y tenidos sus liberatorias; y se proueio, que su Excelencia, y su Collateral lo podian mandar, quando però de los mismos excessos no se hauian conoczidos en el sindicado, y agora se dubdaua se esta prouision fuè particolar con aquellos Auditores, ò regla general, para todos, declarando à si las pragmaticas, capitulos, y constituciones del Reyno, hauiendose tratado del negocio con mas maturado acuerdo, se resoluio, que lo proueydo fuè por interpretacion de las leyes, Constitutiones, Capitulos, y Pramaticas del Reynos, y como ley general se haya da guardar por todos, y à si dize su Excellencia, que se note en essa gran Corte, y todos los de mas tribunales, paraque en esso non se admicta disputa, ny pleyto; mas se guarde inuiolabilmente, y conforme à ello se vaya por essa gran Corte, y todos los de mas tribunales, iuzgando, que es; lo que ha pareczido, que conuenga a la buena, y recta administracion de la Iusticia. de Canceleria à di 15. de Abril 1606. Andres de Salazar.

Capitanei locorum Prouinciæ terræ Laboris, qui obtinuerunt commissiones Capitan. ad guerram, stent sindicatui, etiam pro ijs, quæ gesserunt tanquam Capitanei ad guerram. h. d.

1610. *Comes de Beneuento Prorex Prag. 8. de sind. off.* *L. XXXV.*

A Nostra notitia è peruenuto, come la maggior parte delli officiali, che vanno per Capitanei nelle Città, Terre, & luoghi del presente Regno, se procurano Commissioni de Capitanij à guerra, & il tutto fanno, per poi, alla fine di loro officio, non dar conto della loro administratione, asserendo, che quanto hanno fatto, sia stato con l'autorità di detta commissione di Capitaneo à guerra, & con tal causa vẽgono li sudditi di sua Maestà stratiati, & mal trattati, al che volẽdomo per la buona administratione della giustitia in ciò rimediare, come se conuiene. ne ha parso faruì la presente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che subito al riceuer di questa, debbiate prouedere, & dar ordine à tutti li Magn. Sindici, & Eletti presenti, & futuri, & altri officiali, de tutte le Città, & Terre, & luoghi della Prouintia di Terra di Lauore, che da hoggi auanti, a tempo si darà per detti Capitanei, sindicato della loro administratione, li debbiano riconoscere, & far dar conto di tutto quello haueranno fatto, come Capitaneo à guerra, per tanto così lo esseguirete, che tal è nostra volontà.

Non indiget summario.

1616. *Comes de Lemos Iun. Prorex Prag. 11 de off. Iud. n. 30.* *L. XXXVI.*

VOgliamo, che li Presidi delle Prouintie, & Auditori siano obligati à tempo daranno il lor sindicato, di darlo ancora di tutto quello, che haueranno fatto così como Capitano à guerra, como Commissario delegato, & ancora de tutte le altre commissioni, che haueranno esercitato per ordine nostro, ò di qualsi uoglia altro Tribunale, lo medesimo ordinamo à rispetto de tutti li Capitanij, & Assessori Regij.

Non indiget summario.

Idem ibid. nu. 43. *L. XXXVII.*

